doctrina illa inter Quintiliani et Apulei tempora in scholis rhetorum Latinorum. Sed incredibile est tantum praeceptum illud, quod ad vocalium concursus pertineat, seiunctis aliis quae artissime cum illo cohaereant a quodam rhetore vigente saeculo secundo p. Chr. n. ineunte excogitatum esse. Et revera invenimus non solum Apuleium hiatum in clausulis non admisisse, sed etiam observasse numerum illum legitimum creticum et ambitum verborum in clausulis diligenter respexisse. Gatscha in dissertatione supra allata agit de Apulei sermone numeris adstricto et evincit in Apulei metam. libris inter centenas clausulas esse sexagenas binas fere creticas.[1]) De ambitu verborum autem equidem paulo post agam. Quae cum ita sint, Meyeri verba, quae facit l. l. p. 25, „Im 2. Jahrhundert nach Christus wird für alle Deklamationspausen der gesprochenen Rede ein bestimmter Tonfall ersonnen“, sic emendanda esse videntur, ut statuamus iam inter Quintiliani et Apulei tempora circa annum fere centesimum vicesimum quintum commentum illud factum esse.

Haec habui de rhetorum doctrina quae dicerem; proximum est, ut videamus quas et quales vocalium concursiones Apuleius in clausulis admiserit. Primum ergo de metam. libris agam. Sed ne quis in errorem incidat, indico me solum clausulas plenum sensum terminantes tractare, ubi nos quidem graviter distinguere solemus, quamquam non ignoro etiam in colorum, quae dicuntur, clausulis similem vel eandem compositionem valuisse, et confiteor, quod sciam, Apuleium etiam colorum terminos eadem cum arte struxisse, qua sententiarum clausulas. Sed mihi, cum plerumque ambigi praecipue in periodis rhetorice formatis non possit, tamen haud ita facilis ad diiudicandum visa est quaestio, quae instituenda est de natura coli. Testimonia enim grammaticorum tam incerta quam vilia sunt; apparet autem quaestionem de pausis orationis omnino seiungi non posse ab ea, quae est de distinctione, praesertim cum verisimile sit veteres Romanos rhetoricam distinguendi rationem secutos esse; qua de re inspicias Ciceronem de or. III § 173, or. § 228; in grammaticorum Latinorum voluminibus a Keilio editis hae commentatiunculae de distinctione vel de posituris inveniuntur: Donati IV 372, Servi IV 484, [Sergi] IV 533, Sergi IV 484, Cledoni V 34, Pompei V 133; his locis addendi sunt liber primus et secundus Isidori minus aetate quam fontibus, ex quibus hausit ille, insignes. In summam apparet grammaticos triplicem illam Alexandrinorum positurarum rationem docuisse; agnoscunt enim primum 'distinctionem' (τελεία), deinde 'mediam' (μέση), tum 'subdistinctionem' (ὑποστιγμή); praecipiunt etiam, ubinam illis posituris utendum sit. Sed quid est 'medius sensus', de quo agunt? Quid colon vel comma ex eorum doctrina? Nam cola et commata idem esse contendunt velut Pompeius V 133

1) augetur autem hic numerus eis in censum vocatis, quae de m finali disputavi.

et Sergius IV 484. Accedit, quod in inscriptionibus ullius distinctionis vestigium[1]) non apparet, cum puncta eo tantum consilio insculpta sint, ut singula verba secernantur. Quibus de causis quaestionem de colorum clausulis seponam, praesertim cum satis multae clausulae restent. Omitto ergo enuntiatorum membra, quae nos 'commate' distinguere solemus. Plurimis autem locis a Vlieti aliorumque distinctione sic descivi, ut gravius distinguerem 'commate' in 'colon' quod nos dicimus permutato. Ea quae restant omnia in censum vocanda curavi; neque, quod Havet (cf. p. 23) fecit, neglexi minutissima illa enuntiata, quae propter brevitatem nullis numeris vincti sunt velut 5, 2 'quae facies? quod flagitium?'; 20, 7 'sed quid istud? voti gaudeo'; 20, 19 'in angulo sedebat'; 21, 21 'quid uxor? quid liberi? quid vernaculi? narro singula' et quae eius generis sunt. Unum est, quod praeterea praemoneam: solum respexi verbum ultimum et paenultimum; vix enim fieri potest, ut tribus verbis clausulae comprehendantur imprimis Apuleianae, in quibus verbum extremum longum esse solet. Quoniam saepius vidi viros doctos clausularum fines nimis extendentes commemorare volo Ciceronis verba in or. § 216: 'sed hos cum in clausulis pedes nomino, non loquor de uno pede extremo: adiungo, quod minimum sit, proximum superiorem, saepe etiam tertium.'[2]) Apparet ergo legitimum vel solitum fuisse duobus pedibus clausulam comprehendere neque pluribus quam tribus.

Haec de universa disputationis ratione et indole praefatus iam, ut par est, **plures metam. hiulcas clausulas examinabo vel interpretabor**, ut seiungantur eae, quae corruptelis deformatae sint. Neque solum emendatione sed etiam interpretatione duobus locis uti debemus, cum verba tradita sana esse videantur.

4, 4 'porro exordiar'. Confiteor me non intellegere, quid hic sibi velit illud 'porro'. Lucius ab Aristomene petit, ut fabulam comiti molestam denuo sibi narret (cf. 30, 30 'fabulam remetire'); 'porro exordiar' ergo hic nihil valere potest nisi 'iterum'; talis autem vocis usus ab Apuleio prorsus alienus est; ubique excepto uno loco 'porro', ut solet, in conexa serie rerum vel argumentorum usurpatur cf. 57, 4; 258, 4; a 59, 26; a 89, 25; f 12, 11; f 19, 16; s 12, 25; s 13, 30; s 15, 26. Uno tantum loco peculiariter dictum est 186, 17 'porro Quirites' quod nos vertimus 'vorwärts, Quiriten!' Redeunt autem haec verba in Laberium com. 125. Puto ergo 4, 4 'porro' corruptum esse ex 'rursus'; numerus autem quo adstrictum est illud 'rursus exordiar' optimus et legitimus est: – ∪ – – ∪ –.

103, 13 sunt, qui post verbum 'eminus' graviter distinguant, quod falsum esse recte Vlietus ex apologiae loco a 4, 18 sq. colligit;

1) Huebner in praefatione libri cui inscribitur exempla scripturae epigraphicae Latinae pauca exempla distinctionis conquisivit.

2) Eadem de re agunt Cicero de or. III § 193; Probi catholica IV, 40 = Mari Ploti ars IV 492 sq.

apertum est 'velitatur eminus' et 'comminus congredietur' inter se opponi. 'Fortuna eminus' est coli finis, quae extra meam quaestionem esse iam dixi. Luce clarius autem est Georgium eosque, quos sequatur, erravisse ratos 'periculum velitatur' idem esse atque 'comminari'; ex Apulei vulgari usu ubique velitari — nam hac tantum forma usus est non activa quae dicitur — valet idem ac 'pugnare'; his enim locis praeter illos duos 103, 13 et a 4, 18 invenitur:

110, 9 veneris proeliis velitatus; 154, 7 ille ... postremis velitatur calcibus; 183, 2 qui scurrilibus iam dudum contra me velitaris iocis; 188, 22 crebris calcibus velitatus; 199, 23 cum qua ientaculo ... velitata; 210, 8 armis ... velitatur; 216, 29 lapidibus ... in eum velitantur.' Alterum est quod discere possumus. Verbum 'velitari' quod a Plauto[1]) mutuatus esse videtur, usurpat praeter illum apologiae locum, qui artissime cum metam. cohaeret, octies in metam., in ceteris scriptis nusquam invenitur; 'velitari' ergo est verbum metam. elocutioni familiarissimum. Quid inde sequitur? Puto id concludendum esse Apuleium illo apologiae loco vocabulum remotissimum et cum dictione Ciceroniana minime congruens non usurpavisse nisi certo consilio imitandi; ante oculos versabatur metam. elocutio; comprobatur autem sententia mea ex dictionis similitudine demonstrari posse Apuleium metam. libros composuisse ante apologiam.

Certo operae pretium est huius rei exempla congerere, ut tandem aliquando explanetur, quae temporis ratio intercedat inter singula Apulei scripta. Sed sufficiat unum locum tractare. s 8, 19 memoratur homines esse 'pervicaci audacia, pertinaci spe.' Quis est, quin cogitet Apuleium hic respicere locum illum de vitiis nequissimae feminae 198, 29: 'saeva scaeva, virosa ebriosa, pervicax pertinax'? His adiungendum esse videtur s 3, 21 in prologo, qui dicitur: 'ales oculis perspicax, unguibus pertinax.' Videtur Apuleius in memoria tenuisse speciosum illud 'pervicax et pertinax' sed, cum pervicax hic ineptissime dictum esset de alite, eius loco alterum simile adverbium posuit. Persuasum autem habeo Apuleium coniunctionem quae est 'pervicax et pertinax' ab Accio mutuatum esse. Hos dico Achillis versus:

'Tu pertinaciam esse Antiloche hanc praedicas
ego pervicaciam aio et ea me uti volo;
haec fortis sequitur, illam indocti possident.
Tu addis quod vitio est, demis quod laudi datur.
Nam pervicacem dici me esse et vincere
Perfacile patior, pertinacem nil moror.'

Accedit alterum Enni testimonium, quod affert Fronto ep. IV, 2 p. 60 Nab. 'ut Quintus noster ait: pervince pertinaci pervicacia.'

---

1) cf. Plaut. Men. 778: nescio quid vos velitati estis inter vos duos.

Verisimillimum ergo esse videtur non solum Frontonem, sed etiam Apuleium a cascis musis suam dictionem repetiisse.

115, 20 'indicat (sc. gavia) omnem Veneris familiam male audire.' 'male audire' idem est atque 'infamen esse'. Notum est apud Romanos saepissime verba genuino accentu privata esse in cursu pronuntiationis.[1]) Grammatici et inscriptiones hanc rem comprobant. Plurima exempla Corssenus affert, quae enumerare longum est. Mihi vero sufficere haec videntur, quae apta sunt ad sententiam confirmandam: 'benemerénti, benefacta, malefacta, maledicens, malesanus, malefida, benedicere, maledicere.' Non ergo dubitandum est, quin 'male aúdire' sub uno accentu prolatum sit. Sed longius procedere possumus. Nusquam admisit Apuleius hiatum in clausulis, qui accentus ratione excusari possit. Docet ergo concursio vocalium verba quae sunt 'male audire' non solum unum accentum acutum habuisse, sed etiam sic in unum corpus coaluisse, ut non de duobus verbis, sed de uno longiore cogitandum sit. Quod comprobatur usu vocis 'male audire', quam his locis scriptam videmus: a 6, 9 'cum male audiunt'; a 6, 11 'male audire'; a 6, 14 'imperitas auris ad male audiendum habens.' Apparet non posse dirimi compositum verbum 'male audire' ulla inserta voce. Quae si recte disputata sunt, melius erit etiam uno tenore scribere 'malaudire'[2]), praesertim cum cognoverimus Romanos iam Quintiliani temporibus omissa e vocali dixisse non 'calefacere' sed 'calfacere' cf. Quintilian I 6, 21. Mirum autem accidit illud, quod 'malaudire' in linguis romanicis non comparet.

169, 25 'toro adquiescas' ex usu poetarum bene Apuleius dicere potuit, sic enim Catullus XXXI 10 'desiderato acquiescere lecto' Tibullus I 1, 43 'requiescere lecto.' Sed symmetria dictionis Apuleianae non neglegenda[3]) est: Finem enim periodi, cuius structura rhetorica in aperto proposita est, componit ex tribus commatibus, quorum unum quodque ternis verbis constat particula nomine verbo: 'neve sermonem conferas nec mensam accumbas nec toro adquiescas.' Nemo negare potest formam 'toro' Apulei artem corrumpere, et magnopere desideratur 'torum', quod respondet prioribus 'sermonem' et 'mensam'. Nusquam apud auctores Romanos[4]) aut apud Apuleium ipsum certe haec dictio exemplis comprobari potest, neque hoc fieri debet; nam rationes peculiares et res ipsa peculiare

1) cf. Corssen II 833 sq; Lindsay p. 210.

2) Leo admonet in Senecae de beneficiis libri V 7, 4 codices optimos habere 'malaudit.'

3) cf. de hac sermonis figura quae disputavit Leo Anal. Plaut. II p. 28 sq. Tractavit etiam p. 29 et 30 duos Apulei locos.

4) Thesaurus l. L. hos tres locos ab extremo aevo repetitos affert: Jord. Get. 26, 134 'quid non auri sacri fames compellit adquiescere?' Greg. Tur. glor. conf. 77 'nec acquiesceret pontifex rem tam improbam': Idem Franc. 5, 15.

dicendi genus efficiunt simulque explicant.[1]) Apuleium autem ex analogia optime constituere posse 'torum adquiescas' facile demonstrabo. Draegerus[2]) I p. 377 dicit aureae aetatis scriptores Romanos verba composita cum praepositione quae est 'ad' cum accusativo non coniunxisse praeter quattuor fere: 'accolere, adire, adoriri, aggredi'; posterius autem ambitum horum verborum ampliatum esse; Apuleio autem usus ille familiaris est, scribit enim velut 18, 18 assidebat pedes, 120, 1 Psyche pedes eius advoluta, 48, 14 tribunal adstituor[3]), 73, 17 mensas . . . accumbunt, 98, 23 lectum . . . accubans, 97, 4 instrumentum cenatorium . . . accumbit, 98, 10 scopulum . . . aderunt, 30, 17 cubiculum tuum adero[4]); sed quid ego longinqua et aliena commemoro. Ipse Apulei locus, quem tractamus, omnium aptissimus est ad comprobandum meum 'torum adquiescas'. Antecedit enim 'mensam accumbas'. 'Torum acquiescere' sic intellegendum est, ut motionis quaedam intentio voci adquiescere simul insit; dicere vult Apuleius: nec torum eius adeas quietura, quod propter colorum conformationem comprehendit in 'torum adquiescas'. Artificiosissime ergo dictum est. Clausula autem bona efficitur; nam ex eis, quae de m finali disserui, apparet 'm' litteram obstare concursioni vocalium; quod ad numerum attinet, nihil emendatione mea commutatur; ădquĭēscās est clausula dichorea, quam dicunt rhetores, pervulgata.

179, 15 'comparere illum' traditur in codice, sed manifesta esse videtur loci corruptela. Vix enim dici potest 'nec ullum senem comparere illum', id quod iam veteres interpretes offendit; Oudendorpius p. 563 putat aut in fine esse omittendum vocabulum 'illum', aut priore loco scribendum pro 'ullum' 'illum' omisso extremo verbo 'illum'. Oudendorpio contradicit Hildebrandius p. 710, cui tantum in parte adstipulari possum. Admonet 'nec ullum senem comparere' idem esse ac 'neque senem comparere', quod mihi recte fecisse videtur, cum 'nec ullum comparere' ex usu vestusto dici possit pro 'nullum comparere'. Duos affert locos 155, 2 et 211, 9 Hildebrandius comprobaturus 'nullum' valere saepe 'non'. certe de hoc vulgari usu dubitari non potest, duobus illis locis plures etiam addi possunt velut 178, 3 an nulli scitis, 176, 10 lupi . . . nulli contra nos aditum tulerant. Sed agnoscere non possum recte habere verba quae sunt 'nec ullum senem illum'; exemplis talis compositio aures ob-

1) cf. etiam emendationem meam sub finem factam.

2) cf. Draeger Historische Syntax der lat. Sprache; omisit autem scaenicos veteres. Plautus verbi causa coniungit 'scortum accumbere' cf. Bacch. 1189, Men. 475, quem Apuleium secutum esse verisimile est.

3) 'adstitui molae' est Plautinum; in aperto est Apuleium eo accusativum posuisse, quod concursum vocalium evitare voluit.

4) Singulariter haec dicta sunt, sed 30, 17 'cubiculum tuum adero' est clausula, et si scripsisset ex vulgari usu 'in cubiculo tuo adero' deterrimam compositionem effecisset.

tundens probanda est, qualem Apuleium admisisse non puto. Igitur deleamus vocabulum 'illum' sub finem enuntiati positum; clausula 'cōmpārērē' quidem dispondiaca est, sed esse eius generis in Apuleio Gatscha l. l. p. 169 statuit. Denique addere volo Leonem in Woelfflini archi vol. XII p. 96 demonstravisse, quam immerito omnes editores optimam codicis memoriam 'miserinum' respuerint.

193, 10 'nisi nos putas aes de malo habere'. Duplici ratione his verbis explanandis viri docti operam navaverunt (cf. Oudend. p. 604). Hi putant 'de malo' esse idem quod aliquo dolo malo, ἀπὸ κακοῦ, illi proverbium agnoscunt. Quantum haec explicatio illi antecedat, per se satis manifestum est. Etiam nos utimur illo proverbio „das Geld von den Bäumen schütteln.“ Evincitur autem et affirmatur explanatio illa a proverbi natura repetita concursione vocalium; admittit Apuleius hic hiatum, quia non suis, sed alienis verbis utitur. Per neglegentiam ergo Koziolus[1]) p. 248—249 et Otto, Sprichwörter der Römer hunc Apulei locum non tetigerunt.

196, 27 codex F traditit 'cibatu iri', quod φ in 'cibatum iri' mutavit. Infinitivi Futuri Passivi[2]) forma in -u iri raro invenitur. Vestigia huius infinitivi formae quae sola sic orta esse videtur, ut m littera pronuntiatione parum expressa omitteretur, ultimis his temporibus eruta sunt; exempla pauca promulgata sunt in Woelfflini archi vol. II 349, VIII 338, IX 492. In Apuleio antecedit alter infinitivus in -um iri 'leviorem laborem legatum iri', quod artificiose per allitterationem (ab Vlietio nimirum non intellectam) dictum est. Quibus de causis mihi scribendum videtur 'cibatum iri'; proficiscens ex eis , quae de m finali disserui, nemo arbitrari potest nullum discrimen intercedere inter 'cibatum iri' et 'cibatu iri'. -um iri autem invenitur velut 89, 10 taxatum iri, 134, 20 conventum iri, 215, 22 proiectum iri, 226, 18 damnatum iri.

Iamvero his septem clausulis emendatione vel explanatione seiunctis tandem aliquando enarrabo **enuntiatorum fines** — nam clausulas nominare non licet — **vere hiulcos**:

5, 22	operose effrico	Primi libri
6, 14	suo adplicat	
12, 13	stabuli absolve	
12, 13	volo ire	
13, 27	somno excussit	
14, 23	somniare autumant	
14, 26	atque impiatum	
16, 16	mendacio absurdius	
16, 26	taedio evasi	

1) Koziol, der Stil des Apuleius, Wien 1872.
2) cf. Neue-Wagener, Lat. Formenlehre III p. 177.

18, 13[1])	me opperimino	Primi libri
21, 15	trahere adoritur	
32, 22	vespera oriente	

87, 13	viva exurare	Reliquorum librorum
108, 27	denique altera	
130, 21	mihi ausculta	
146, 16	carpo ordinem	
150, 31	puellae ipsius	
177, 5	atque obteritis	
192, 5	sermone accipit	
198, 5	macie exasperati	
204, 1[2])	perfacile indipisci	
228, 4	adserere incipit.	

Insunt ergo in omnibus metam. libris viginti duae clausulae hiulcae, inter singula milia tantum novenae; ex inopinato autem accidit, quod ex viginti duabus illis clausulis, in quibus vocales sibi occurrunt, undecim primi libri, undecim tantum omnium ceterorum librorum sunt. Igitur inter centenas clausulas, quae efficiuntur excepto primo libro, 0,5 % hiulcae sunt. Mirum autem illud discrimen confirmabitur quaestione, quae exerceri debet de universis Apulei concursionibus vocalium. Hic autem quo modo explicanda sit haec res, in dubio relinquo; sufficit mihi statuisse esse discrimen. Iamvero ut parvum illum numerum clausularum satis aestimemus, necesse est meminisse, qua ratione quaestionem instituerim. Omnia enim enuntiata respexi etiam ea, quae propter brevitatem rhetorice formatae esse non possunt; apparet autem in talibus sensiculis vocalium concursionem maxima ex parte admissam velut 5, 22 'sordium enormem eluviem operose effrico', 12, 13 'stabuli absolve', 12, 13 'antelucio volo ire', 16, 16 'nihil isto mendacio absurdius', 32, 22 'commodum vespera oriente', 108, 27 'sic denique altera', 130, 21 'mihi ausculta', 146, 16 'sed rei noscendae carpo ordinem'. Haec exempla et plura alia tantum incisa sunt, periodus autem minime efficitur neque ea de causa hos enuntiatorum fines clausulas nominare licet; periodum omni rhetoris arte elaboratam tantum unam in clausulis illis supra allatis invenio 198, 5; media et ambigua sunt enuntiata 14, 23; 87, 13; 192, 5. Iam compara cum tribus vel quattuor vel quinque clausulis vere hiulcis Symmachi[3]) vocalium concursus in clausulis admissos et apparebit illum adeo diligentia ab Apuleio

1) 18, 15 ''rogat te' inquit', 30, 15 ''bono animo esto' inquit' eximenda sunt. Hic enim hiatus non solum tolerabilis, immo vero necessarius est, cum orationis pausa intersit inter verbum ultimum et paenultimum.

2) 224, 13 'tute ipse es' infra fusius tractabitur.

3) cf. Havet l. l. p. 80.

superari, ut omnis ars et consilium omne apud illum abesse videatur.

Sed quoniam de hiatu clausularum disputavi, nunc **de monosyllabis** sum dicturus. Clausularum hiulcam compositionem ex scholae doctrina post Quintiliani tempora evitandam esse supra pluribus exposuimus. Artissime huius generis praeceptis cohaerere videtur monosyllaborum ratio. Cicero omnesque, qui eum sectabantur, non dubitaverunt verbo monosyllabo sententiam claudere; Bornecque, la prose métrique dans la correspondance de Cicéron p. 180 sq. monosyllaba in fine sententiarum posita collegit ex Ciceronis epistulis, quibus mea quidem sententia tantum illud evincitur epistulas Ciceronis non ad artem rhetoricam et ad praecepta revocari posse. Nemo est, qui nesciat sermonis vulgaris proprium esse monosyllabis sensus claudere, quo factum est, ut satirici versus hac in re a reliquis valde distent, de qua re infra agam. Scholasticam autem eruditionem deprehendimus in grammaticorum et rhetorum libris, quorum testimonia Bornecque 'quid praeceperint . . .' p. 20 congessit. Docent nos grammatici verbo monosyllabo clausulam finire vitiosum esse.

Iamvero ad Apuleium ipsum accedamus. Satius autem esse puto universa disputatione totum Apuleium amplecti, ut melius perspici possit, quid de monosyllabis Apuleianis iudicandum sit. Omitto autem hic, id quod iam in disputatione de vocalium concursu factum est, omnes clausulas, quae in verbum substantivum cadunt; peculiari enim quaestione has absolvi opus est.

Tradita ergo sunt in omnibus Apulei scriptis, in quibus clausulae ex rhetorum praeceptis formatae sunt — sunt autem praeter metamorphoses scripta de Platone et eius dogmate, de deo Socratis, de mundo — haec tria[1]) monosyllaba in fine enuntiati posita:

214, 6 fons, 224, 21 non fit, m 133, 18 vis. Neque potest dubium esse, quin primus et tertius locus corrupti sint, neque ego primus in illis offendo.

214, 6 tractavit Petschenig in studiis Vindobonensibus IV p. 139/140 et demonstravit vestigia memoriae, quae in codice comparent, recte habere; nam in codice priora verba, quae fuerunt 'terra dehiscens ... largissimum emicuit sanguinis fontem', a correctore aliquo male deformata sunt; nam verbo 'emicare' Apuleius transitive usus est, quod comprobatur 254, 1 'rutunditas ... lumen emicabat'.

Alterum locum, quem corruptum esse constat, — m 133, 18 — Krollius in musei Rhenani vol. LV p. 584 recte emendavisse ipsa mea observatio demonstrat. Hoc autem modo Apulei verba sanavit distinguendo post vocem multiformis: 'fit multiformis. ⟨no⟩bis idem a iuvando Iuppiter dictus quem Ζῆνα Graeci . . .'

Iam duobus illis locis propter corruptelas semotis restat 224, 21

1) 20, 4 'intervisimus te' artissime cum eis quae secuntur cohaeret neque clausula enuntiati habenda est.

'nam quod nemo novit, paene non fit.' Quondam putavi verbum monosyllabum, cum esset prorsus singulare in Apuleio, indicare corruptelam. Sed nunc respuo hanc rationem, quam poetae ipsi improbare videntur. Nam quaeri debet, quibusnam modis poetae monosyllabis in fine versuum usi sint.[1]) Neque longo sermone opus esse arbitror ad hanc rem illustrandam. Inde ab Homeri temporibus videmus eam legem vel artem valuisse, ut monosyllabo versum claudere parum placeat. Apud Romanos autem monosyllabum in fine positum non prorsus intolerabile est, si praecedit alterum velut in hoc Sulpiciae versu:

'At mihi quid prosit morbos evincere, cum tu
Nostra potes lento pectore ferre mala.'

Rarissime autem admiserunt poetae Romani monosyllabum non antecedente altero eiusdem ambitus eo certo consilio, ut gravitatem vel acumen assequerentur. Huc spectat illud Horati ep. II 139:

'parturient montes, nascetur ridiculus mus.'

His duabus rationibus omnia fere monosyllaba, quae in fine versuum posuerunt poetae Romani, explicari possunt. Nimirum encliticum verbum 'est' usurpare in ultima enuntiati sede licet, cum per enclisin fiat extrema pars verbi longioris. Pauca ergo pro multitudine versuum monosyllaborum exempla arte metrica non probata restant; inde autem ab Vergili temporibus, cum in dies poetae maiore cum cura versus excolerent, expolirent, limarent, rariores fiunt, id quod paucis exemplis Muellerum secutus illustrare volo: Vergilius quadraginta versus habet, in quibus monosyllabum ultimum eget explanatione ulla, at Ovidius, elegantissimus ille poeta, tantum undecim, Propertius unum, Lucanus unum, Silius duos, Valerius tres, Statius quattuor. Sed ut appareat, qualis ars huic compositioni insit, duos poetas comparare volo: Tibullum et Horatium, qualem sese praestat in satiris; has autem perscrutandas mihi proposui, cum manifestum sit has esse cum sermone cotidiano aliquo modo coniunctas. Afferam autem etiam eos versus, qui copula 'est' concluduntur.

Iam haec monosyllaba in Tibullo inveniuntur: viast I 3, 50, comast I 4, 4; ni sint I 4, 63; victost I 8, 49; causast I 8, 51; viast I 10, 4; puellast II 3, 31; umbrast II 4, 11; victast II 4, 33; Lavinist II 5, 49; tubast II 6, 10; bonast II 6, 44; tibist IV 4, 16.

Unum ergo monosyllabum in omnium Tibulli versuum finibus deprehendimus; neque illud offendit, cum antecedat verbum eiusdem longitudinis; prorsus autem evitat monosyllabum ultimum subiungere polysyllabo paenultimo. Copula 'est' ubique fere inclinatur ad nominativum singularis substantivi primae declinationis; semper fere ă + est

1) cf. L. Mueller de re metrica.

per synaloepham coeunt, singularia autem sunt victost, Lavinist, tibist.

Admirabili arte Tibullus non magis abundat, quam Horatius satirarum poeta indiget, ut par est huic generi versuum. Primo satirarum libro hi versus monosyllabis praecipui insunt: I 11 in urbem est, I 17 hinc vos, I 46 ut si, I 50 centum an, I 56 eo fit, I 62 habeas sis, I 69 de te[1]), I 81 habes qui, I 82 ut te, I 92 habeas plus, I 94 facias quod, I 96 ut se, I 101 aut sic, II 8 ingluvie rem, II 17 quis non, II 18 at in se, II 22 atque hic, II 25 est qui, II 48 in quas, II 49 at hic si, II 69 ego a te, II 72 puella est, II 77 paeniteat te; II 81 aut crus, II 82 togatae est, II 93 longo est, II 96 nam te, II 97 officient res, II 100 tibi rem, II 101 videre est, II 107 similis nam, II 111 modum quem, II 116 num si, II 117 in quem, II 120 exierit vir, II 131 egomet mi, III 5 suam non, III 9 velut qui, III 10 velut qui, III 13 tripes et, III, 19 quid tu, III 21 heus tu, III 30 eo quod, III 32 melior vir, III 39 ipsa haec, III 56 probus quis, III 68 ille est, III 69 aequum est, III 74 aequum est, III 77 cur non, III 78 ac res, III 81 ligurrierit ius, III 91 ob hanc rem, III 94 aut si, III 111 necesse est, III 121 pares res, III 124 sapiens est, III 125 est rex, III 128 sapiens qui, IV 2 virorum est, IV 3 ac fur, IV 14 si vis, IV 23 ob hanc rem, IV 29 eum quo, IV 31 ne quid, IV 32 ut rem, IV 41 uti nos, IV 43 atque os, IV 46 ac vis, IV 56 quae nunc, IV 57 eripias si, IV 58 verbum est, IV 64 tibi sit, IV 67 si quis, IV 70 metuas me, IV 74 medio qui, IV 93 si qua, IV 95 est mos, IV 102 de me, IV 103 liberius si, IV 105 hoc me, IV 110 patriam rem, IV 112 dissimilis sis, IV 116 est si, IV 120 sic me, IV 122 facias hoc, IV 125 malo cum, IV 130 et quis, IV 133 aut me, IV 134 hoc est, IV 142 veluti te, V 5 ac nos, V 56 equi te, V 59 faceres cum, V 78 et quos, V 87 non est, V 102 deos id, V 104 viaeque est, VI 2 est te, VI 27 impediit crus, VI 44 hoc nos, VI 52 non hoc, VI 60 est mos, VI 66 velut si, VI 87 hoc nunc, VI 90 suo pars, VI 98 tuo quod, VI 100 foret res, VI 111 libido est, VI 112 ac far, VI 114 domum me, VI 119 quod cras, VI 120 qui se, VI 128 haec est, VI 130 ac si, VII 13 divideret mors, VII 19 uti non, VII 20 in ius, VII 33 deos te, VII 34 cur non, VII 35 tuorum est, VIII 32 ut quae, IX 1 est mos, IX 5 quae vis, IX 16 est te, IX 19 sequar te, IX 38 inteream si, IX 42 durum est, IX 47 dispeream ni, IX 49 ulla est, IX 57 hodie si, IX 62 venis et, IX 67 loqui te, IX 69 vin tu, IX 73 ac me, X 2 inepte est, X 5 nam sic, X 9 neu se, X 15 secat res, X 16 viris est, X 24 Falerni est, X 25 et cum, X 34 ac si, X 72 legi sint, X 78 cruciet quod, X 89 placeant spe.

---

1) Noli obicere praepositionem propter procliticam naturam cum voce 'te' in verbum bisyllabum coalescere; nam diversa esse videtur ratio diversorum poetarum; Tibullum nusquam tale quid admisisse modo exposui, contra Sulpicia his verbis versum concludit: 'quod iam tibi de me'. cf. quae infra de Apuleio disseram.

Pungunt animum tot Horati monosyllaba, cum in Tibulli mille trecentis quinquaginta versibus tantum unum, in Horati primi satirarum libri mille et triginta versibus centum quadraginta sex in fine posita sint.

Quoniam perstrinxi, qui sit usus monosyllaborum in fine versuum apud poetas Romanos, nunc redeo ad Apulei locum 224, 21 'nam quod nemo novit, paene non fit.' Supra exposui in versibus ferri posse id monosyllabum, quod subsequeretur verbum eiusdem generis; quae cum ita sint, num casu factum est, ut Apuleius scriberet 'non fit'? Non puto quemquam negare posse hic artem et consilium Apulei latere. Maxima cum cura fugit monosyllaba, prorsus autem ea, quae propter antecedens polysyllabum artificiosae compositioni non congruunt. Quod uno exemplo comprobabo: m 115, 12 scribit Apuleius 'hi cum maiore vi torti sunt, fit procella terrestris;' 'terrestris fit' vitiosum fuisset. Iamvero intellegimus nos recte arbitratos esse corruptas duas illas clausulas, quae sic concludant: 214, 6 'sanguinis fons', m 133, 18 'multiformis vis'.

Sed iure aliquis mihi opponat demonstrari oportere in scriptis non ex arte et doctrina rhetorum compositis diversam rationem secutum esse Apuleium. Ac potest haec res comprobari; nam in apologia, in qua, ut anticipem ea, quae paulo post tractaturus sim, Apuleius Ciceronis dicendi genus imitatus praecepta a schola rhetorica secundi p. Chr. n. saeculi ineuntis constituta neglexit, hae clausulae monosyllabae inveniuntur: a 39, 7 sed oro te, a 55, 21 mecum scis, a 55, 23 quid vis, a 89, 18 quid vis; inter has clausulas 'oro te' et 'mecum scis' propter bisyllabum paenultimum notabiles sunt.

Apuleius 224, 21 monosyllabo in fine posito offendere non videtur[1]); accedit illa quoque causa, quod tota oratiuncula, ut infra ostendere conabor, singulariter composita est, quod enuntiatum, de quo agitur, peculiarem speciem praeter trochaeorum rhythmum prae se fert; duo cola enim, quibus continetur, exeunt in 'novit' et 'non fit', agnominationis ergo figura rhetorica utitur Apuleius. Denique estne pro sententiae natura absurdum hic de proverbio cogitare? Videmus pluribus ratiocinationibus evinci posse recte habere clausulam 224, 21. Nullum ergo in eis Apulei scriptis, quorum clausulae artificiose compositae sunt, praeter illud restat monosyllabum. Studium autem Apulei in verborum monosyllaborum collocationibus apparet in metam.: 59, 23 dat vivis carbonibus adolendos, 62, 12 fit bubo Pamphile, 85, 11 clara lux oppressit, 126, 9 nox exanclata, 192, 20 secum rem suam ferat, 193, 29 sors haec erat, 228, 24 haec[2]) ad ordinem pertulit, 257, 7 sol exurgit aureus, 270, 12 sol curvatus intrahebat vesperam, 274, 1 res in ambiguo stetit.

---

1) Velim conferas 96, 16 'ibi non est' et p. 90, 6 'malum non est' m 117, 24 'nomen est' de quibus locis infra agetur.

2) Pronomen 'hic' in fine posuit Cicero ad Attic. IV 1 § 7 'Pompeius illam velle se dicit, familiares hanc.'

Ac ne diutius loquar de monosyllabis, unam tantum adicio rem dignam, quae non neglegatur. Notum est praepositiones[1]) per proclisin coniunctas cum verbo sequenti pronuntiatas esse, qua de causa non immerito aliquis putet coniunctiones velut 'ad te', 'in me', 'per se' 'a te' 'in ius' 'in spem' 'in re' et quae eius generis sunt in fine enuntiatorum admitti posse, cum ex duobus verbis unum bisyllabum factum sit. Certe improbanda est ratio, qua usus est Bornecque in libro de epistulis Tullianis, qui p. 180 dicit eliminanda esse monosyllaba ea 'qui s'appuient étroitement sur le mot précédent et forment groupe avec lui.' Hac nimirum doctrina putat explanari posse clausulas velut illam Ciceronis ad Attic. XVI 16 § 18 'Nemo nos in hac causa plus iuvare potest quam tu.' Quis dubitare potest, quin hic pronomen 'tu' plena cum vi proferatur et sui iuris sit; Gallice vertendum est illud non 'tu' sed 'toi'. Neque magis Cicero in epistulis quam Horatius in saturis explicatione ulla indiget. Sed haec alia quaestio, nos ad propositum revertamur; quaeritur, num admittantur ea **monosyllaba, quae cum verbo antecedenti propter accentum in unum coalescunt.** Apuleius talem quoque clausularum compositionem ex artis praeceptis vitandam fuisse ostendit. Nullum enim huius generis exemplum habet atque consulto id factum esse comprobari potest. Quamquam enim Apulei proprium est verbum ultimae voci anteponere — quod qua de causa factum sit, postea patefacere studebo — tamen haec inveniuntur: 98, 26 quid iam de te tuus maritus expecto, 156, 10 in me comminiscitur, 163, 4 a me pernicies, 177, 11 ad nos inquit, 208, 29 nihil triste de me tibi, fili, metuas, 223, 24 ad se vocari praecipit filium, 234, 5 ad me dirigunt animos, 253, 23 ante me constitisse visum est, 257, 2 in se recessit, 263, 26 in me populi fabulabantur, 275, 27 consuluerunt in me sacerdos uterque.

Haec habui de monosyllabis in fine enuntiatorum positis quae dissererem. Iamvero quaeramus, quomodo sese habeat **copula 'esse'** a nobis adhuc prorsus neglecta. Primum autem afferam omnes Apulei clausulas, in quibus 'est, es' in fine positum excipit vocabulum vocali terminatum. In metam. generis **-ă + 'est', 'es'** hae clausulae sunt:

1, 10	prosapia est	118, 14	oblita es
4, 2	deposita est	130, 22	sita est
4, 17	frustrata est	137, 4	comparata est
26, 2	nupta est	202, 23	auctorata est
27, 5	argutula est	243, 28	passa est
81, 10	exercitata est	250, 20	professa est
106, 26	exterminanda est	254, 28	dignata est

1) cf. Corssen II p. 862 sq.; Leo, Bemerkungen über plautinische Wortstellung und Wortgruppen, Nachr. d. Gött. Ges. d. Wissensch. 1895 p. 417 sq.

In libro de Platone et eius dogmate:

p 69, 9 sphaera est
p 69, 13 sortita est
p 71, 16 natura est
p 76, 1 intelligentia est
p 86, 3 medicina est.

In libro de deo Socratis:

prolog. I s 3, 16 adorta est
s 9, 5 passa est
s 17, 1 inpertienda est
s 21, 9 praedicta est.

In libro de mundo:

m 119, 3 fecunda est
m 127, 18 largita est.

In apologia:

a 26, 19 nutricata est
a 38, 2 exorta est
a 50, 14 usura est
a 73, 5 adempta est
a 81, 25 obsecuta est
a 88, 22 commenta est
a 89, 20 habenda est
a 94, 15 † femina est
a 103, 4 dotata est
a 103, 7 acceptissima est
a 106, 14 revolvenda est
a 113, 11 causa est.

In floridis:

f 8, 13 contumelia est
f 14, 19 ferula est
f 16, 12 insula est
f 30, 22 relinquenda est.

His clausulis, in quibus verbum paenultimum ubique exitum habet in ă, subiungam reliquas.

'-i + est, es':

Metam. 12, 12 ubi es
36, 19 ibi est.

'-e + est, es':

Metam. 224, 13 tute ipse es
271, 1 necesse est.

De Platone e. e. d.:

p. 97, 19 necesse est.

Apologia:

a 29, 8 necesse est
a 57, 8 accussare est
a 59, 5 difficile est.

Florida:

f 8, 10 perfacile est.

'-o + est':

De Platone e. e. d.:

p 69, 11 tertio est
p 78, 6 regio est.

Digitized by Google

De deo Socratis:
s 23, 28 studio est
s 27, 3 possessio est.

Florida:
f 1, 4 properatio est.

'-u + est':
f 34, 7 in casu est.[1])

Vix necesse est me de natura harum concursionum pluribus disputare. Omnes clausulas, quas modo congessi, non esse monosyllabas in aperto est. Voces enim 'est' et 'es' accentu, qui dicitur acutus, carentes in verborum contextu inclinant in vocem antecedentem[2]), id quod ratione et usu, qualis sese in inscriptionibus et manuscriptis praestat, satis comprobatum videmus. Prorsus poetae in versuum finibus concursiones cum vocibus 'est' et 'es' libere admittunt, quamquam monosyllaba diligentissime fugiunt. Velim reminiscaris ea, quae supra de compositione Tibulli exposui. Sed in rebus apertissimis nimium longi sumus, in aliud mentione dignum animum intendamus. Tabulam a me confectam si examinamus, apparet ultimam illam vocalem cum 'est' et 'es' coeuntem esse semper fere ă vocalem correptam. In metam. libris quater decies committuntur in clausularum finibus ă + est, semel tantum 12, 12 i + est, hoc autem fit in enuntiato, quod omnino rhetorice formari non potest, cum tantum duobus his verbis constet in sermone, qui praeter hunc duo hiatus in clausula habeat, cum tribus commatibus constet. Hic igitur Apulei consilium rusticae confabulationis apertum est. 36, 19 'ibi est' corruptum esse mox ostendere conabor. Bis invenitur '-e + est, es', quorum locorum alter 224, 13 consulto sic compositus esse videtur, ut singultus novercae concursionibus reddatur. Clausula enim duplici hiatus vitio deformata est 'mihi tute ipse es'. Uti hic possum explanationis ea ratione, quam instituit Eusthatius ad λ 596 'ἐμφαίνει γὰρ τὴν δυςχέρειαν τοῦ τῆς ὠθήςεως ἔργου τῇ τῶν φωνηέντων ἐπαλληλίᾳ.' Totus autem novercae sermo suam stili speciem prae se fert; crebrae sunt concursiones vocalium et finis oratiunculae singulariter formatus est, quod iam supra dictum est. Nusquam autem in metam. ō vel ū vocales subsequitur 'est', quod eo magis mirandum est, quod dativus singularis u-nominum -u terminatus in metam.[3]) familiarissimus Apuleio est. cf. 15, 4 spiritu, 76, 8 manu, 93, 25 luctu, 109, 27 aestu, 134, 19 coetu, 135, 1 statu, 165, 16 prospectu, 167, 4 prosectu, 201, 14 progressu, 236, 16 magistratu, 242, 5 mandatu, 263, 11 habitu. Semel tantum in om-

1) a 113, 21 apparet 'natu est' vix tolerabile esse.
2) cf. Corssen II p. 646 sq., Lindsay p. 139, 191.
3) Vix autem has formas in ceteris scriptis invenias; collegit eas Vlietius in metam. editionis indice solita cum negligentia.

nibus Apulei clausulis invenitur 'ū + est', nusquam autem 'ae + est'; qua de causa f 14, 11 immerito Kruegerus vocem quae est 'avis' seclusit. Reliqua scripta autem paulo distare a metam. videmus; hic enim admittuntur praeter coniunctionem 'e + est, es' etiam p 69, 11 'tertio est', p 78, 6 'regio est', s 23, 28 'studio est', s 27, 3 'possessio est', f 1, 4 'properatio est'.

Iamvero qualis est ratio huius structurae, quam optime in metam. perspicimus? Apuleius maxime studet ei compositioni, quae abhorret a coniungendis omnibus verbis cum 'est' vel 'es' praeter participium perfecti passivi, quod est feminini generis; nam in metam. exemplis tantum unum substantivum et unum adiectivum inest 1, 10 'prosapia est' et 27, 5 'argutula est'. Cuius rei causa in aperto esse videtur: perfectum enim passivi non solum quod pronuntiationem sed etiam quod sensum attinet unum est; 'dignata est' eodem modo aestimandum est quo 'dignabatur'. Accedit alterum; certe non nego coniunctiones velut 'Romano est' et 'in exercitu est' bene per synaloepham pronuntiari posse, sed, si Quintilianum aliosque, quos supra attuli, sequimur, synaloepha pro natura vocalium coeuntium — tam pro sono quam quantitate — diversa erat. 'minima est in duobus brevibus offensio, atque cum aliae subiunguntur aliis, proinde asperiores <aut leniores> erunt, prout oris habitu simili aut diverso pronuntiabuntur.' Pro soni diversitate autem hac affinitate conexae sunt vocales, si ab angusti oris habitu pronuntiatis ad cavas et patulas procedimus[1]):

i e a o u;

e vocalis ergo minime distat ab i (cf. Quintil. IX 4, 34) et ab a, maxime autem ab o et u; verisimile ergo esse videtur 'professa est' lenius fuisse, paulo asperius autem velut 'Romano est.' Accedit, quod sonus ille per synaloepham a et e vocalium prognatus linguae Romanae familiarissimus erat. Nam etiamsi concedis Seelmannum p. 169 sq. nimium fuisse, tamen nemo negare potest saepissime pro natura litterarum vicinarum a Latinum assumpsisse sonum medium æ[2]); iamvero non absurdum est putare Romanos eadem illa ratione in synaloepha vocalium a + e pronuntiavisse.

Cognovimus diligentius et artificiosius metam. libros compositos esse quam ceteros. Huic sententiae alterum adminiculum est; nam in libris de Platone et eius dogmate non solum 'est' et 'es' in fine enuntiati admittuntur, sed etiam aliae copulae formae. Hae autem sunt: p 68, 23 redacta esse[3]), p 70, 15 natumque esse, p 82, 24 culpanda essent, p 83, 2 permixta esse, p 89, 21 inutilia erunt, p 90, 14 instabilesque esse, p 96, 7 mala esse, p 103, 25 genera esse; in libro de mundo semel m 126, 6 adpositi erant singulariter

1) cf. Seelmann p. 154.
2) cf. Lindsay p. 14 sq.
3) fortasse autem recte codex Laur. 'redacta esse dicitur'.

dictum est. His locis certe de enclisi non est cogitandum, sed analogia has vocalium concursiones creavit et explanat eas.

Reliquum est, ut dicam de 36, 19 'ibi est'. Pluribus de causis clausula corrupta esse videtur. Praeter 12, 12 qui locus quomodo intellegendus sit, supra exposuimus, nusquam in omnium Apulei librorum clausulis invenitur coniunctio '-i + est'. Intolerabile porro esse particulam 'ibi' post antecedentes 'hic — ibi — alibi' nemo negare potest. Accedit gravissima tertia causa, quam paulo post afferre liceat. Clausula ergo ita mihi videtur emendari debere, ut post vocem 'potest' distinguatur. Nova sententia incipienda est ab 'ibi' et pro 'est' scribendum 'et'. Redit igitur hoc 'ibi et', quod intellegi debet 'ibi etiam', ad initium capitis, ubi frequentem 'ibi' numerum epulonum fuisse percepimus; et sic disposuit Apuleius, ut mentionem cum multorum epulonum tum multorum servorum interpellet descriptione amplissimi et splendidissimi apparatus domestici; bene etiam verbum substantivum per dicendi genus omnibus scriptoribus usitatum omitti potest; immo vero melius hic non ponitur, cum etiam prius enuntiatum eodem plane modo formatum copula careat. Puto ergo satis constare de sententia inde a verbis 'ibi et' incipienda. Num autem ea, quae extrema restant — dico 'et quicquid fieri non potest —' recte habeant, dubius sum. Certe non intellegi possunt haec verba nisi per hyperbolen dicta et idem valere debent atque 'quicquid fieri non posse crederes'.[1]) Ceterum Apuleianae dictioni congruens esset inserere <paene> cf. 41, 13 'paene ibi non eram', 224, 20 'paene non fit'.

Sed dixi esse tertiam causam quae scrupulum mihi iniceret. Alterum enuntiatum vulgo incipitur a verbo quinquesyllabo 'diribitores', quod quia contra Apulei usum talis compositio est, intolerabile est. Sed non inutile esse mihi videtur hic occasione data **excursum de enuntiatorum Apuleianorum initiis** interserere:

Clausularum compositione commotus exordia enuntiatorum perquisivi, num fortasse et hic artificiosa auctoris compositio deprehendi posset. Movit me autem praeceptum quoque Quintiliani inst. or. IX 4, 63: 'proximam clausulis diligentiam postulant initia: nam et in haec intentus auditor est.' Quintilianus autem non nisi de numero, de ratione pedum cogitat his verbis. Cui rei congruens est, ut §§ 92 et 107 tantum numeros perstringat. Apertum autem est Quintilianum Aristotelis praecepta[2]) Rhet. 1409 a, 3 reddere. Quintiliani testimonio adiungi potest Iulius Victor p. 433 H.

Perquisivi igitur omnes Apulei metam. libros initia enuntiatorum congerens et inter se comparans.

Primum de ambitu verborum agam, a quibus enuntiata ex-

---

1) cf. 96, 16 'nec est quicquam quod ibi non est.'

2) De quibus v. B. Keil, Die Solonische Verfassung p. 28 sq. et quae contra dixit Kaibelius, Stil und Text der πολ. Ἀθην. p. 89 sq.

ordium sumunt. Iamvero initia ipsa in ordinem redacta hac tabula illustrentur:

Liber	Monosyll.	Bisyll.	Trisyll.	Quadrisyll.	Quinquesyll.	Quae exced.	Summa enuntiatorum
I	126	47	36	8	1	—	218
II	150	56	25	2	2	—	235
III	134	37	15	3	—	—	189
IV	140	57	23	5	2	—	227
V	145	55	22	6	—	—	228
VI	169	32	18	5	—	—	224
VII	127	38	22	4	—	—	191
VIII	138	45	20	8	1	—	212
IX	186	66	24	2	1	—	279
X	144	60	20	9	—	—	233
XI	110	68	23	6	—	—	207
I—XI	1569	561	248	58	7 [1])	—	2443
I—XI	64,3 %	23 %	10 %	2,4 %	0,3 %	—	100 %

Pungit animum tantus numerus monosyllaborum. Inter dena enim enuntiata sena et quod excedit a monosyllabis incipiunt; discrimen autem inter singulos libros intercedit velut inter sextum monosyllaborum copia insignem ceterosque.

Certe concedendum est secundum naturam orationis in initiis enuntiatorum monosyllaba praesertim coniunctiones necessario egregium locum sibi vindicare, sed quantopere talis compositio Apuleio propria et ab ipso petita sit, facile ex aliis auctoribus intellegi potest.

Si Varronis de agricultura librum primum inspicies, invenies inter 343 enuntiata inesse 121 monosyllaba, 126 bisyllaba, 75 trisyllaba, 17 quadrisyllaba, 3 quinquesyllaba, 1 sexsyllabum; sunt ergo si ad centena refers triginta quinque monosyllaba, triginta septem bisyllaba, viginti duo trisyllaba, quinque quadrisyllaba, unum sexsyllabum.

Apud Livium in primo libro inde ab initio usque ad caput vicesimum sextum numeravi quadringenta septuaginta duo enuntiata: horum sunt initia 146 monosyllaba, 176 bisyllaba, 106 trisyllaba, 37 quadrisyllaba, 7 quinquesyllaba.

Ergo ex Varrone et Livio facile percipi potest non omnino naturae sermonis conveniens esse, quod monosyllaba longe maximam partem sibi arrogent. Nam apud hos scriptores praevalent initia bisyllaba. Sequitur, ut artificiosam componendi rationem Apuleius valde adpetierit. Haec explicatio comprobatur auctoritate Ciceronis, cuius duas orationes alteram pro lege Manilia alteram pro Archia poeta perquisivi. Illustratur res qualis apud illum est hac tabula:

1) Loci sunt hi: 5, 10 36, 20 43, 7 75, 24 125, 20 171, 15 192, 28.

Oratio	Monosyll.	Bisyll.	Trisyll.	Quadris.	Quinques.	summa
ProArchia	76	45	15	2	3	= 141
„ %	54	32	11	1	2	= 100 %
P.leg.Man.	140	96	42	14	3	= 295
„ %	47	33	14	5	1	= 100 %

Componam denique, ut melius inter se comparari possint, quattuor auctores:

Auctor	Monosyll.	Bisyll.	Trisyll.	Quadris.	Quinques.	summa
Varro	35	37	22	5	1	100 %
Livius	31	37	22	9	1	
Cicero	50,5	32,5	12,5	3	1,5	
Apul.	64,3	23	10	2,4	0,3	

Verisimile est talem scribendi rationem aliquid valuisse in collocandis verbis et omnino in sententiarum conexu efficiendo. Et revera invenimus usum coniunctionum proprium esse. Sunt apud Apuleium multae, quae prorsus vi carent et nihil nisi formulae vicem agunt. Sic puto multis locis intellegenda esse verba et verborum coniunctiones utpote 'nec mora cum, sic, et, et ecce, tunc, e re, e re nata, et cum dicto, nec diu et', et quae eius generis sunt. Sunt aliae coniunctiones, quae valido suo sensu privatae usurpantur: 'at' coniunctio saepe non contraria antecedentibus subicit, 'enim' non causam affert, sed conectit solum enuntiata cf. 84, 19 et 74, 11 et hic quidem primo loco positum est, id quod Apuleius ex Plauti sermonis genere ausus esse mihi videtur, apud quem causativa notio voci 'enim' non inest; neque mihi duobus illis locis 'enim' in 'enimvero' commutandum esse videtur.

His de universa Apulei ratione disputatis, opus esset plures locos recensere, sed ne in nimiam molem excrescat excursus, unum tractare contentus sum: 86, 22 traditum est 'lamentata sic'. De hac vocis 'sic' collocatione valde dubitari potest. Nam equidem observavi semper in metamorphosibus priore loco 'sic' particulam poni, posteriore participium. 'Sic' in initiis enuntiatorum his locis invenitur: 8, 19 et sic illa propitiata, 15, 11 sic denique eum, 22, 21 sic attonitus, 36, 11 sic paratus, 37, 28 sic ille commotus, 38, 3 ac sic aggeratis . . . stragulis, 40, 5 sic placito, 41, 1 sic desolatus, 41, 9 denique sic ad illam, 41, 17 sic inanimis, 42, 13 sic . . . laceratus, 43, 3 sic ille, 43, 27 Propheta sic propitiatus, 47, 3 sic proeliatus, 68, 4 sic enim, 75, 20 sic . . . territus, 84, 6 sic etiam, 84, 13 sic fatigati, 90, 7 sic immensum, 91, 29 sic effata, 92, 26 sic infortunatissimae (nb. sic = ita factum est, ut), 93, 23 sic adfectae, 94, 23 sic profata, 96, 6 sic cubicula, 99, 5 sic ille, 100, 17 sic allocuta, 101, 6 sic infit, 103, 6 ac sic . . . deserentes, 104, 6 tunc sic admonet, 105, 26

sic adfectione simulata, 107, 3 sic inflammatae, 108, 26 sic denique, 111, 15 sic ignara, 111, 27 sic inustus, 113, 17 sic locuto, 117, 28 sic effata, 118, 24 sic ... blandiebantur, 122, 9 sic ad dubium obsequium ... praeparata, 125, 9 sic assignato, 126, 8 sic ergo distentis, 127, 11 sic ... docebat, 128, 1 sic aiens, 128, 18 sic mutata, 129, 15 sic acceptam, 129, 19 nam sic ... appellat, 130, 13 sic enim rebatur, 132, 14 sic explicuit, 134, 18 sic fatus, 135, 20 sic ... convenit, 135, 23 sic ... narrabat, 140, 6 sic tendentes, 140, 25 dum sic ... iocatur, 141, 30 sic enim ... sustinebunt, 142, 16 sic enim ... indicabat, 145, 28 sic introgressus, 148, 14 sic reformatus, 149, 13 sic ille pertulerat, 150, 1 sic eo profecto, 154, 10 sic legeram, 160, 24 sic adseverans, 161, 22 sic effectum, 167, 12 sic ... conformatus, 173, 1 sic placuerunt, 177, 15 sic ille, 178, 27 sic deprecantis, 188, 16 sic ... obarmabat, 190, 19 sic conferunt, 192, 13 sic confutatus, 208, 13 sic me cruciatum, 229, 17 sic inductus, 249, 26 sic ... celebratum, 257, 1 sic ... fine prolato, 267, 5 sic anxius, 271, 18 sic ... exornato. Videmus Apulei collocandi constantiam, a qua nullum exemplum eximitur. qua de causa etiam loco de quo agimus 86, 22 pro 'lāmēntātă sic' scribendum esse puto 'sic lamentata.'

Quoniam de ambitu verborum initio sententiarum positorum quaesivi, iam de concursionibus vocalium, quae fiunt inter verbum primum et secundum, summatim ea, quae observavi, hic afferam: Numeravi in omnibus metam. libris centum undecim concursiones duorum priorum verborum. Hoc numero comprehenditur coniunctio 'ergo igitur'. Apparet autem ex magno exemplorum numero — ni fallor, sedecies invenitur — duo verba prorsus in unum coaluisse et sub uno accentu pronuntiata esse; nusquam quidem uno tenore scripta ea videmus, quod mihi ea de causa factum esse videtur, quia deerat nota quaedam, qua sonus ille ex synaloepha duarum vocalium ortus recte exprimi posset. Restant his locis demptis nonaginta quinque initia, in quibus ubique fere apparet ĕ priore ex parte collocatum. Quae cum ita sint, explanationem huius rei requirimus: scimus breves vocales in exitu verborum positas in lingua Latina pronuntiationis vi carere praesertim vocalem ĕ correptam. Optime hanc rem ex Plauto Skutsch[1]) comprobavit. Voces enim quales sunt: 'inde, unde, quippe, nempe, atque, ille, iste' etc. etiam ante consonantem verbi sequentis elidunt 'e' vocalem. Hac ratione plurimae concursiones Apuleianae explicantur. Porro si eximimus quattuordecim verborum coniunctiones, in quibus vox posterior est verbum substantivum vel 'enim, et, etenim, etiam', et si respicimus paucis locis pausam orationis, quae impedit, quin vocales per synaloepham pronuntientur, restant in Apulei metam. libris viginti tria initia hiulca, ad quae explicanda nulla suppetit ratio. Frustra autem me studuisse confiteor, ut numerosam aliquam compositionem in initiis investigarem.

1) cf. Fr. Skutsch, Forsch. z. lat. Gramm. u. Metrik, Leipzig 1892.

Verum ut eo redeat, unde deflexit disputatio, quoniam egi de clausulis, in quibus paenultimum verbum vocali terminatum sequitur 'est' vel 'es', iam enumerabo reliqua copulae genera monosyllabae, quae subiunguntur verbis in consonantem terminantibus. Agetur ergo de eis copulae formis, quas ex omnium poetarum usu praeter Plautum syllabas integras effecisse neque cum syllabis antecedentibus coaluisse intellegimus. Has ergo monosyllabas admisit Apuleius in clausulis, sed nullum est verbum usu magis tritum quam copula, et tantum per vim fieri potest, ut prorsus in fine evitentur 'es, est, sim, sum, sint, sunt.'

Primum afferam exempla in ordinem redacta earum clausularum, quae claudunt verbo 'est' vel 'es'. Signo autem A usus colligam **coniunctiones generis -s + est (es), B m et n + est, C reliquas.**[1])

A. In his clausulis committuntur -us + est (es):

I) Metam.

5, 3	conclamatus es	83, 4	prolapsus est
19, 15	fatigatus est	94, 22	natus est
26, 15	eius es	141, 14	orsus est
32, 3	Chaldaeus est	200, 14	commentus est
33, 7	iugulatus est	204, 17	furatus es
37, 17	truncatus est	218, 28	opus est
54, 28	perpessus es	231, 21	factus est.

II) De Platone e. e. d.

p 63, 2	dictus est	p 88, 17	fructus est.

III) De deo Socratis

s 13, 9	portus est	s 26, 6	formosus est
s 18, 1	deus est	s 27, 8	egressus est
s 18, 3	perfectus est	s 27, 10	ereptus est
s 20, 22	exhortatus est[2])	s 27, 11	retentus est
s 26, 3	generosus est	s 27, 12	mutatus est.
s 26, 5	validus est		

IV) De mundo

m 114, 19	nŏtus est	m 116, 15	dictus est.

Coniunctionibus ŭs + est adicio eas, quae sunt generis -ĭs + est. Inveniuntur autem tantum in metam. et quidem his locis:

7, 6	mulieris est	165, 13	feritatis est.
69, 14	letalis est		

Prorsus singulares sunt duae clausulae 131, 20 fās est, s 26, 4 dives est.

---

1) non respicio hic apologiam et florida. Qua de causa id factum sit, p. 49 exponetur.

2) nimirum non constat de hoc loco.

B. Ordinem propositum secutus iam enumerabo clausulas quae sunt formatae ad speciem -um + est:

I) Metam.

30, 21 discessum est	117, 20 spernendum est
87, 6 capessendum est	138, 21 litatum est
117, 4 concessum est	253, 23 visum est.

II) De Platone e. e. d.

p 78, 16 certum est	p 94, 26 manifestum est.
p 81, 20 hominum est	

III) De deo Socratis

s 11, 14 arbitrandum est	s 18, 22 additum est
s 12, 25 exordium est	s 24, 19 sacramentum est.

His autem locis -n + est invenitur:

96, 16 ibi non est	m 117, 24 nomen est.
p 90, 6 malum non est	

C. Restant haec tria enuntiata, quae exitus habent in 'est' vel 'es':

105, 21 iam mater es	s 26, 5 pernix est.
192, 13 quid istic est	

Omnes clausulas congessi, quae desinunt in 'est' vel 'es'; his adicienda sunt **in fine posita 'sum, sunt, sim, sint.'**

I) Metam.

4, 9 gesta sunt	62, 2 gesta sunt
40, 17 ista sunt	88, 28 excussa sum
51, 8 adgressus sum	270, 24 vera sunt.

II) De Platone e. e. d.

p 66, 26 verba sunt	p 84, 18 sitae sint
p 68, 2 vere sit	p 88, 25 fortunae sunt
p 68, 12 plena sunt	p 89, 20 nuncupanda sunt
p 68, 23 ducta sunt	p 104, 2 violentique sunt.

III) De deo Socratis

prol. s 2, 7 caperrata sint	s 26, 1 aliena sunt.
s 25, 12 aurata sunt	

IV) De mundo

m 107, 2 utriusque sunt	m 111, 12 sitae sunt.[1]

Ex universa harum clausularum congerie quid discere possumus? In eis clausulis, in quarum exitu ponitur 'sum' vel 'sim', 'sunt' vel 'sint' consilio et studio fit, ut claudere verbum paenultimum littera s prorsus fere evitetur. Nam -s + s- semel[2]) tantum in quattuor illis Apulei scriptis componitur 51, 8 'adgressus sum'. At-

1) m 120, 6 codd. tradunt 'extimati edictis', quod Scaligerus recte emendavit in 'chasmatiae dicti'; sine causa autem probabili interponitur 'chasmatiae dicti <sunt>; quorum . . .'

2) p. 92, 8 ex Goldbacheri coniectura vulgo legitur 'cupidines sunt', sed dubitari potest, num recte locum corruptum emendaverit.

Digitized by Google

tamen pluralem substantivorum et adiectivorum tertiae declinationis et copulam 'sunt' committere usu tritissimum est velut 'homines sunt' et 'graves sunt'. Valde doleo, quod demum hoc tempore, quo calamum perfecto opusculo depositurus sum, animum in illam rem intendo. Oritur enim quaestio gravissima adhuc prorsus neglecta, num non solum in vocalium, sed etiam in consonantium concursionibus regulam et normam secuti sint scriptores rhetorici. Huc spectat illud praeceptum Quintiliani IX 4, 37 [1]): 'Ceterum consonantes quoque, earumque praecipue, quae sunt asperiores, in commissura verborum rixantur, ut s ultima cum x proxima, quarum tristior etiam, si binae collidantur, stridor est, ut 'ars studiorum'.' Temporis angustiis coactus Apuleium hac nova ratione usus diligenter retractare non possum, illud autem cognovi in metam. librorum clausulis Apuleium stridorem illum effectum concursionibus binarum litterarum, quarum mediae -s + s- sint, omnino fugisse.

Sed de his rebus alias accuratius agendum est, nunc illud, quod statui, satis est. Redeo ergo, unde aberravi. Congessi omnes clausulas quae cadunt in 'est' vel 'es' antecedente consonanti littera. In his autem ratio quaedam valde mirifica inest, cui explicandae frustra me studuisse confiteor: rarissima verba paenultima sunt, quorum extrema littera non est 's' vel 'm'; pauca huius generis tantum exempla inveniuntur. Prorsus fere evitatur compositio -n + est, cum inter tot clausulas tantum ter exstet. Duo eximendi sunt sensiculi 'pernix est' s 26, 5, 'et quid istic est' 192, 13.[2]) Velim autem respicias illum sensiculum circumdatum esse his: 'dives est' et 'validus est' et 'formosus est'. 'dives est' tam singulariter dictum est quam 'pernix est'. Reliqua enuntiata paulo quidem longiora sunt, tamen adeo exigua, ut rhetorice formata esse non possint. Inter clausulas, in quibus -um syllabam sequitur 'est', semel tantum genetivus pluralis p 81, 20 'hominum est' exstat. Magnus iam numerus verborum restat, quae ad schema '-s + est' pertinent; in his ter -ĭs + est colliditur, semel -ās + est (fās est 131, 20) semel -es + est (dives est s 26, 4). Summa autem omnium, quae enarrata sunt, huc redit: excepto uno loco (131, 20 fās est) 'est' copula semper subiungitur syllabae brevi, sed etiam longius procedere possumus: non solum prorsus intolerabilis est syllaba longa, sed etiam ea syllaba brevis, quae olim poetarum usu longa aestimabatur, cum -s ortum esset ex -ss. Ut recte intellegantur, quae dico, exemplis utar: nusquam in Apulei clausulis coniunguntur velut 'Romanīs est, diēs est, probitās est, pariēs (pariess) est, virtūs (virtuss) est', velut 'equĕs (equess) est, lapis (lapiss)

1) Dionysius Hal. de comp. verb. p. 366. Schaef. laudat Isocratis 'ἡμιφώνων δὲ καὶ ἀφώνων (sc. ἀντιτυπίας) ὀλίγας καὶ οὐ πάνυ ἐκφανεῖς οὐδὲ συνεχεῖς.' Apparet Quintilianum hos Dionysi de comp. v. locos reddere: p. 170 Sch. (-ς + ς-), p. 330 Sch. (-ς + ξ-).

2) Interrogari solet aut 'quid istic' aut 'quid est', sed illud Apulei proprium est cf. 30, 7 'Quid istic, inquam, est'.

est'. Iam dixi 'fās est 131, 20' prorsus singulare esse; tamen non est, cur verba tradita corrigamus; fortasse ante oculos versabatur Apuleio hic versus Vergiliani exitus Aen. I 77: 'mihi iussa capessere fas est.' Inopinatam Apulei compositionem deprehendimus; iam quaerendum est, num explicatio ulla suppetat. Duo adminicula nobis labentibus auxilio esse videntur: Leo in quaestionum Plautinarum p. 252 sq. e re metrica Plauti concludit verba quae sunt 'est' et 'es' solum cum praecedenti syllaba -s terminata in unam contrahi, si vocalis syllabae praecedentis sit brevis; non 'es' et 'est' voces debilitari inclinando, si vocalis illius syllabae longa sit. Alterum adminiculum prorsus alieni generis et originis Mari Victorini VI K p. 22 hoc est praeceptum: 'cum fuerit autem scriptum 'audiendus est' et 'scribendus est' et 'mutandus est' et similia generis masculini, primam vocem integram relinquetis, ex novissima autem 'e' et 's' detrahetis. idem facietis in femininis, ut prima vox, cuius generis sit, appareat, idemque in neutris.' Tantum ex parte aperta sunt quae praecipit Marius Victorinus. Quod ad masculina attinet, non est obscurus: pronuntiandum esse dicit velut 'audiendust'. In femininis autem et neutris inaccuratus est: nam si habes 'audienda est' et 'mutandum est' et eximis 'e' et 's' extremi verbi, nihil restare potest nisi 'audiendat' et 'mutandumt'; in promptu autem est Marium[1]) praecipere voluisse eam pronuntiationem, qua efficeretur 'audiendast' et 'mutandumst'.

Usus Plauti, quocum etiam in rebus minutissimis Apuleium congruentem videmus, et grammatici doctrina docent nos '-ust' pronuntiatam esse coniunctionem 'us + est'; et his quidem argumentis nisus aliquis non sine probabilitate concludat Apuleium tantum admittere syllabam brevem eo, quod haec sola cum copula 'est' coalescere potuerit. verba autem in -ās ēs -īs ōs in pronuntiatione cum copula 'est' non coniungi potuisse eaque de causa hic ultimam vocem 'est' monosyllabam aestimandam esse. Sed hanc explicationem amplecti cauti hominis mihi esse non videtur. In inscriptionibus Romani eandem ubique sibi congruentem rationem scribendi usurpant. Diehl l. l. p. 118 ingentem molem inscriptionum Latinarum examinavit, attamen tantum tria exempla scripturae '-ust' = '-us + est' invenit. Primum autem (= Buech. A. L. E. I 361) Enni fortasse aetatis est et 'ŭst' corripitur, secundum (= Buech. ibid. I 331 v. 7) ex sortibus Praenestinis petitum circiter Ciceronis aetatem vel aliquot decenniis post factum antiquissimam carminum Plauti aliorumque speciem prae se ferre adnotat Buechelerus in commentario. Tertium autem (= Buecheler ibid. I 98) incerto tempore compositum hoc est:

'cum primum natust Lucilianum Cassium'.

1) exstat ergo, id quod Leo quaest. Plaut. p. 253 negat, grammatici unius testimonium, quo comprobari possit pronuntiandi genus illud nobis usitatum '-umst'; contra recte Leonem de inscriptionum ratione scribendi iudicasse demonstrat Diehl de m finali epigraphica p. 118.

Putat Buechelerus propter longi nominis necessitatem positum esse '-ust'. Duos autem locos a Leone l. l. p. 253 allatos omisit Diehl[1]): C. I. L. I 199, 17 ('vocitatust') et Buecheler A. L. E. II 925 ('Theorost' compressum ex 'Theorŏs est'). Inscriptiones quomodo sese habeant, ex eis, quae dicta sunt, satis apparet; restat autem validissimum argumentum ex poetarum usu promptum; in versibus enim praeter Plautinos veteresque poetas scaenicos[2]) nusquam, quod sciam, per omne aevum litterarum Latinarum copula 'est' cum antecedenti syllaba '-us' contrahi potest.

Leviter perstrinxi, quibus de causis mihi repudianda esset explanatio illa, qua quis uti posset ad Apulei peculiarem dictionem intellegendam. Aliam autem rationem probabilem nullam indagare potui. Non puto verisimile esse ad tantam Plauti imitationem Apuleium processisse; at enim scholae rhetoricae praecepta secutus est Apuleius! Crederem, nisi desiderarem rationem huius doctrinae. Quae cum ita sint, facere non possum, quin contentus sim demonstravisse Apulei artificiosam compositionem etiam in his rebus deprehendi posse.

Haec fere habui, quae seorsum de metamorphoseon clausulis et in universum de copula 'est' et de monosyllabis dissererem. Age sis nunc de reliquis Apulei scriptis videamus. Conscripseram has quaestiones Apuleianas eo consilio, ut imprimis clausularum structura comprobarem Apuleium alio in metam. alio in reliquis scriptis dicendi genere usum esse; eum ergo ordinem disputandi sequor, ut proficiscens ab eis scriptis, quae aliquatenus metamorphoseon compositionem propter concursus vocalium non admissos notabilem repetant, procedam ad ea, in quibus nullum consilium hiatus evitandi insit. Primum autem quaerendum est de libris, quibus inscribitur **de Platone et eius dogmate.** Hae sunt in illis **clausulae hiulcae:**

p 68, 3	interire ait	p 89, 26	existimari oportet
p 73, 18	deo adscribi	p 90, 19	appellari oportet
p 77, 4	capiti oboediunt	p 95, 23	quodammodo[3]) intemporale
p 81, 2	fieri existimabat		
p 88, 21	atque infelicitatis	p 100, 7	uti oportet
p 88, 30	voluntate adpetendam	p 103, 19	conducta habeatur.

Sed has concursiones examinari necesse est. Duae sunt, quae in nonnullis codicibus sic traditae sunt, ut hiatus vitium tollatur; neque dubito, quin genuina verba servaverint. p 73, 18 'poterit deo adscribi' scriptum videmus in codice Monacensi, in aliis pluribus 'deo poterit adscribi'; immerito ergo Goldbacherus ab Oudendorpio et Hildebrandio descivit et illud in contextum verborum recepit;

1) Immerito Diehl posteriorem locum p. 119 affert.
2) cf. Leo Plautin. Forschg. p. 259.
3) in priore versu vulgo suppletur 'hoc <est>'; equidem puto scribendum esse 'hunc', ut constituatur optima figura rhetorica.

utrumque autem eodem numero adstrictum est, cum clausula constituta a Goldbachero et prioribus editoribus his numeris comprehendatur:

ϖ ∪ _ _ ~.

Altera clausula, cuius corruptelam in aliquot codicibus concursio vocalium ostendit, est p 88, 21: vulgo traditur 'miseriae atque infelicitatis', codex Florentinus vero 'miseriae et infelicitatis', quem sequi non dubito cum Elmenhorstio. Numerus autem clausulae ditrochaicae non mutatur.

His duabus clausulis, quas modo tractavi, seiunctis in novem reliquis non offendo. Insunt autem Apulei de Platone libris quadringenta undequadraginta enuntiata; inter centenas ergo clausulas in binis concursiones vocalium admittuntur.

Peropportune accidit, quod hiatus quaestione uti possumus in re gravissima et, ut videtur, adhuc obscura. In editione Hildebrandiana Apulei libros de Platone excipit opusculum, cui inscribitur περὶ ἑρμηνείας. Primus Hildebrandius in praef. p. XLIV intellexit et comprobare studuit illum librum spurium existimandum esse; eis, quae tam acute quam versute disputavit Hildebrandius, adstipulati sunt Goldbacherus in stud. Vindobon. vol. VII p. 253 et Becker in studiis Apul. p. 8. Attamen duobus viris Hildebrandius non persuasit, dico Prantl, Geschichte der Logik I p. 579 Anm. 1 et novissimum editorem scripti illius περὶ ἑρμηνείας Ph. Meiss[1]), qui p. 8 haec summatim proponit: „ich behaupte also: Unsere Schrift ist der von Apuleius versprochene dritte Teil von de dogmate Platonis.“ Quam perverse fecerit ille, neminem negare posse puto, qui comparaverit clausulas Apuleianas cum incerti scriptoris περὶ ἑρμηνείας compositione. Modo demonstravimus rarissime tantum in clausulis Platonicorum librorum hiatum admissum esse, scriptor ille incertus autem omnino non fugit vocalium concursiones. Nam inter ducentas quadraginta septem clausulas — omissis, ut par est, concursionibus cum copula 'est' — hae viginti quinque hiulcae inveniuntur[2]):

259, 12	falsitati obnoxia	263, 12	vera ostenditur
261, 11	uti oratione	263, 13	sive alterutra
261, 16	equi hinnire	265, 23	rationale animal
261, 25	alia innumera	266, 13	remota interrogatione
262, 12	se incongruae	267, 11	necessario evenire
263, 3	utique infirmat	268, 9	necessario evenire
263, 6	facile ostenditur	268, 20	fieri illationem
263, 10	falsa ostenditur	269, 16	abdicativa enuntietur

1) Apuleius περὶ ἑρμηνείας ed. Ph. Meiss, index scholarum Lörrach. 1886.

2) utor editione quam instituit Goldbacherus in stud. Vindob. VII (1885) p. 253 sq.

Digitized by Google

269, 18 differentia eorum
271, 4 impossibile approbatur
273, 9 dedicativa illatio
274, 26 sublata illatio
275, 1 sublata illatio
275, 3 solae octo
275, 14 quinque enumerant
276, 8 duae universales
276, 15 duae abdicativae.

Certissime ergo clausularum compositione ostenditur librum περὶ ἑρμηνείας nullo modo coniunctum esse cum libris Platonicis; in aperto autem est illo discrimine non comprobari opusculum esse spurium et omnino Apuleio abiudicandum, id quod persuasum me habere confiteor.

Cognovimus clausulas quales in libris de Platone formaverit Apuleius; vidimus concursionum admissarum numero illos libros postpositos esse metamorphosibus, iam docebimus eandem rationem intercedere inter illos de Platone libros et **scriptum Apuleianum**[1]) **de mundo**; sed antequam clausulas hiulcas enumerem, nonnullas ad integritatem redigere studebo; duobus locis iterum codex Florentinus fide praestare videtur m 113, 10 et m 118, 13; illic vulgo scriptum est in codicibus 'et mox gelatae summo rigore inhorrescunt' (sc. nives); in codice Florentino autem hoc modo totum enuntiatum variatur: 'et mox gelatus humor rigore frigoris inhorrescit'; igitur praeter reliqua verba mutata in codice F inseritur ⟨frigoris⟩, quod et omnes fere editores veteres et Oudendorpius (cf. vol. II p. 308) intercedere putabant debere; merito hi illud ⟨frigoris⟩ retinuerunt; eodem autem numero adstricta sunt verba Florentini codicis aliorumque; hoc enim modo concluditur: ⏖ ⏑ – – ~.

Etiam m 118, 13 codex F sincerum bene servasse videtur; variatur enim verborum ordo a reliquis codicibus traditus sic: ălĭá stārĕ, quod accipiebant editiones veteres ante Iuntinam posteriorem. Dichoreus autem efficitur.

Duobus illis locis in codice F recte traditis adicienda sunt plures corrupti:

m 114, 6 'aestivo effundat'

puto emendandum esse in 'aestivus' Lipsium aliosque secutus, quos Oudendorpi auctoritate commoti immerito editores recentiores neglexisse videntur; haud ita multum me offendit adverbii forma, quae quamquam in litteris Romanis prorsus inusitata est, tamen analogia comprobari potest, sed sensus intolerabilis efficitur adverbio; Apuleius postquam quattuor primarios ventos enumeravit, agit de eis ventis, qui illis interpositi sunt. Inter boream autem et eurum duo inveniuntur caecias[2]) (καικίας) et apeliotes (ἀπηλιώτης); ille maxime ad septentrio-

1) nam ea, quae Beckerus studiorum Apuleianorum altera parte de hoc libro ab Apuleio abdicando disseruit, probare non possum.

2) codices falso hic 'apartias' tradunt, quod verbum irrepsit ex versu illius paginae 16; 'caecias' recte ex exemplari Graeco restituitur.

nes vergit, hic est medius inter caeciam et eurum; sic autem indicat Apuleius caeli regiones, ex qua quisque proruit, ut tres orientis regiones discernat pro solis ortu; hieme sol oritur a meridiana orientis parte ('hiemalis ortus'), autumno ab ipso oriente ('medianus[1]) exortus), aestate ab septentrionali orientis parte ('oriens aestivus'); apparet ergo numquam orientem effundere posse caeciam, sed tantum orientem aestivum, qua coniunctione certa orientis regio indicatur; non de tempore, sed de regione agitur; his autem argumentis accedunt haec exemplaris verba: 'ὁ ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς θερινὰς ('aestivas') ἀνατολὰς ('oriens') τόπου πνέων.'

m 117, 5 'eo tempore aestatis, quod de Cane oritur'. 'De Cane oritur' sine dubio prorsus singulariter dictum est; Hildebrandius II p. 375 exemplis verba in codicibus tradita confirmare studuit; sed qualis haec ratio est? Quomodo Favorini dicendi genus comprobari potest Apuleiano? Nam in capitibus XIII et XIV libri de mundo Favorinum ipsis verbis recoctum esse intellegimus ex Gellio; de ratione quidem, quae intercedit inter Apuleium et Gellium magna inter viros doctos est dissensio. Alii[2]) putant Apuleium ipsum vel auctorem libri de mundo a Gellio mutuatum esse quae de ventis disputat, alii[3]) ab interpolatore aliquo posteriore inserta esse capita illa. Qua in controversia quibus adstipuler, non dubius sum; nam eodem studio concursionum in clausulis fugiendarum composita sunt haec enuntiata, quo reliqua libri de mundo. Verisimillimum ergo est Apuleium ipsum Gellio usum esse. Sed redeamus, unde degressi sumus; persuasum habeo verba m 117, 5 esse corrupta; Gellius II 22 § 25 autem non solum comprobat loci Apuleiani corruptelam, sed etiam emendationem subministrat. Comparemus ergo Gellium et Apuleium, cuius verba uncis inclusa et in loco inserta adscribo: ''etesiae' et 'prodromi' appellitantur [sunt 'etesiae' et 'prodromi'] qui certo tempore anni [eo tempore aestatis] cum canis oritur [†quod de Cane oritur] ex alia atque alia parte caeli spirant [spirantes ex omni parte]'; videmus, quam arte cohaereant auctores. Proficiscendum esse videtur in Apulei verbis emendandis ab voce 'canis', quae Gelli auctoritate satis confirmata est; sequitur, ut deleri debeat praepositio 'de'; iam restat 'quod' quod coniungendum est cum antecedenti 'eo tempore' eaque de causa in 'quo' mutandum. Hoc modo ergo cum aliquot editionibus veteribus locum constituo: 'eo tempore aestatis, quo canis oritur'.

m 132, 7 'obsidione innocenti'

est clausula enuntiati grammatica ratione egentis. Nam ea quae traduntur non nisi per anacoluthon quod dicitur intellegi possunt: 'namque eos, qui . . . sustinebant, illa flammarum fluenta . . . locum

1) ex coniectura Scaligeri.
2) cf. Becker studia Apuleiana p. 61.
3) cf. Büttner Porcius Licinus, Leipzig 1893 p. 112.

illum ambire maluerunt obsidione innocenti'; in aperto est verba 'eos' et 'locum illum' offendere. Accedit, quod enuntiatum sequens immerito non coniunctum esse videtur cum priore. Hac de causa 'locum illum' ut glossam expungere — id quod Barth ad Claudian. epigr. 25 proposuit — nolim, sed hoc modo scribendum esse puto: 'namque eos qui . . . sustinebant, illa flammarum fluenta . . . ambire maluerunt obsidione innocenti locum⟨que⟩ illum, ⟨in quo⟩ inerant . . .

Quibus clausulis examinatis et seiunctis iam restant[1]) hae hiulcae:

m 106, 7	singula extollunt	m 126, 13	scitu opus
m 112, 9	ita se habent	m 129, 12	vitae humanae
m 119, 20	circumacta interimunt[2])	m 133, 2	in mundo aestimemus[3])
m 120, 4	graece appellantur	m 133, 20	rectissime appellant.
m 125, 4	diversa officia		

In libro de mundo ergo inter trecenta undequinquaginta enuntiata inveniuntur novem, in quibus concursiones vocalium admissae sunt, quae si ad centena referimus, efficimus 2,6%.

Haec de libro, cui inscribitur de mundo, disseruisse satis est. Sed antequam aggrediar ad ea Apulei scripta in quorum clausulis hiatus non evitatur, una quaestio mihi restat instituenda; Apulei enim liber '**de deo Socratis**' medium quendam locum obtinet inter scripta illa et ea, quae adhuc recensui. Duobus autem locis Goldbacherum non recte emendavisse puto.

s 20, 16 iterum codicis F auctoritatem et fidem exploratas habemus[4]); sic enim mutato verborum ordine scriptum legimus: 'seorsus sapientiae, seorsus divinationis officia'. s 22, 25 autem Floridus merito 'tempestive' post 'sibi' transponendum esse censuit.

His locis exemptis numerus haud ita parvus clausularum hiulcarum remanet:

s 7, 19	libero absoluto	s 20, 25	dulcedine adfluere
s 12, 12	eo extingui	s 21, 16	longe acceptior
s 13, 21	neutro intellegentur	s 21, 24	via adoriretur
s 15, 3	Achilli intervenit	s 23, 2	sui usurpasse
s 15, 20	tranquillitate exulant	s 24, 2	ratione excolant
s 16, 20	tempore aeterna	s 24, 13	dicere audebis
s 18, 12	suo abiurans	s 27, 1	viri audisti.

1) per mendum typographicum distinguitur gravius post vocem 'habitudine' m 123, 5.

2) sed in loco corrupto omnes codd. tradunt 'circumactas'.

3) in Graeco exemplari collocatur vox, quae congruens est, post 'ad hunc modum', cf. [Aristoteles] p. 400 b, 27: 'οὕτωϲ ὑποληπτέον καὶ ἐπὶ τῆϲ μείζονοϲ πόλεωϲ, λέγω δὲ τοῦ κόϲμου.'

4) saepius invenimus hunc codicem unice optimam memoriam retinuisse; comprobatur ergo id quod statuit Goldbacherus praef. p. XI; 'multis locis facere non possumus, quin eum sequamur.'

Quas concursiones si numeris comprehendimus, statuendum est, cum liber de deo Socratis ex ducentis decem enuntiatis constet, 6,7% clausulas esse hiulcas.

Supra dixi librum 'de deo Socratis' inter ipsa Apulei scripta pro dicendi genere clausularum compositione effecto medium locum obtinere; attamen universa natura et indoles illius libri oratorem ἐπιδεικτικόν indicant neque potest dubitari, quin oratio illa artissime cohaereat cum floridis. Mirum ergo videtur, quod philosophus Apuleius clausulas rhetorice formavit, orator autem hanc compositionem in libro 'de deo Socratis' satis neglexit; multo magis autem obstupescimus examinantes clausulas floridorum, in quibus Apuleius summam scholasticam ostentationem studiose affectavit, et apologiae, in qua perfecto Ciceroniano dicendi genere floruit. In his enim scriptis non solum artem illam concursionum in clausulis evitandarum, quam in metam. libris absolutissimam deprehendimus, valde neglexit, sed etiam totam prorsus aspernatus est. Sed exemplis discrimen hoc, quod intercedit inter Apulei scripta, comprobandum est. Primum ergo afferam **apologiae clausulas hiatu notabiles.** Universam autem apologiae compositionem exploratam fere habemus, si extremam clausulam perorationis, quae imprimis accurate formari debet, gravissimo hiatu deformatam invenimus 'viro improber'. Hae sunt illae apologiae clausulae:

a 4, 12 professo audet
a 5, 22 crimine aspernatur
a 5, 24 loquacitate effutierunt
a 6, 12 merito increpari
a 6, 16 vere obiectare
a 6, 25 mihi opprobrasset
a 7, 10 Plato autumat
a 12, 4 periculo exsculpit
a 12, 5 mitto haec
a 18, 3 impudicitiae habenda
a 19, 18 attente audis
a 21, 21 assiduo explorare
a 24, 15 discendo occupatus
a 24, 18 aliena indagare
a 25, 18 domi habuisse
a 28, 6 usui exuberat
a 29, 16 pabuli exprobrat
a 30, 2 sui indigeant
a 31, 1 Pudentillae invidisses
a 31, 5 familiae insignia
a 31, 19 modice imminutum
a 31, 21 dote auxi
a 32, 7 duo exarabas
a 33, 1 sollertia insigniores
a 33, 21 convitia aufertis
a 34, 16 Persae imbuant
a 37, 27 maleficio experirentur
a 38, 22 me arguitis
a 39, 16 pelago exorta
a 40, 20 eruditio adfuisset
a 40, 22 mihi adiutare
a 42, 23 arte adquirunt
a 43, 6 homo occidi
a 44, 5 omnino ommutescat
a 46, 13 sedulo explorare
a 47, 15 iudicio alienis
a 48, 7 me enuntiata
a 53, 4 sui excitatum
a 54, 15 mago indiget
a 55, 5 te exhiberemus
a 55, 8 curriculo advehat
a 55, 14 hercle adesset
a 55, 15 situ interrogares
a 55, 19 postulasti exhibeo
a 56, 12 nomine accusas
a 56, 17 aliqui incantavit

a 57, 10 calumnia insectari
a 58, 1 pauci adhibentur
a 58, 7 vincti ergastulum
a 59, 4 patrono indiget
a 60, 9 morbo adtemptatur
a 60, 17 modice angit
a 62, 12 te instigat
a 62, 20 tu arbitreris
a 62, 23 iudice egisti
a 63, 2 neque audisti
a 63, 9 quidni enim
a 63, 9 eo occultabantur
a 63, 23 somnio imperatum
a 64, 5 sudario habuisti
a 64, 27 sudario habuerim
a 66, 19 duo indita
a 67, 8 ego adservem
a 67, 22 longe exortum
a 69, 13 helluo attemptatur
a 69, 15 Aemiliane obructantem
a 70, 3 sobrie exspectaret
a 70, 13 nemini ignoratur
a 71, 5 vultu aspernantem
a 72, 1 lignea exsculperet
a 72, 4 se attulisse
a 72, 9 omnia audisti
a 73, 13 qui adsunt
a 74, 9 longe abes
a 75, 3 nemini effabilis
a 75, 14 libro auditurus
a 77, 7 diu exolevit
a 78, 10 loco obiecere
a 78, 12 maxime angebantur
a 78, 14 villa extorsisse
a 78, 19 reapse intellegetur
a 78, 21 suscepisse existimetis
a 80, 9 esse oportere
a 80, 11 Romae agebat
a 80, 12 da ipsi
a 80, 14 tua epistula
a 81, 7 plene allegavit
a 81, 10 industria auxisse
a 84, 4 ultro appetissem
a 84, 6 studio avebat
a 86, 2 inopinato invenerat
a 87, 6 sui ostentatio
a 87, 24 pertinaciae adiumentum
a 88, 8 animo oboritur
a 89, 10 si innocentem
a 89, 14 te amabat
a 89, 14 concedo interim
a 89, 17 mihi obfuturum
a 89, 24 ego insanio
a 90, 3 ego interloquar
a 91, 5 hercule incredibile
a 91, 8 se habeant
a 91, 14 scripta occultabat
a 91, 23 videri obnoxia
a 92, 5 epistulae ostendat
a 93, 3 Rufino absolutum
a 93, 6 calumniae se emergit
a 93, 14 etiamne amplius
a 93, 19 neque impelli
a 93, 22 more adservavit
a 94, 20 videnti offeruntur
a 95, 2 ducere uxorem
a 95, 9 immani impetibili
a 95, 15 propriae ultioni
a 95, 19 aliquo impedirere
a 96, 7 mei offuturas
a 96, 14 linguae imperitum
a 97, 17 causa idonea
a 99, 7 Ulixe erravit
a 100, 13 vestri agam
a 104, 12 spe invitaret
a 104, 15 pecunia auxi
a 104, 24 me impetrat
a 105, 2 Maxime opperiebatur
a 106, 8 eo invitavit
a 106, 23 negotio accusare
a 108, 20 facie agnosceres
a 111, 15 cetero exoret
a 111, 23 nomine emisse
a 112, 21 difficile impetravi
a 113, 13 facere institui
a 113, 19 specula inspicis
a 114, 6 viro improber.

Congessi omnes apologiae clausulas, in quibus vocales committuntur; hae autem efficiunt computatione centum triginta tres

omissis nimirum, ut par est, viginti concursionibus cum copula 'esse'. Apologia mille trecenta undeviginti enuntiata comprehendit, inter centena ergo dena hiulcos exitus habent.

Haec de apologia disseruisse sufficiat; restat, ut referam **de floridorum clausulis**; his autem duo illi prologi, qui in codicibus falso libro 'de deo Socratis' attribuuntur, adiungendi sunt, cum non solum argumento, sed etiam dicendi genere artissime cum illis cohaereant. Illic hae concursiones inveniuntur:

prolog. s 4, 2 cantu amisit
prolog. s 4, 12 nostra atticissaverit

f 2, 3	ita ait	f 19, 3	religiose humavit
f 3, 8	rei experimentum	f 20, 13	certe aemulus
f 4, 7	fortuna egenus	f 20, 17	concessi amores
f 4, 9	fortuna opulentus	f 21, 7	sessui impertiant
f 4, 11	facundia aequipari	f 21, 10	sequentia expectare
f 4, 15	luxuriae accommodata	f 21, 15	libro impressum
f 6, 9	corpore oblidere	f 22, 7	diutule obrigui
f 7, 15	carmine inlustrare	f 22, 21	honore observandum
f 7, 20	caelamine excuderet	f 24, 5	testimonia exulto
f 8, 19	pauci eruditi	f 24, 8	modo astitit
f 9, 1	temere usurpare	f 24, 10	honeste inchoata
f 9, 14	pectore hiscere	f 24, 16	Carthagini adesse
f 9, 17	meritissimo ignoscitis	f 25, 9	mihi obtigit
f 10, 1	mendicabula obambulabant	f 25, 20	longe abest
f 11, 16	instrumento aemulari	f 26, 12	albugine obducti
f 12, 13	gratia obstrictus	f 26, 15	torpore hebetatur
f 13, 7	legato auctoritatis	f 27, 25	paucissima attingam
f 14, 16	ancora excipit	f 29, 1	me audiatis
f 15, 19	modo omnicana	f 29, 8	usu experior
f 16, 3	sibi optaverit	f 33, 5	vivere hominem
f 16, 8	posse invenire	f 33, 6	interea exortum
f 17, 2	oppido abest	f 33, 17	eloquentia armat
f 17, 3	cuiusmodi utensilibus	f 35, 12	atque arbiter
f 17, 4	spectabili opere	f 35, 17	memoria extat
f 17, 6	falso existimant	f 36, 11	morbo haberi
f 17, 14	cantico interquievit	f 36, 11	cibo interdicitur.

Ex his clausulis summam si efficimus, habemus octo concursionibus cum copula 'esse' in censum non vocatis quinquaginta quattuor; continent autem florida cum prologis quadringenta quinquaginta enuntiata; inter centena ergo duodena hiulca sunt in clausulis.

Perlustravimus omnia Apulei scripta, ut comprobaremus, quomodo ex vocalium concursionibus in clausulis admissis vel evitatis diversum Apulei dicendi genus perspici posset. Quod discrimen ut recte intellegatur et illustretur, non inutile esse puto opusculo fere absoluto omnes clausulas in ordinem redactas summatim componere; simul optime apparebit, quid lucrati simus:

Apulei script. de quo agitur	summa enuntiatorum	summa clausularum hiulcarum	clausulae hiulcae ad centenas redactae
metamorphos. omnes libri.	2443	22	0,9 %
metam. libri omisso primo.	2225	11	0,5 %
de Platone et eius dogm. libri II.	439	9	2 %
de mundo.	349	9	2,6 %
de deo Socratis.	210	14	6,7 %
apologia.	1319	133	10 %
[incerti auctoris περὶ ἑρμηνείας cum libris de Platone falso coniunct.]	247	25	10 %
florida duobus prologis additis	450	54	12 %

Tota quaestio tractata esse videtur, sed priusquam huic disputationi finem impono, duas res gravissimas patefacere et singulis exemplis comprobare iuvat. Eam clausularum compositionem, quam modo cognovimus, maximi momenti et ponderis esse non solum in Apuleio emendando[1]), sed etiam in emendato intellegendo nemo negare potest. Ad peculiarem et artificiosissimam suam compositionem Apuleius non nisi insolita et nova via ac ratione pervenire potuit; imprimis in hiatus quaestione collocatio verborum respicienda est. Igitur uno exemplo demonstrabo, quomodo propter conflictum vocalium usitatus ordo verborum invertatur. Observaverunt iamdudum viri docti[2]) Apulei proprium id esse, ut sententiam non verbo clauderet, sed ut verbum paenultimo loco poneret. Fit autem hoc ex Quintiliani praeceptis; is enim, quamquam docet verbo claudere longe optimum esse, tamen adicit IX 4, 26 ab hac collocatione desciscí debere, si compositio deterior fiat 'si id asperum erit, cedet haec ratio numeris.' Concursiones vocalium quidem non commemorat; sed numeri et concursiones vocalium quam arte inter se cohaereant, satis puto explanatum esse; merito ergo Apulei ratio verba collocandi ad Quintilianum referre mihi videor. Restat, ut ad argumentationem ipsam aggrediar. Iam affero eas metam. clausulas, in quibus, si in exitu positum esset verbum, hiulcam clausulam effecisset. Cum his clausulis coniungo eas, in quibus verbum paenultimo loco interponitur, ne vocales concurrant[3]):

7, 15 audire facta; 9, 6 aufugiamus istinc quam pote longissime; 11, 3 stilla compareret usquam; 15, 24 explere latice fontis

1) refutatae sunt coniecturae Vlieti velut hae: 83, 22; 227, 4; 243, 4.

2) cf. Koziol, l. l. p. 337 sq.

3) noli contra dicere non ad clausulam pertinere hiatum, qui fiat inter verbum paenultimum et id, quod antecedat; etiam extra clausulas Apuleius studuit evitandis concursibus, quam rem paulo post perstringam.

lacteo; 16, 18 accedis huic fabulae; 18, 25 adside, inquit, istic; 21, 11 rogat te, inquit, hospes; 23, 22 educavi ... socia; 27, 4 famula petatur enixe; 27, 26 quae iacebant ante; 29, 17 ornata non possit audire; 30, 25 Liber advenit ultro; 32, 17 exosculatur artissime; 32, 25 viae confeceris iter; 37, 2 praeterea pollemus affatim; 38, 18 mortui solent aufugere; 39, 8 ferme offeruntur aurei; 41, 9 mihi turbarit animum; 43, 1 hereditariam extinxit veneno; 44, 9 vitae reducitis officia; 44, 14 mortis illuminas arcana; 45, 8 magicae nituntur obsequia; 55, 4 venustate laetabit adsidue; 57, 6 culpae non potest addicere; 58, 14 clanculo praecepit auferre; 62, 28 adsistam tibi; 68, 8 partae videbantur indicare; 69, 22 mihi tulissem auxilium; 75, 7 nostro suscitaret exitio; 79, 26 festinus inrepsit ipse; 88, 2 domus ... lucida constrepebat hymenaeum; 93, 16 sortis enodat infaustae; 95, 14 placido resurgit animo; 99, 11 postea contingat amplexum; 100, 12 vectura deportat illas; 101, 6 denique infit altera; 109, 18 te iungemus homini; 110, 3 suae distrahitur affectibus; 112, 11 amator advolavi tibi; 113, 19 Psyche pergit ire; 115, 29 solidum exclamat repente; 125, 11 expeditum approbato mihi; 126, 12 Venus infit talia; 128, 23 animae latuit aerumna; 130, 5 atque contrivit omne; 131, 13 de tuo sumat ore; 131, 17 inlicita adflectare pietate; 135, 7 erunt perpetuae nuptiae; 135, 24 illa narrabat anicula; 137, 27 protinus adplodo; 140, 1 scilicet iretur via; 142, 22 possumus esse securi; 145, 17 hauriendo potius exerceret auro; 146, 13 temporis amisi spatio; 148, 6 milia profudit aureorum; 151, 27 spectator optabam fieri; 152, 17 honores habituri mihi; 153, 2 utique reperturus aliquas; 153, 29 capitale processit exitium; 157, 25 poenale reliquisset exitium; 159, 13 funesta proserpit ursa; 162, 5 se praesumit innocentem; 164, 6 contumelia fuerat aspersus; 164, 9 facinori quaerebat accessum; 165, 8 facile videtur effectu; 165, 22 dissonisque miscent omnia; 167, 25 ei reddidit animam; 168, 26 maerore carpebat animum; 171, 18 studio postponens omnia; 172, 5 facile sepelivit ad somnum; 174, 5 en adest victima; 180, 5 admoto combussit igne; 180, 22 funestae cohaererent arbori; 182, 18 mea percontatur anxie; 185, 3 effici vel aegroti; 189, 24 efferari simili rabie; 190, 28 morbo scirent expeditum; 191, 4 adhuc offerunt mihi; 196, 15 beatitudo duravit ulterius; 197, 10 liberatum adplicant praesepio; 199, 7 me persequebatur odio; 205, 7 sic expectatur adulteri; 206, 11 alienae percenset infortunium; 206, 18 iuvene miscebatur in Venerem; 208, 6 quippini destinatam alii; 208, 18 vindictae subministravit occasionem; 210, 9 impellere conatur animum; 218, 21 cohibere quivit insolentiam; 218, 31 arreptum incipit trahere; 220, 7 supergesto delitescit orificio; 225, 19 privigni praeparat exitio; 227, 13 saeculo proderetur exemplum; 232, 4 usibus erant necessaria; 234, 5 ad me dirigunt animos; 234, 27 fercula iussit adponi; 240, 1 oculis iterabat illa; 242, 29 emeret mortem mariti sui; 243, 12 partem hauseris ipse; 243, 21 de potione gusta-

vit ampliter; 245, 1 inminebat et capiti; 248, 4 erant scaenici pueri; 251, 22 adluitur ... mari; 255, 19 adsum favens et propitia; 255, 28 mente debebis opperiri; 257, 17 blando mulcentes adfamine; 257, 27 studiis exornata pulcherrume; 268, 1 mihi permulcebat animum; 268, 12 audeat ... contrahere; 270, 19 si liceret audire; 270, 28 adoravi de proxumo, 274, 5 amplae denuntiaret epulas.

Multis exemplis puto comprobatum esse verbum extremo loco pro vulgari dicendi consuetudine non positum esse propter concursionem vocalium; eadem de causa autem descivit Apuleius a sua collocandi ratione, si anteponendo verbo vocales concurrerent. Huius generis sunt in metam. hae clausulae:

3, 29 amplexibus inhaerere; 7, 28 ille causas agit; 6, 2 in has aerumnas incidi; 7, 10 ipsum inluminare; 11, 4 oculis aspexi; 12, 4 illo redi; 14, 19 extrema somniasti, 18, 3 pulsare vocaliter incipio; 18, 17 cenare incipientem invenio; 20, 9 in te video; 25, 15 officio carere; 39, 28 tui fidenter accessit; 40, 2 expergite munus obeas; 40, 3 idoneum compara; 41, 13 cubiculo protinus exterminatur; 44, 19 adultero mancipavi; 44, 22 marito resistens altercat; 45, 24 sudore diffluens evado; 45, 28 adglutinato decenter obtexi; 48, 6 densitate nos insequitur; 48, 14 reusque tribunal adstituor; 51, 18 pectore offenso peremo; 54, 29 animi depelle; 55, 19 id facere; 58, 19 te constanter obiciam; 60, 16 utres coaequando; 61, 4 ista nihil antepono; 71, 20 frugi dominis exhibere; 72, 19 structi parietis attenduntur; 72, 23 ducti noctibus excubabant; 76, 10 socia volens occumberet; 77, 11 illa fortunas arbitraturus; 80, 13 minaci frequenter inhibebat; 82, 27 ipse prospicio; 85, 11 clara lux oppressit; 85, 21 sua lacerantem advehebant; 97, 22 tempore sic agebantur; 100, 10 praecepti maritalis admonet; 102, 18 opibus deiecero; 104, 15 infortunio libera; 112, 31 edocens reccinere; 116, 9 efflicte cupere; 118, 13 lepidae libenter adrisit; 119, 11 sese proximam intulit; 120, 17 opitulari cupio; 120, 21 optimi consule; 121, 15 ultro subvenire; 124, 14 intervisere venisti; 125, 15 consternata silens obstupescit; 125, 25 conspectu perniciter abeunt; 126, 10 tetra nox exanclata; 126, 17 afferas censeo; 129, 5 omnino contingere; 133, 20 cetera egomet videro; 137, 21 effugere potui; 139, 11 atrio dedicabo; 148, 15 poculisque magnis inauguratur; 148, 26 ad asinum redire; 150, 12 grandibusque singulos ingurgitat; 152, 3 obtruncatos reliquere; 154, 18 denuo pestem instruxit; 156, 25 exitio liberatus evado; 158, 30 vervece mitiorem efficere; 161, 20 isto asino demetere; 163, 16 incomitata Manis adivit; 166, 16 studio bestiam insequentes; 169, 10 ineffabiles detegere; 172, 27 oculis parentabo;175, 29 proelii manus obarmaverant; 181, 3 beata celebritas invitabat; 181, 14 ferocissimi deterruit animos; 182, 1 mire repertum obiecit; 185, 15 effeminati madescere; 190, 13 humanum quievi; 190, 19 saevitia prorsus extinctum; 191, 2 observari solere; 191, 10 liquido cunctis adprobarem; 193, 23 adulteri perferre; 194, 24 fessus evadere potui;

197, 15 delectatione quadam arbitrabar; 198, 20 adferre decrevi; 200, 15 ingenium compara; 200, 17 acritudine vulgus appellat; 205, 6 mensa largiter instructa; 205, 29 cenula praematurus adforet; 210, 15 eius instigare; 212, 9 mei disciplinam exponam; 215, 4 immaturas obterendo; 216, 21 abigere canes adgrediuntur; 216, 25 ilico laniatus interisset; 222, 22 ad librum profero; 225, 4 Fortunae saevientis evadere; 227, 31 omnibus oportere; 230, 14 noxii facinoris evadere; 233, 20 dispendii latronem inquiri; 235, 6 mulsi libenter adpetat; 235, 13 uno haustu perduxi; 243, 26 veneni festinans extinguere; 243, 29 medicinae proventus appareat; 244, 3 medullae penitus adtraxerant; 246, 10 muneri destinatus aderat; 248, 23 mari commodum involasse; 253, 9 te fas est invocare; 256, 6 corio te protinus exue; 262, 11 deae gratias agerem; 265, 15 populi clamor insecutus; 269, 13 obsequium flagitare; 270, 14 me muneribus honorantes; 270, 26 elementa remeavi; 272, 26 efficere curabo; 276, 11 illustrari posse; 277, 10 obvio gaudens obibam.

His igitur, quae dicta sunt, contentus ad id, quod gravissimum restat, transeo. Praeter figuras numerosque auctores Graeci inde ab Isocratis temporibus imprimis studuerunt concursionibus evitandis; iamvero in Apulei, scriptoris Romani, metamorphoseon libris ars illa Graecorum redintegrata est[1]); in disputatione demonstrare conatus sum, quantopere in clausulis Apuleius ab hiulca compositione abhorruerit; sed etiam extra clausularum fines vocales committere noluit; rarissime admittit vocales longas, quarum plures coniunctae omnino non inveniuntur velut 'ae + ae', 'ū + ū', 'ā + ā', 'ā + ē', 'ā + ū', 'ā + au', 'ā + ae', 'ē + ae', 'ī + ū', 'ō + ū'[2]), 'ū + ae'; summa cum cura autem eae metamorphoseon partes elaboratae sunt, in quibus grande sermonis genus sequitur Apuleius, orationes[3]) dico et ἐκφράσεις, quales in schola exercebant iuvenes. Sed de hac Apulei artificiosissima ratione dicendi, quae in litteris Romanis adhuc prorsus non respecta est, me alias tractaturum esse spero. Nunc sufficiat rem gravissimam uno exemplo exponere. In secundi libri capite quarto ampla Byrrhaenae domus describitur; verba Apulei lima polita et ad lineam composita sunt; toti ecphrasi, quae dicitur, tantum hae concursiones excepto loco corrupto 25, 17, quem paulo post tractabo, insunt: 25, 1 'exire, et' 25, 8 'poma et'; particula 'et' autem tam usu pervulgata est, ut evitari non possit haec concursio vocalium; etiam auctores Graeci praestantissimi 'καί' particulam admittunt; accedit,

---

1) erravit ergo Blafs, die Attische Bereds.² II p. 141: 'in der Prosa hat seit den Griechen niemand wieder dem Wohlklang und der Glätte (in Bezug auf den Hiat) mit solcher Sorgfalt nachgestrebt.'

2) uno loco 221, 20 'ō + ū' coniungitur; sed longa orationis pausa interest inter duas voces, ut taceam de brevitate syllabae 'o' vocabuli 'gestio'.

3) in orationibus nullum fere vocalium concursum inesse Kaibelius primus mecum communicavit, quod grato animo hic commemoro.

quod vox Latina 'et' tam accentu quam sono levissima est. Priore autem loco, quem attulimus, etiam inter duo verba distinguitur, concursio vocalium ergo bene congruit cum orationis pausa. Quae cum ita sint, dubitari non potest, quin verba 25, 17 'curioso optutu in deam' corrupta sint, praesertim cum totum enuntiatum offendat. Sed mitto verba, quae sunt 'lapidis' et 'simulacrum', et quaero tantum de loco illo concursionibus vocalium deformato. In codice sic tradi-
ſ ũ
tur: 'curioso optutu in deã ꝛ ụ proiectus.' In editionibus vulgo legitur 'in deam versum', quod refutavit Beckerus l. l. p. 47; nusquam enim Apuleius ex Ciceronis more 'versus', cuius particulae rarior forma 'versum' est, coniungit cum praepositionibus 'ad' vel 'in'; neque referam, quam variis rationibus viri docti Apulei verba emendare studuerint; in aperto enim est proficiscendum esse ab vocalium concursionibus; sic autem Apuleium scripsisse persuasum habeo: 'Actaeon . . . curiosum optutum in deam proiectus.' Peculiare quidem dicendi genus hoc est, sed est Apuleianum et exemplis plurimis comprobari potest. Accusativum illum Graecum vel Italicum[1]) in his metam. coniunctionibus inveni: 10, 19 viscera quatior; 43, 16 pedesque palmeis baxeis inductum; 125, 27 totumque revincta corpus rosis; 132, 29 mentem capitur; 142, 6 nares aestuabit[2]) 170, 7 toro faciem impressa; 151, 16 laeti faciem. Sed quid ego exemplis alienis utor, cum certissimum adminiculum emendationis meae paulo ante reperiatur cf. 23, 12 'illa optutum in me conversa.' Porro id, quod proposui, in ipsis verbis traditis latet et facile erui potest; nam corruptela hoc modo orta esse videtur: scriba aliquis, cum inusitatam et Apuleio propriam elocutionem cognitam non haberet, 'curiosum optutum' correxit in 'curioso optutu'; servavit autem sincera verba superscribens 'sum' et 'tum'; optime codex F has syllabas integras retinuit, et tantum opus est syllabas illas '-tum' et '-sum'
sum tum
cum suis verbis sic coniungere: 'curioso optutu'.

Haec mihi fere in mentem veniebant, quibus varium Apulei dicendi genus pro virili parte illustrari posse crederem. Penes alios erit iudicium, quantum in clausularum quaestione profuerim, alios etiam, si summae earum rerum, quas tractavi, adstipulari possunt, quaerere oportet, qui auctores Romani eadem vel simili compositione usi sint atque Madaurensis.

---

1) cf. Quintil. IX 3, 17 et 'perca anovihimu' = virgam induimino in tab. Iguv. VI. versu 49.

2) sic corrigendum est traditum 'aestuet' propter ea, quae antecedunt et secuntur.

DE NOMINE VERBALI LATINO
QVAESTIONES GRAMMATICAE

SCRIPSIT

THEODORVS BOEGEL
DR. PHIL.

Prooemium.

Antiquissimis quae nobis nota sunt Italorum temporibus nomina, quae in *-tus* (*-a,-um*) exeuntia ex verbi stirpe deducuntur, tam certum inter verbi formas locum occupaverunt, ut nisi eorum auxilio declinatio verbi fieri non posset. Itaque factum est, ut ea grammaticorum veterum consensu nomine et loco participiorum perfecti temporis passivorum in verbi declinationem reciperentur. De liberiore autem eorum condicione, quam eis ante tempora nobis nota fuisse veri simile est, perpaucis admodum reliquiis admonemur, quas investigavit Brugmannus in Quaest. Indog. V 89 ostendens transitum eorum ad verbi tempora et modos paulatim progredientem. Haec igitur nomina, etsi eisdem suffixis, quibus haec participia fiebant, fieri non desinebant, plurima tamen speciem dant non modo similium participiis sed participiorum exigua sensus mutatione nominum vice positorum.[1]) Quia igitur in eis derivatio suffixorum ope facta non distingui potest a traductione participiorum ad nominum usum significatumque, a verbalibus sola derivatione factis secernenda sunt. Sed hoc ipso apparet verbalia in *-tus* e nominibus, si modo olim sui iuris erant, plane verbi formas esse factas. Idem accidit nominibus in *-turus* (*-a, -um*) exeuntibus; quo suffixo non nomina sed participia futuri temporis deducebantur; nam quorum ultima est syllaba *-tura* nomina feminina neque usu neque sensu temporibus notis cum participio coniuncta sunt.

Praeterea cognatae genere derivationis supini formae exstabant duae. Hae quoque plane ad sensum usumque formarum verbi abierunt, eaedemque tamen nominum quartae declinationis formae sunt. His omnibus fines, quibus secernuntur nomen et verbum, perturbantur. Inde colligi potest etiam eis nominibus, quae similibus suffixis eodem modo ex verbo derivantur, vel eundem vel similem fuisse conexum cum verbo, quem quas adhuc commemoravi classes testabantur studio miscendi se inter verbi formas. Sunt autem praeter nomina verbalia quartae et primae declinationis, verbalia quae in *-tor -trix -tio* exeunt. Quorum in fictione et usu quid eadem verbalis origo valuerit, primum grammaticorum veterum doctrina docemur. Gramma-

---

1) cf. Brugmann l. l. p. 140. Tammelin de part. prisc. Lat. quaest. synt. Helsingfors 1889 p. 27 et 51. Wuesecke de Plauti et Terenti usu adiectiva et participia substantive ponendi p. 31, 46; 44, 50.

tici enim veteres, praeterquam quod sparsim de singulorum verbalium forma et significatu multa et utilia adnotabant, duobus imprimis artium suarum locis nomen verbale tractaverunt.

Primum verbalia enumerantur inter **nominis species** (Jeep, d. Lehre v. d. Redeth. p. 142 sqq.) eodem artium loco, isdem fere verbis a Charisio, Anonymo Bobiensi, Dositheo.[1]) Vnius igitur Charisii verba instar omnium possunt esse: *sunt etiam quae ab his* (i. e. Graecis) ῥηματικά *dicuntur, nos non absurde verbalia dixerimus, ut a verbo lego lectio et dico dictio et oro oratio et raptor et percussor ab eo quod est rapio et percutio* Charis. I 155, 27 sqq.[2]), cf. Anon. Bob. I 535, 29 sqq., Dosith. VII 396, 5 sqq.

Paulum recedit Diomedes et additamentis et exemplis et loco; qui quod I 323, 2 verbalia derivativis attribuit, agnovit Boeltius Dionysii Thracis artem, a quo ea sic definiuntur: ῥηματικὸν δέ ἐστι τὸ ἀπὸ ῥήματος παρηγμένον, οἷον Φιλήμων Νοήμων (p. 635b, 19). Doctrina, ut ipsi fatentur grammatici, Graecorum est, exempla tamen Latinorum. Quibus apparet eos satis angustis finibus verbalia circumscripsisse; nulla sunt, nisi quae in *tor* et *tio* desinunt. Mire autem Diomedes exempla elegit I 324, 10 sqq: *ut dico dictio; item in compositione praedico, quod est tertiae coniugationis, praedictio, at in altero, quod est primae coniugationis, praedicatio; item lego lectio, oro oratio, parco parsimonia.*[3]) Omisit ille masculina, feminina Donatus IV 374, 12: *alia facta de verbo ut doctor lector.* Quem secuti sunt, qui eius artem commentariis instruxerunt additamentisque auxerunt; Servio enim et Pompeio et Consentio[4]) verbalia semper in *tor* exeunt IV 430, 26 sqq., V 149, 1 sqq., V 340, 16 sqq. Eiusmodi tantum exempla afferuntur etiam a Cledonio V 37, 7 sqq. et in explan. ad. Don. IV 539, 14 sq., cf. 19. Quorum quae alius alia addiderit, hic curari non opus est.

Ab eis multum differt Priscianus (Jeep p. 150 sq.); qui quamquam ut Diomedes verbalia inter derivativorum proprias species nominat II 60, 1 sqq. (cf. partit. XII vers. Aen. III 494, 26 sq.), toto tamen quarto libro[5]) copiose tractavit ea una cum denominativis secundum primi casus terminationes. Multo igitur plura sunt apud

1) de consensu Charisii, Anon. Bob., Dosithei, etiam Diomedis et Donati v. in universum Boelte, de art. script. Lat. quaest.; hac de parte p. 11 et 18 sq.

2) grammaticos Latinos (neque Priscianum segregavi) per totum opusculum sic laudabo, ut volumina et paginas et versus editionis Keilianae numerem.

3) cf. Prisc. II 119, 27: *inveniuntur tamen quaedam, quae in monia desinunt, a nominibus sive verbis derivata, castus casti castimonia, parco parsi parsimonia, queror querimonia.* Macrob. exc. gramm. V 636, 15.

4) cui *a nomine venientia in s litteram desinunt, ut montanus; a verbo autem r littera terminantur, ut lector.*

5) *quartus de denominativis et verbalibus et participialibus et adverbialibus: quot eorum species, ex quibus primitivis, quomodo nascuntur* II 3, 19 sq. in indice librorum.

vel movendi orta sunt, exceptis duobus Att. IV 7, 3: *Arpinatium fremitus est incredibilis de Laterio*, ad Att. XV 7: *sensus eius de re publica*. Eandem praepositionem recepit, quod primae declinationis nominum solum afferri potest, *coniectura* ad Att. VII 13 A 3: *quae tua coniectura de rebus futuris*. Sed huius imprimis praepositionis usum si observabis, invenies eam alius figurae nominibus haud rarius coniungi quam verbalibus. In Ciceronis quidem epistulis hanc receperunt non modo eiusmodi nomina, quae a verbo non longe absunt, velut *opinio* ep. I 7, 9; *metus* ad Att. III 8, 4; *dolor* ep. XIV 9; *timor* ep. XI 2, 3, ad Brut. I 4 A 3, sed etiam, quae minus cum verbo cohaerent, velut *auguria* ad Att. X 8, 6; *consilium* ep. XI 31, 5, XV 21, 4; *contio* ad Att. XIV 11, 1; *facetiae* ad Att. XIV 14, 1; *fama* ep. X 14, 1; *iudicium* ep. XV 21, 4, VI 17, 2, ibid. 18, 4, ad Att. XIV 13; *lex* ad Brut. I 5, 3; *rumor* ad Att. XV 1, 5, ep. XI 9, 1; *sollicitudo* ep. XV 21, 2; *spes* ep. XIII 29, 8; *studium* ad Brut. I 16, 1; saepe *litterae* e. g. Att. V 12, 2; *nuntii* ad Att. V 20, 2; etiam quae omnino nomina appellativa non sunt, *illud* ad Att. XI 17 A 3; *nihil* ad Att. XII 22, 4; *multa* ad Att. XV 2, 1. Quorum numero, qui fortasse augeri potest, ideo comparari debent verbalia, quae eandem praepositionem receperunt, quia in eis plerumque conexus inter nomen regens et pendens artior est quam in illis; dicitur *gratulatio de* ad Att. IX 5, 3, sed etiam *actio* ad Att. IX 9, 2, X 1, 3; *cogitatio* ad Att. VII 3, 2; ibid. IX 7 C 1 (cf. ibid. XIV 20, 4, ep. IX 20, 1); *contentio* ad Att. IV 2, 2; *dubitatio* ad Att. III 7, 3; *exspectatio* ad Att. IV 4, 1; *oratio* ep. X 11, 1; *rogatio* ad Att. III 4, 1, ad Q. fr. II 3, 4. Quae omnia excepto fortasse exspectandi verbo de usu praepositionis cum verbo, unde nata sunt, consentiunt.

De reliquis praepositionibus eadem paene ratio est, ut alius figurae nomina non rarius neque difficilius eas receperint quam verbalia, verbalia autem raro praepositiones receperint nisi eas, quae verbo, unde derivata sunt, flagitabantur. Quod factum est ad Att. VII 11, 1: *unam mehercule tecum apricationem in illo lucrativo tuo solo;* ad Att. X 8, 4: *non esse iudicium de tota contentione in Hispaniis*; ad Att. XI 14, 1: *omnes enim Achaici deprecatores itemque in Asia*. Nam neque apricandi neque contendendi verbo poscitur praepositio *in*, et *in Asia* attributum est ut *Achaici*.

Reliquorum exemplorum pauca hic commemoraverim, quibus cognoscatur etiam Ciceronis temporibus genetivum, quo nomen cum nomine iungi solebat, suffecisse ad reddendas rationes, quae in verbalibus reddi debebant. Dicebatur *aditus ad* a Cicerone ad Att. II 17, 1: *nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent*, cf. ep. XIII 59, XIII 58; ad Att. VI 2, 5, ep. XIII 78, 2, ad Att. XIV 14, 3; ad Att. VII 11, 1; ibid. XV 8, 1; ep. VI 13, 3; genetivum idem praetulit (cf. similia Thes. l. l. I p. 699, 53) de leg. II 25: *cur eam sumptu ad sacra addito deorum aditu arceamus.* — ep. V 8, 1: *suscepique mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis*, iteratur

praepositio; genetivus praefertur ep. I 9, 2: *propter tuam propugnationem salutis meae,* item ep. I 7, 2. — Eadem ratio est inter ad Att. IV 19, 2: *cum Caesare suavissimam coniunctionem diremissem quam novam conciliassem,* (sim. ad Att. II 3, 4, ep. XI 15, 1) et ep. III 10, 9: *hominis nobilissimi atque honoratissimi coniunctio.* — ad Att. IX 5, 3: *prae his de victoria gratulationibus;* sed ep. V 7, 3: *res eas gessi, quarum aliquam in tuis litteris . . . gratulationem exspectavi*, cf. ad Att. I 17, 6. — ep. IX 20, 1: *cogitationem de dicenda in senatu sententia* (cf. supra), sed ep. VII 3, 1: *cogitatio cum officii tum etiam periculi.* — *metus de* ad Att. III 8, 4, genetivus adiungitur ad Q. fr. I 3, 1; *sermo de* ad Att. V 10, 2, sequente genetivo V 12, 2 ad evitandam duplicem praepositionem: *tuas de eius iudici sermonibus et mehercule omni de rei publicae statu litteras.* Non durius dicitur ad Att. IV 2, 6: *votivam legationem sumpsissem prope omnium fanorum, lucrorum;* quem locum Hofmannus ad h. l. recte ita explicavit, ut legatio ad omnia fana lucraque fieret, quae prope essent.

Ne in eis quidem exemplis quae Draegerus I p. 468 sqq. collegit, genetivus nobis minus audacter positus esse videtur; quibus addas, si genetivum saepe cum adiectivo mutatum esse memineris, quae Kuehnerus II 158 sqq. congessit. Apparet igitur dictionem praepositionalem non solam rationem fuisse, qua nomini additamenta, quibus opus erat, adiungebantur, leviorem tamen et errores minus admittentem, quam genetivum. Hac de causa illam inde a Plauto usque ad Ciceronem increbruisse, locis singulis hic ostendi non potest, sed per se veri simile est. Vnum exstat exemplum ubi nomini, ne duplici genetivo aut pronomine possessivo dubitatio existeret, praepositio adiuncta est, quae ne verbo quidem succedere solebat: Sisenna ann. ap. Non. 133, 2: *cultu erga se mortalium.*

Restat ut pauca de collocatione verborum dicam, quae in hoc dicendi genere observata sit. Neque adverbium neque quod praepositione adicitur attributum semper nomini antecedit. Qua licentia non vetus usus collocandi verba tollitur; nam quia inde a Plauto etiam accrescit hoc dicendi genus, non veri simile est, antea id crebrius fuisse; praeterea ne Graeci quidem, quamquam articulo multo facilius attributivam verborum collocationem efficere potuerunt, hanc semper servabant. Velut Thucydides I 128, 5: μετὰ τὴν ἐκ Κύπρου ἀναχώρηϲιν, cf. IV 132, 1, IV 76, 1; III 102, 3; V 65, 2[1]); sed I 12, 2: ἥ τε ἀναχώρηϲιϲ τῶν Ἑλλήνων ἐξ Ἰλίου χρονία γεγενομένη; VII 36, 6: τὴν ἐπίπλευϲιν ἀπὸ τοῦ πελάγουϲ τε καὶ ἀνάκρουϲιν; II 52, 1: ἡ ξυγκομιδὴ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐϲ τὸ ἄϲτυ; III 51, 3: τὸν ἔϲπλουν ἐϲ τὸ μεταξὺ τῆϲ νήϲου. Neglectae autem ab eis suetae collocationis eadem causa est, qua Romanis liber et creber verbalium aliorumque nominum eiusmodi usus permittebatur: praepositio ipsa quasi vinculum nominum iungendorum fiebat et

1) et IV 2, 4: μετὰ τὴν ἀναχώρηϲιν τὴν ἐξ' Ἀκαρνανίαϲ.

loquentibus satis erat hoc quamvis laxo vinculo nomini attributa adiungere; nam eiusmodi ea erant, ut dubitatio fieri non posset, ad quas enuntiationis partes ea referenda essent.

Id quoque accidit, ut ambiguitas, quae sensui non oberat, admitteretur velut Plaut. Capt. 67 sq.:

valete iudices iustissimi
domi duellique duellatores optumi.

Merito interpretes inde ab Acidalio (cf. Vssingi et Brixi adnot.) eosdem belli bellatores, domi iudices appellatos esse putant; sed praeterea prologus eos domi bellique valere iussit. Huius ambiguitatis multa inveniri possint exempla velut Cic. ep. XII 25, 5: *accipio tuam excusationem de Sempronio;* ad Att. XII 37, 2: *valde probo rationem tuam de Tusculano.* A Cicerone interdum consulto collocatione verborum efficiebatur; ep. XII 19, 3 *litteras ad te numquam habui cui darem*[1]); ep. X 11, 3: *omniaque ei obsequia polliceor*; ep. VI 4, 1: *illa in dies singulos magis magisque opinio hominum confirmatur;* ep. IV 11, 1: *plurimum valuisse apud me tuam semper auctoritatem* e. q. s., sim. ad Brut. I 8, 1; de leg. I 2: *sempiternam in arce oleam tenere potuerunt;* I 5: *alias in historia leges observandas;* ep. XIII 29, 2: *hanc a me commemorationem esse factam;* ep. IX 16, 3: *est enim adhibita in ea re ipsa summa a nobis moderatio.*

His in exemplis verbum nomini quasi auxilio venit, quo facilius attributa ferat; collocatione autem verborum factum est, ut adverbia similiaque verbo assumpta etiam ad nomina referri possent; paulum igitur recedit Cicero his in enuntiationibus a sueto more collocandi verba; cursus enim sermonis, qui exspectatur, ab eo quasi interrumpitur.[2]) Talis autem dictio nimis artificiosa et difficilis est, quam ut dialogo saepe adhibeatur. Haec quoque est causa, cur scaenici poetae ea raro usi sint, et interrogationum genus, quod infra tractaturus sum, certam collocationis verborum legem sequens postea ex usu remotum sit. Discrimen autem verbalium et alius figurae nominum neque est neque exspectari potest, quia imprimis exemplis Ciceronianis apparet ad recipienda eiusmodi attributa non opus fuisse verbalem nominum originem.

Similia de collocatione etiam in eis verbalibus observari possunt, quae nunc tractanda sunt, recipientia dativum accusativum ablativum, ut verba ipsa, a quibus derivata sunt, praeterea ablativum instrumentali sensu positum. Nam in his quoque fit, ut, quamquam syntaxis

1) differunt igitur simplicitate a Ciceronianis exempla Plautina talia: *quem ad epistulam Mnesilochus misit super amica* Bacch. 177, *quam techinam de auro adversum meum fecit patrem* ibid. 392; sim. ibid. 307; *fecisti furtum in aetatem malum* ibid. 166.

2) quod audire potes si legis: von der Belagerung und mit gestürmter Hand Eroberung der Stadt e. q. s.; titulus libelli est quem G. Freytag laudavit in Imaginibus, quibus mores et vitam pop. Germ. depinxit, III p. 77.

verbo conveniens verbali nominis vi arripitur, collocatione haec coniunctio partium orationis insueta adiuvetur. Exempla secundum suffixa distribuantur

Nomina in ***tor*** exeuntia inde ab antiquissimis litterarum initiis genetivum recipere solebant. Dicuntur enim Plaut. Curc. 474 *symbolarum collatores*, Epid. 523 *legum atque iurum fictor conditor*, Poen. 816 *corruptorem civium*, sim. Trin. 240 a, Amph. 1065 *caeli cultor*, Asin. 656 *amorisque imperator*, Persa 419 *scortorum liberator*, Mil. 1055 *occisor regum*, Asin. 859 *osorem uxoris suae*, Bacch. 1167 *probri perlecebrae et persuastrices*, Rud. 50 *urbis proditor*, Epid. 300 *raptor hostium*, Capt. 661 *sator sartorque scelerum et messor*, Persa 420 *compedium tritor*, sim. ibid. 795, Ter. Phorm. 374 *bonorum extortor, legum contortor*, Eun. 1034 sq. *mearum voluptatum omnium inventor, inceptor, perfector*, cf. Enn. trag. 108 *vitis inventor sacrae*.

Alteri tamen casui tertium eadem praeferebant, ubi eiusmodi nomina cum verbo, quod est esse, coniungebantur: Plaut. Trin. 204: *verbis falsis acceptor fui;* Asin. 57: *tune es adiutor nunc amanti filio?;* hoc nomen saepius sic ponebatur, v. Epid. 676, Ter. Hec. 721, femininum Plaut. Poen. 973: *aliqua Fortuna fuerit adiutrix tibi*, Ter. Heaut. 991 sq., Hec. 705, Eun. 885; ubique forma terti casus adest; Plaut. Mil. 1431: *quis erat igitur? — Philocomasio amator;* Curc. 498: *nec vobis auctor ullus est nec vosmet estis ulli*, Pseud. 231: *quid mi es auctor?*, ibid. 1166, Cist. 249, Mil. 1094, Poen. 410, 721, Stich. 128: *mi auctores ita sunt amici*, ibid. 581, Ter. Ad. 939, 671: *auctor his rebus quis est?* (cf. infra p. 85); Persa 770: *tu hic eris dictatrix nobis;* Bacch. 976: *Priamo nostro si est quis emptor*, item Cic. ad. Q. fr. II 2, 1: *Tusculano emptor nemo fuit;* Merc. 853: *egomet sum mihi imperator, egomet mihi oboedio;* Cist. 558: *nam illaec tibi nutrix est;* Mil. 643: *neque ego oblocutor sum alteri in convivio;* Capt. 629: *an tu fortasse fuisti meae matri obstetrix?;* Truc. 840: *tu es praetor mihi;* Aul. 430: *nisi tu mi es tutor.*[1]) — Ter. Heaut. 1007: *quin tu in ea re mi fueris advorsatrix?;* Hec. 48: *meae auctoritati fautrix adiutrixque sit.* Dubitationem utrum alter an tertius sit casus, admittunt Plaut. Trin. 365: *qui se fictorem probum vitae agundae esse expetis;* Capt. 307: *ut ipse fui imperator familiae;* Cist. 537 sq.: *ut illaec hodie quot modis moderatrix ⟨linguae⟩ fuit*; sic Ussingius (303) versum restituit; comparavit Schoellius (praef. XXVI) Curc. 486; cf. etiam Persa 297. — Ter. Hec. 32: *si erit adiutrix nostrae industriae*, sim. Ad. 146; Eun. 1052: *ita nostrae omnist fautrix familiae;* cf. Lucil. 779.

Rarius haec nominis verbalis et verbi substantivi coniunctio genetivum recepit; rei genetivus est Cist. 373 L.: *datores negotioli bellissimi senices soletis esse*, Pseud. 807: *hoc ego fui hodie solus obsessor fori*, ibid. 979: *es perfossor parietum* (i. q. τοιχωρύχος, v. Cap. II.), Ter. Eun. 566: *quam elegans formarum spectator siem;* per-

---

1) Rud. 1014: *si tu proreta isti navi es, ego gubernator ero.*

sonae genetivus est Rud. 9: *qui est imperator divom atque hominum Iuppiter,* Merc. 842: *divom atque hominum quae spectatrix atque era eadem es hominibus;* utroque loco *divom atque hominum* i. e. ἀνδρῶν τε θεῶν τε sollemniter dictum est, ut praeterea Amph. 1121: *summus imperator divom atque hominum Iuppiter,* Aul. 300: *quin divom atque hominum clamat continuo fidem;* similiter Plaut. Pseud. 872 sq.: *eho, an etiam es veneficus? — immo edepol vero hominum servator. —* Plaut. Men. 268: *tu magnus amator mulierum es;* item Ter. Eun. 665. Restant Plaut. Stich. 490: *at ei oratores sunt populi,* Poen. 1117: *si illarum est nutrix,* Ter. Andr. 232: *quia compotrix eius est.*

Antiquis igitur temporibus res sic se habet, ut verbalia coniuncta cum *esse* et alterum et tertium casum recipere potuerint, praetulerint tertium, tertium autem non receperint, nisi huic verbo coniuncta; nisi forte huc spectare vis Asin. 513: *tu mi accusatrix ades.* In verbali appositionis vice posito primus Accius dativum admisit, fortasse Cato frg. p. 79, 1: *illi imperator tu, ille ceteris mediastrinus* (sc. *est?*); Accius trag. 522: *Achivis classibus ductor* (*auctor* trad.), *gravis Dardaniis gentibus ultor.* De sequentibus temporibus nihil accuratius contenderim, quam verbalia non desiisse dativum recipere; exempla praebet Landgrafius arch. VIII 67; quorum pauca ab usu antiquo recedunt, velut Liv. XXXIX 14, 10: *adiutores triumviris quinqueviri,* Apul. flor. 6, p. 19 Oud.: *eois regnator aquis.* Affirmatur autem id, quod exemplis supra allatis apparet, doctrina Prisciani gramm. II 550, 4: *omne enim nomen a quocumque verbo natum vel genetivum sequitur casum, vel dativum figurate per compassionem quam Graeci* συμπάθειαν *vocant, ut amicus illius, speculator illius, auditor illius, victor illius, et dativum ut amicus illi est, lector illi est, speculator illi est, victor illi est. et nota quod plerumque substantivum verbum, quod Graeci* ὑπαρκτικόν *vocant, solet adiungi huiuscemodi figurae.* Sed Priscianus, quamquam imprimis ad verbalia eius verba spectant, praemittit tamen exemplis originis verbalis *amicus,* quo vocabulo admonemur hunc dativi usum non proprium esse verbalium; constat enim multa alia vocabula, quibus cognatio et quaevis alia ratio inter homines intercedens significatur, eundem recipere dativum inde ab antiquissimis temporibus (Loch, de genetivi apud priscos scriptores latinos usu p. 24) usque ad extrema (Landgraf, arch. VIII p. 69). Quorum vocabulorum morem verbalia facile sequuntur, quia nonnulla ut *amator* et *tutor* similes rationes exprimunt et unumquodque verbale agentem significans sic intellegi potest, ut talem rationem indicet; sed ne illorum quidem nominum finibus ille dativi usus continetur (Loch p. 26); quantum igitur verbalis origo ad praeferendum dativum conduxerit, vix explorari possit.

Sunt autem inter verbalia, dativum recipientia, quae a verbis dativum poscentibus orta sunt; in eis dativus etiam ad verbum sic referri potest, ut obiecti loco positum sit, velut supra[1]) Plaut. Merc. 853,

1) non Plaut. Persa 770 *(dictatrix),* Capt. 629 *(obstetrix),* Truc. 840 *(praetor),* quia his non verba aderant, ad quae facile eorum origo redu-

Capt. 307, Cato frg. p. 79, 1 *(imperator)*; Cist. 538 (*moderatrix)*; Mil. 643 (*oblocutor)*; Ter. Heaut. 1007 *(advorsatrix)*; Eun. 1052, Lucil. 779 *(fautrix)*. Haec sententia eo probari videtur, quod *moderatrix oblocutor advorsatrix* suo loco ex verbo facta sunt (v. cap. II), *imperator* quoque ad verbi significatum interdum redit (v. cap. II); de syntaxi verbali in eodem vocabulo cogitari potest etiam Plaut. Men. 444: *dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi,* et in favendi verbali Cic. Planc. 1: *bonos viros eius honori viderem esse fautores;* sim. Scaur. 17, ep. XII 25, 3: *tuorum comitiorum auctor dignitatique* (M H, *-tisque* D) *fautor.*

At dativum ad verbalem vim solam referre eis nominibus prohibemur, quae a verbis accusativum poscentibus orta nihilo minus dativum receperunt, ut locis supra allatis *acceptor, adiutor, adiutrix, amator, emptor, fictor, nutrix (tutor)*; eodem loco (Ter. Hec. 48) *fautrix* et *adiutrix* eundem dativum regunt. Forte igitur factum est, ut in nominibus, quae a verbis dativum regentibus derivata sunt, idem dativus et ad totam dictionem, ut in ceteris eiusmodi exemplis, referri possit et a nomine verbali pendere videatur. Vix enim in his nominibus cum verbo *esse* coniunctis meliore iure de syntaxi verbali cogitare licet quam in eis exemplis, quae non, ut illorum nonnulla, speciem circumscriptionis verbi praebent, Plaut. Amph. 67: *si cui favitores delegatos viderent,* sim. Lucil. 228 sq.; Plaut. Mil. 681: *nolo mi oblatratricem … intromittere*, cf. Sen. dial. V 43, 1: *oblatrantem tibi;* Plaut. Pseud. 606: *precator et patronus foribus processi;* Ter. Heaut. 1002: *eum mihi precatorem paro,* sim. 975 sq., cf. Schol. Verg. Aen. VIII 127: *sane veteres et precor illi pro precor pro illo dicebant* (sequitur ibid. Plaut. Amph. frg. 13 L); cf. Asin. 477. Quamvis dativi ad *favitores oblatratricem precator* referri possint, hic eos ad verba delegendi intromittendi parandi referre nemo dubitat, vel, id quod dativi imprimis proprium est, ad totam enuntiationem.

Nihilo certiora exempla accusativi additi nomini agentis sunt. Trin. 240a: *celatum indagator* sic dictum esse possit ut Laber. mim. 96: *alienum appetonibus viae expeditae deverticula s⟨unt⟩*; ubi formam *alienum* pro accusativi singulari habueris, si comparas Sall. Cat. 5, 4: *alieni adpetens*, *sui profusus*, Phaedr. I 4, 1: *amittit merito qui alienum appetit.* Sed forma etiam genetivi pluralis esse potest; quae interpretatio praeferenda est Truc. 763 comparatis aliis exemplis, quae facile p. 82 et 83 inveniuntur, in quibus eodem augendi consilio genetivus pluralis nomini adiungitur, velut re contradicente Plaut. Persa 419: *scortorum liberator* de unius scorti liberatione dictus est; item Truc. 763: *suppostrix puerum* dicta ex unius pueri suppositione. Item, quia in universum dicitur Poen. 74: *cupienti liberorum, osori*

---

ceretur; nam *dictare* his temporibus non *imperare* significat (cf. Mommsen Staatsrecht II³ 144), neque obsistendi significatus ad *obstetrix* quadrat, neque *praetor* ante viros doctos (Lucil. ap. Varr. l. l. V 80) a praeeundo deducebatur.

mulierum merito pluralis numerus ab editoribus ex tradito singulari *mulierem* restitutus est; singularis ratione grammatica non vetatur, vetatur tamen sensu; nam senex ille caelebs est.

Praeterea accusativum pronominis haud raro recepit *auctorem esse* Plaut. Pseud. 231: *quid mi es auctor?* Eadem interrogatio est Cist. 249, Mil. 1094, Poen. 410, 721, Pseud. 1166[1]), sim. Ter. Ad. 939: *idne estis auctores mihi?* Plautus plurali numero adverbium adiungere maluit Stich. 128: *mi auctores ita sunt amici*, 581, 129: *aliter auctores sumus*, fortasse, quia hic non ut in illa interrogatione nomen et verbum substantivum ad unius verbi sensum coaluerunt; nam ex utriusque partis coniunctione pronomina illa pendere veri similius est quam ex verbo ignoto, a quo *auctor* factum est. Ex simili coniunctione nominis et verbi substantivi pendent eaedem pronominum formae Plaut. Capt. 3: *hoc vos mihi testes estis me verum loqui.* Poen. 565 *testes esse*, sed *ad rem*, Aul. 421 absolute. Si modo accusativus obiecti dici potest, *testis* a testando vim et sensum nominis verbalis reciperavit. Quaerere autem, utrum accusativi obiecti vice positi fuerint, an potius adverbiorum, in his formis neutri generis vix opus sit.[2])

Restat igitur Amph. 34: *nam iusta ab iustis iustus sum orator datus.* Sed ne hic quidem *iusta* traditum est, sed correctum a Bothio ex tradito adverbio *iuste*, quae correctura probatur et versu antecedente (33: *iustam rem et facilem esse oratam a vobis volo*) et succedentibus (35 sq.: *nam iniusta ab iustis impetrari non decet, iusta autem ab iniustis petere insipientiast).* Eo enim tendit argumentorum ordo, ut auribus inculcetur, iusta impetrari, iniusta negari decere.

Accusativi locum enuntiatio relativa occupavit, quae quasi obiectum verbo amandi apposita est Amph. 105 sq.:

quam liber harum rerum multarum siet
quantusque amator sit quod complacitum est semel.

Si ante relativum pronomen desideraveris demonstrativum, optio erit supplenti tibi inter *id* et *eius;* nam etiam genetivus pronominis demonstrativi sic opprimitur Aul. 605: *ut quae fierent, fieret particeps.*

Instrumentalis ablativus[3]) verbali recipitur Plaut. Epid. 676: *mihi nunc auxilio adiutores sunt et mecum militant*, cf. Pseud. 905: *si umquam quemquam di immortales voluere esse auxilio adiutum,*

---

1) Cic. epist. VI 8, 2; Att. XIII 40, 2.

2) huc pertineret, si sine ulla dubitatione *cosmis* pro *comes* intellegi posset, *nei ted endo cosmis virco sied* (inscr. vasculi, ed. Dressel, Ann. dell' inst. arch. 1880 p. 158.)

3) mentio hic fieri potest ablativi, quem obiecti loco adiunctum F. Schoellius in Woelfflini arch. II 202 eruit ex Donati verbis Ter. Andr. I 2, 31 (202): *legitur et usor es* (sic secundum Wessneri editionem traditum est). codicibus enim Terenti traditur: *ita aperte ipsam rem modo locutus, nil circum itione usus es.* adverbium *modo* etiam ad alteram enuntiationis partem pertinet, in qua perfectum tempus ut in antecedente poscitur; praeterea his temporibus *or* verbalium longam syllabam efficere vix desierit; de alius autem comici versu nos cogitare vetat Donatus.

Rud. 258: *miseras inopis aerumnosas ut aliquo auxilio adiuvet.* — Amph. 75: *virtute dixit vos victores vivere, non ambitione neque perfidia,* cf. Cas. 87: *vincite virtute vera,* item Cist. 197; praeterea alios ablativos multos *vincere* in Plauti comoediis recepit. — Men. 186 sq.: *in eo uterque proelio potabimus, uter ibi melior bellator erit inventus — cantharo;* 'uterque' non parasitus cum Menaechmo, sed Menaechmus cum amica dicitur ut Most. 305 amator et amica, sim. Curc. 187; etiam 'uter' Men. 187 de eisdem dicitur (ut Cas. 274 et Persa 205 de viro et muliere), si interrogatio ad versum antecedentem sic pertinet quasi non dixerit 'potabimus' sed, ut exspectatur, 'certabimus'. Sed 188 'utro' non nisi ad Menaechmum et parasitum referri potest, sive verba parasiti sunt, sive versus una cum 184—187 additicius est, quos omnes Langenus in Stud. Plaut. p. 298 in suspicionem vocavit, quia non modo hi versus ipsi inter se non bene cohaerent, sed 184 praeterea cum 174 non consentitur. Sunt igitur praeter Plaut. Epid. 676 et Amph. 75 nulla exempla plane certa, ubi in nomine agentis syntaxis verbalis admissa est; his autem locis et reliquis, quos attuli, paene omnibus nomen cum verbo substantivo coniunctum est.

Inter nomina **actionis**, quae **primae** declinationis sunt, pleraque non talem significatum nacta sunt, ut genetivi aut alius casus pendentis egeant. Invenitur autem in eis quoque dativus ille, qui ad enuntiationem totam pertinet, vix tamen ad nomen referri potest, Plaut. Epid. 25: *nobis praeturam geris.* Duo nomina professiones significantia eodem modo cum verbo substantivo coniuncta ablativum instrumentalem receperunt, Plaut. Rud. 931: *navibus magnis mercaturam faciam,* Mil. 990: *viden tu illam oculis venaturam facere atque aucupium auribus?* Arripuit igitur etiam *aucupium facere* ablativum; sed haec quoque locutio praecedenti similis est, verbi ipsius loco posita, coniuncta ex artis appellatione et faciendi verbo. — Genetivum[1]) recepit *usura* Plaut. Amph. 108: *usuramque eius corporis cepit sibi,* 1135: *primum omnium Alcumenae usuram corporis cepi;* quae locutio etiam tragico sermoni apta erat, v. Acc. trag. 507: *atque hanc postremo solis usuram cape.* Eadem verbo capiendi adnominationis gratia cum usurpandi commutato ablativum obiecti loco positum assumpsit Plaut. Pseud. 135: *quibus nisi ad hoc exemplum experior, non potest usura usurpari.* Ad verba *usura usurpari* ablativum referendum esse iam interpretes Lorenzius et Vssingius viderunt.

Eiusdem verbi nomen **actionis quartae** declinationis solum huius generis nominum casum verbi recepit; sed ne *usus* quidem libero modo, sed duabus in dictionibus ablativo potitus est, et veteribus tantum, ut videtur, linguae temporibus. Ne saepius ablativum adsumpsisse videatur, quam re vera factum est, omnia eiusmodi exempla

1) Cato agr. 162, 1: *salsura pernarum et ofellae Puteolanae;* quae verba ex rubrica initio capitis Keilius repetivit (v. eius comm.); sed capitulum titulo non caret: *pernas sallire sic oportet in dolio aut in seria.*

ex scriptis usque ad Ciceronis tempora enumerabo. Iure Schoellius in Woelfflini arch. I 207 sqq. contendit eam dictionem e sermone submotam esse alia, quae est *opus est*, a cuius significatu ab initio litterarum Romanarum vix differt.

Huic igitur locutioni ablativus nominis adiungitur his locis[1]: Plaut. Asin. 89: *viginti iam usust filio argenti minis.* Bacch. 706: *militi nummis ducentis iam usus est pro Bacchide.* Bacch. 763: *sed nunc truculento mi atque saevo usus senest.* 972: *nunc alteris etiam ducentis usus est.* Persa 328: *ad eam rem usus est tua mihi opera. — utere ut vis.* Pseud. 385: *ad eam rem usust homine astuto, docto, cauto et callido;* hic accusativi *hominem astutum* traditi sunt, deinde in Ambrosiano ablativi sequuntur, *cauto et callido,* in Palatinis accusativi, *scitum et callidum.* Accusativus ne verbo quidem iungitur nisi neutri generis pronominis aut in formulis *utendum oro, rogo, peto;* quod observavit Langenus in Woelfflini arch. III 329 quattuor versuum oppugnantium suo iure Plauto abdicens Stich. 450 a, corrigens Poen. 1088; Epid. 264 *consilium* subiectum verbi placendi est, id quod Langenus Stud. Plaut. 389 agnoscere veritus est, cf. Leo Anal. Plaut. I 24; Rud. 1241: *diutine uti bene licet partum bene,* hic explicari potest, cur Plautus accusativum admiserit; nam participii neutri generis pro substantivo positi non plus ter posuit genetivum, nusquam dativum, non ablativum nisi absolutum aut praepositione instructum; id Wueseckius in dissertatione, quam p. 68 attuli, docuit p. 32.

Dativo carent Mil. 790: *sed quid ea usus est?* Rud. 100: *luto usust multo.* Curc. 383: *usus est pecunia.* Bacch. 747: *obsecro quid istis ad istunc usust conscriptis modum?* Praeterea in exemplis nonnullis sequentibus dativus abest. Participii additur ablativus Asin. 312: *nunc audacia usust nobis inventa et dolis.* Bacch. 749: *obsecro quid istis ad istunc usust conscriptis modum?* Pseud. 50: *quam subito argento mi usus invento siet.*

Pronominis neutri generis nominativus simul cum ablativo participii ponitur Amph. 505: *citius quod non facto est usus fit quam quod facto est opus.* Cist. 129: *tacere nequeo misera quod tacito usus est.* Men. 753: *ut aetas mea est atque ut hoc usus facto est.* Rud. 398: *iam istoc magis usus factost.* [Stich. 57: *nobis quid facto usus sit*]. Trin. 503: *ubi usus nil erat dicto, spondeo dicebat.*

Deest participii ablativus Merc. 731: *si nihil usus esset* et loco fortasse non Plautino (v. Leonis. adnot.) Merc. 854: *egomet mihi fero quod usust.* Has pronominum formas nominativos esse apparet ex Bacch. 705: *sed nunc quantillum usust auri tibi;* potuit autem etiam ablativus pronominis ut nominum poni, Pseud. 182: *cur ego vestem, aurum, atque ea, quibus est vobis usus, praehibeo?* —

Iam Terentio haec locutio minus sueta et perspicua erat; nullum alium ablativum ea recipit nisi *facto.* Hec. 878: *quod facto usus sit.*

1) huc pertinet Most. 250, de quo versu v. infra.

Ad. 429: *quid facto usus sit.* Quae forma supplenda est ex succedente enuntiationis parte Heaut. 80: *mihi sic est usus; tibi ut opus factost, face.* Ad Hec. III 1, 47 Donatus merito adnotavit *abundat facto;* nam praeter id participium etiam infinitivus pendet (Hec. 327): *non usus factost mihi nunc hunc intro sequi.* Putaveris Terentio formulam fuisse *usus facto est,* quae ei non magis valeret quam Plauto *usus est.* Sed praeterea semel ab eo ponitur ablativo carens sequente enuntiatione consecutiva Heaut. 81: *an quoiquamst usus homini, se ut cruciet? — mihi.* Item iam Plaut. Epid. 168: *quom usus est, ut pudeat.* Mil. 1132: *nunc ad me ut veniat usust Acroteleutium.*[1])

Terenti igitur usus signum est senescentis dictionis atque a rivali celeriter victae. Non modo potestatem recipiendi ablativum amisit, sed ipsa e sermone prope detrusa est. Legitur in indice sermonis Catoniani a Krumbiegelio confecto p. 74 sub nomine usus agr. 68: *omnia, quis usus erit, in suo quidque loco reponito;* vereor ne verbum sit; altero enim futuro opus est, quia oleitate facta instrumenta suo quodque loco reponere iubetur custos aut persona quae appellatur. Cicero hanc formulam vetustarum legum sermonis propriam fuisse sibi persuasum habuit; quam imitatus scripsit de leg. III 10: *quod extra magistratus coerari oesus erit;* ibid: *idem ad plebem, quod oesus erit, ferunto.* Ipse nusquam alibi sic dixit aut scripsit; itaque ei satis antiquum visum esse putandum est etiam Terenti versum Heaut. 80, quem de fin. V 29 laudat. Vetustiori, quam quo tum Romani utebantur sermone, magistratuum generi scribendi, Schoellius arch. II 209 attribuit etiam ad Att. IX 6, 3: *naves quibus usus non est, omnes aut praecidisse aut incendisse dicunt.* Sed *usus est* perfectum verbi est, quod tempus flagitatur; ex eadem verbi forma etiam subiectum infinitivo sumendum est, id quod in dictione *usus est* vix liceret.[2]) At Liv. XXX 41, 8 iure idem stilum referentis magistratus agnovit et Gell. N. A. II 15, 3 antiqui sermonis imitationem.

Quod autem haec locutio ab omnibus paene pedestris sermonis et iocosae poeseos scriptoribus spernebatur, eo idonea facta est severae poesi; Lucretius eam non repudiavit IV 831: *ut facere ad vitam possemus quae foret usus,* V 844: *quod foret usus.* Ablativus accedit I 219: *nulla vi foret usus enim,* dativus quoque I 184: *nec porro augendis rebus spatio foret usus seminis ad coitum.* Vergilius perseveravit in hoc epicae poeseos studio servandi vetusta vocabula. Aen. VIII 441: *nunc viribus usus, nunc manibus rapidis, omni nunc*

---

1) Ad. 21 Slaughterus in indicem nominum rettulit; sed verbum hic legitur.

2) magistratus autem epistulae verba esse, quae Cicero laudat, non certum est. litterae Capua nescio a quo allatae sunt; earum argumentum statim Cicero ascripsit epistulae Attico iam scriptae. tum de nuntii auctore et unde is Capuae versatus rem cognoverit pergit: *de hac re litterae L. Metello tribuno pl. Capuam allatae sunt a Clodia socru, quae ipsa transiit.*

Digitized by Google

arte magistra. Schoellius praeterea attulit l. l. Georg. III 559: *nam neque erat coriis usus nec viscera quisquam aut undis abolere potest aut vincere flamma.* Sensu poscitur hic usionis significatus, non necessitatis; illi tamen genetivus iungi solebat, non ablativus velut Lucr. IV 840 sq.: *et omnia denique membra ante fuere, ut opinor, eorum quam foret usus; haud igitur potuere utendi crescere causa,* Cic. top. 23: *ceterarum rerum omnium, quarum annuus est usus,* ibid: *quoniam usus auctoritas fundi biennium est, sit etiam aedium* Lex XII tab. Bruns, font. i. R. VI 3; de nat. deor. II 156: *earumque omnium rerum hominum est et usus et cura.* Vergili loco allato similis est sensus atque haud paucis locis Livianis, ubi 'usus est rei alicuius vel personae' sic dicitur, ut potestas vel occasio utendi significetur, velut XXIX 2, 7 *ei parti usum equitis fore ratus,* imprimis addita negatione XXVI 38, 12 *nec usus equorum in urbe erat.* Nonnulla exempla prope absunt ab eo sensu, qui locutioni antiquis temporibus erat, velut V 44, 2 *ubi usus erit mei vobis.*

Quibus locis utendi significatus servatus est; pertinent autem haec exempla ad illud genus per nomen actionis et verbum substantivum dicendi, quod infra tractabitur. Eorum igitur ope origo locutionis, quae est *usus est,* cognoscetur; nam *usus est* sic intellegi poterat, ut esset ius potestas necessitas utendi. Eisdem autem exemplis docemur, cur Romani dictionem *usus est* aboleverint. Nam etsi nominativus *usus* hac in locutione rigescebat, neque is neque reliqui casus eiusdem nominis et significatu simplici utendi et aliis significatibus inde natis rarius usitabantur. Similis eiusdem formae duplex usus et significatus facilius ferri poterat in forma, quae est *opus,* si modo formula *opus est* nominativus nominis, quod est *opus,* continetur. Nam in locutione *opus est* forma *opus* a nomine operis multo longius abest quam *usus est* ab *usu* et significatu et eo, quod illi vocabulo etiam *sunt* succedit, *usus* ne in formula quidem singularem numerum poscere desiit.

Idem nomen cum verbo veniendi coniunctum ablativum interdum recepit; cuius coniunctionis exempla Plautina praebet Langenus (in Symb. crit. p. 162), non optimo iure propter exiguum numerum ablativorum omnino additorum negans non Plautinam esse dictionem Epid. 535: *credo ego illi hospitio usus venit.* Nam quin in Palatinis *invenit* sic corrigendum sit, cum multis non dubito; in A versus in fine mutilus est. Accedit Cato agr. 4: *si quid bona salute usus venerit.*[1])

Praeterea quartae declinationis nomen Lucretius ablativo instruxit III 381 sq.:

nam neque pulveris interdum sentimus adhaesum
corpore nec membris incussam sidere cretam e. q. s.

Corpore ad *adhaesum* pertinet ut *membris* ad *incussam sidere* (v. Heinzi interpretationem ad h. l.); de mero ablativo locum indicante

1) ibid. 157, 7: *nihil istorum usu veniet [morbis] morborum* (Keil. ad h. l.) scribendum est, aut *istis* corrigendum et *morborum* delendum.

Digitized by Google

v. Holtzi synt. Lucret. lin. p. 8; cf. V 842: *vinctaque membrorum per totum corpus adhaesu; 'per totum corpus'* ad *adhaesu* referendum est. Sed adhaesum his locis et IV 1242, VI 472 pro adhaesionis nomine versui resistente positum esse ab Heinzio probatur; nam tertiae declinationis nomine ab eadem stirpe derivato usus est Cic. fin. I 19 *ita effici complexiones et copulationes et adhaesiones atomorum inter se.* De electu suffixorum, qui versu cogente fit, v. cap. III.

Nomina **tertiae declinationis** genetivum recipere his exemplis apparet. Plaut. Capt. 1031: *nec pueri suppositio nec argenti circumductio.* Mil. 942: *facta erit conlatio nostrarum malitiarum.* Pseud. 66: *compressiones artae amantum corporum.* Epid. 282: *consultatio nuptiarum.* Pseud. 70: *harunc voluptatum ... distractio discidium vastities venit.* Ter. Phorm. 293: *neque testimoni dictio est.* Plaut. Asin. 534: *inopiae excusatio.* 257: *ad eri fraudationem.* Trin. 976: *auri feci mentionem,* sim. 1069, Bacch. 253, Rud. 1289, Truc. 195. Trin. 1053: *duarum rerum exoritur optio.*[1])

Inter ea quoque pauca sunt, quae libero modo syntaxin verbi arripuerunt. Vnum tamen exemplum testimonio nobis est ne a tragico quidem sermone alienum fuisse hunc verbalium usum.

Ennianae ut videtur Iphigeniae versus est, defensus a Vahleno (Ind. lect. Berol. 1878 p. 5 sqq.) contra interpretum mutationes (frg. trag. 199 sqq.):

astrologorum signa in caelo quid sit observationis
cum capra aut nepa aut exoritur nomen aliquod beluarum.
quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas.

Sit non cum Vahleno in *fit* mutaverim, cum antecesserit fortasse verbum, ex quo interrogatio pendeat. Etiam sic enim talis verborum ordo est, ut ex pronomine *quid* pendeat genetivus *observationis;* huic autem nomini adiungenda sunt genetivus *astrologorum,* qui observationem faciunt, accusativus *signa,* pendens ex observandi verbo, loci indicatio *in caelo,* ubi signa observantur. Miratur igitur qui loquitur, quot vel quales observationes in caelo fiant; sequente versu exempla enumerantur signorum, quae astrologi observant, tertio denique opponitur, quod magis observatione dignum sit, iterato arrogantis illius aut inutilis observationis opprobrio.

Cetera exempla rursus comicorum poetarum sunt. Plaut. Aul. 201 sq.: *nunc hic eam rem volt, scio, mecum adire ad pactionem.* Paciscendi verbi activa forma accusativum recipit Bacch. 870, 879 (v. Leo ad 866); cf. *habeon rem pactam* Stich. 566, Poen. 854, 1157; *pacisci cum illo* dicitur Bacch. 855; Aul. 201 praepositio et accusativus ex nomine pendent; ad quam *rem* incerto vocabulo alluserit, spectatoribus notum est ex senis verbis 185, 188 sqq., 194 sqq., 200, cf. 216, 242, 265 sqq.; similis incertitudo 207.

1) explicationis vim habent genetivi recepti nominibus sollicitationis Ter. Andr. 261 et occasionis Plaut. Capt. 116, Epid. 271, Ter. Heaut. 895; talia cum verbi syntaxi comparari non possunt.

Digitized by Google

Plaut. Stich. 283: *quae misera in expectatione est Epignomi adventum viri.* Hic rursus, ut iam de Enni versu modo tractato, putaveris ideo quartum casum alteri praeferri, ne duplex genetivus ex eodem nomine pendeat; sed exempla genetivi adiuncti alteri exstant (v. Loch, de gen. apud. prisc. script. lat. usu p. 6). Pendet autem accusativus ex circumscriptione verbi exspectandi, quae per nomen verbale et *esse* facta est. Alibi, qui in expectatione est, expectatur Mil. 1279: *vide ne sies in exspectatione.* Cael. ad Cic. ep. VIII 14, 1: *quod iudicium nunc in expectatione est.* Sim. Cic. ep. XII 24, 2, ep. II 3, 2: *summa scito in expectatione esse eaque a te expectari;* sim. ad Att. VIII 11 D 3. Eundem significatum, quem Plautus huic locutioni esse voluit, dedit ei Plancus Cic. ep. X 4, 3: *sum in exspectatione omnium rerum quid* e. q. s.[1]) De activa et passiva nominis vi cf. Tyrelli adnotationem ad h. l. The corr. of. C. VI p. 42.[2]) Inflexio igitur locutionis tritae a Plauto facta est, qua etiam aliam locutionem a passiva, si vis, ad activam vim duxit. Abscedentes enim sic admonebantur Pseud. 663: *sed vide sis ne in quaestione sis, quando arcessam, mihi,* Cist. 593: *ne in quaestione mihi sit, si quid eum velim,* Cas. 530: *sed tu cave in quaesitione mihi sis,* Capt. 253: *edepol tibi ne in quaestione essemus cautum intellego.* Eius locutionis vetustatem forsitan forma, quae est *fuat,* testetur Persa 51: *sed recipe, quam primum potes, cave fuas mi in quaestione.* Afran. com. 280: ⏑ ‒ ⏑ *cáve ne pendeas si fuas in quaestione.* Eandem Plautus sic flectebat Trin. 1011 sq.: *cave sis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent, si aberis ab eri quaestione,* quasi meminerit servus, qui loquitur, verborum discedenti sibi saepe dicta; cf. *recipe te ad dominum domum* 1007 cum Persa 51, et condicionalem formam enuntiationis cum Afran. 280. Quod autem eadem locutio modo activam, modo passivam vim habere videtur, nomini omnino genus quod dicitur verbi deest. Num verbalia vel eiusmodi ut attuli locutiones verbalium ope factae exstiterint, quae plane ad alterum utrum sensum versa essent, hic observari non potest. —

De dativo, quem Terentius Andr. 44 exprobrationis nomini adiunxit, v. infra cap. III.

Ablativus instrumentalis nomini adiungitur Plaut. Pseud. 67: *teneris labellis molles morsiunculae.* Nominis deminutiva forma statim ex radice facta est, non derivata ex simplici nomine. — Asin. 307: *verbis velitationem fieri compendi volo.* Transfertur 'velitatio' ad ver-

---

1) cf. Gell. N. A. III 7, 12: *in exspectando sunt.*

2) curantur *qui in curatione sunt* Gai. inst. I 199; cf. Quint. inst. or. I pr. 13: *nam ut primum lingua esse coepit in quaestu;* sed possident *si quis cum in possessione bonorum esset* edict. perp. frg. XXXVIII 2 (Bruns f. i. R.), cf. 1 et 3. Ter. Ad. 355 sq.: *Ctesiphonem audivi filium una fuisse in raptione cum Aeschino* non circumlocutio est, sed i. q. *cum illa raperetur,* hanc rem novo fortasse vocabulo reddere studuit Terentius; nam etsi de his temporibus non constat, postea *raptus* verbale erat rapiendi.

Digitized by Google

borum certationem (v. Non. p. 3, 2, Paul. Fest. p. 28 et 369); cf. Turpil. com. 145: *comperce verbis velitare.*

Restat denique ea locutio, ubi imprimis verbalis usus nominis adhibebatur et a grammaticis observabatur; qua, ut in enuntiationum generibus quibusdam certi modi ac tempora poscuntur, semper nomina in *tio* exeuntia flagitata esse videntur. Itaque non modo de verbali nominum constructione, sed de nominibus ipsis iam hic agendum est. Sunt autem interrogationes incipientes ab interrogantis pronomine, desinentes in verbo substantivo; his quasi terminis concluduntur hoc fere ordine dativus pronominis, alia additamenta, obiectum, nomen verbale.

Hoc loquendi genus olim usitatum fuisse hoc uno iam exemplo probatur, quod compluribus locis legitur, ubi eadem aguntur. Velut Curculionem a Therapontigono verberatum *(em tibi* Curc. 625) tuiturus est Phaedromus 626: *quid tibi istum tactio est?* Respondet ille 627: *quia mihi lubitum est.* Collocatio, quae versu poscitur, *quid tibi istum,* a Guieto ex tradito *quid istum tibi* iam restituta confirmatur a Bachio (Stud. stud. II 243 sq.) pronominum collocationem tractante, quae in his interrogationibus adhiberi solebat. — Similis verberatio fit in Casina; intercedunt autem senex et uxor patroni pro suo quisque cliente a rivale verberato. Respondent inter se, quia utraque a parte eadem iniuria et defensio paratur, interrogationes et responsa

406: *quid tibi istunc tactio est? — quia Iuppiter iussit meus.*
408: *quid tibi tactio hunc fuit? — quia iussit haec Iuno mea.*

Mutata paulum verborum collocatione ea, quae opponuntur, magis aures feriunt. — Coquus cum discipulis fustibus male contusus (Aul. 409 sqq., 422) ipse queritur Aul. 423: *sed quid tibi nos tactiost, mendice homo?* Caesus denique pugnis Menaechmus exclamat Men. 1016: *quid me vobis tactiost?* Pronomina suetum ordinem hic non tenuerunt, quia quod brevius est *me*, ut solet, initium enuntiati et interpositionem petit. — De hoc tangendi verbo usu nobis quoque solito comparetur Pacuv. 344: *ut ego, si quisquam me tagit,* Plaut. Rud. 1010, Truc. 614.

At non caedenti sed re vera tangenti virginem dicitur Poen. 1308: *quid tibi hanc digito tactio est?* Hic ut Curc. 627 respondetur: *quia mihi lubet.* Quasi explicationes sunt Ter. Ad. 686: *virginem vitiasti, quam te non ius fuerat tangere,* Heaut. 819: *amicam adduxti, quam non licitumst tangere* (cf. Eun. 638 sq.). Comparentur etiam minationes Rud. 810: *si hercle illic illos hodie digito tetigerit,* 720, 784 sq., Ter. Phorm. 438 sq. Hunc tangendi usum omnibus notum in animum vocat audientibus Aul. 784: *quid tibi ergo meam me invito tactiost?* Sic enim ab adulescente verba intelleguntur, qui filiam senis compressit. Sed senex 'tangere' ita dicit, ut de rebus alienis adhibetur, quas tangere non licet; cf. ibid. 740: *ut id quod non tuom esset tangeres* (cf. 754 sq.), Cato de agr. 145, 2: *oleum ne tangito utendi causa neque furendi causa.* Quod autem ad figuram interrogationis attinet, includitur praeter ea, quae omnibus his

Digitized by Google

communia sunt, particula *ergo* et ablativus absolutus, illa (Poen. 1308) ablativus instrumenti.

Et per se et quia bis legitur usitatam fuisse etiam hanc interrogationem putandum est, cuius alterum exemplum est Most. 34 sq.:

quid tibi, malum, me aut quid ego agam curatiost?
an ruri, quaeso, non sunt quos cures boves?

Praeter accusativum enuntiatio interrogativa ex nomine pendet; similiter *cautio est ne* dicitur (v. i.); cf. Cic. ad Att. XIV 20, 4: *ut suscipiam cogitationem quidnam*, sim. ad Brut. III 3, 6, ad Att. I 17, 1: *admiratione quidnam accidisset;* ep. XV 21, 1: *reliquisti dubitationem, quantum* e. q. s.; ad Att. VII 16, 2: *nunc has exspectationes habemus duas, unam quid . . . alteram quid;* cf. ad Att. III 14, 1. Plaut. Merc. 121: *curaest negoti quid sit aut quid nuntiet;* Enn. ann. 86 V: *omnibus cura viris, uter esset induperator;* pendent coniunctiones finales Cic. ep. XII 11, 2: *te cohortatione non puto indigere, ut:* ep. III 10, 6: *ubi enim ego cuiquam legationi fui impedimento, quo minus* e. q. s.; ep. X 22, 2: *quod ne nostro arbitratu componeretur, quis fuerit impedimento;* cf. Thucyd. I 16, 1: ἐπεγένετο δὲ ἄλλοις τε ἄλλοθι κωλύματα μὴ αὐξηθῆναι; ad Att. V 21, 13: *summum esse periculum, ne,* cf. ad Q. fr. II 10, 5. Eiusmodi enuntiationes pro natura et origine sua facile et laxe adnectuntur magis, quam pendent; verbalibus autem maior potestas et necessitas est eas assumere; eadem tamen facultas non deest aliis nominibus[1]); nam omnino coniunctionum usus non tam certis finibus circumscriptus est, ut dici possit, quibus quaeque nominibus verbisve obsequantur. — Alterum eiusdem interrogationis exemplum est Amph. 519: *quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut muttitio?* Obiectum duabus ex vocibus constans dividitur; quarum altera interrogatione includitur, altera relicta sequitur antecedens vocativo extra ordinem posito (item Aul. 423); continuatur interrogatio novo nomine propter hanc continuationem ex muttiendo (520) derivato; alibi non invenitur *muttitio.*

Bis legitur *accessio* sic adhibita. Plaut. Trin. 709: *quid tibi interpellatio aut in consilium huc accessio est?* Servus repulsus respondet intellectu interrogationis detorto 710: *eodem pacto quo huc accessi apscessero.* Interpellandi nomini obiectum deest; *accessio* praeter ultimae latinitatis exempla actus accedendi hic tantum est et Truc. 259: *quid tibi ad hasce accessio aedis est prope aut pultatio?;* de loco indicato v. s. p. 75, de obiecto diviso et addito altero nomine cf. s. Amph. 519; eodem loco apparet non opus esse forma verbi, quae Palatinis praebetur *est;* nusquam alibi *pultatio* legitur.

Bis legitur etiam *reditio.* Plaut. Most. 377: *quid illi reditio etiam huc fuit?* Ter. Eun. 671: *quid huc tibi reditiost? quid vestis*

1) cf. Mil. 158: *mi equidem iam arbitri vicini sunt, meae quid fiat domi.*

Digitized by Google

mutatiost? Plautino loco adverbium loci nomini, ex quo pendet, succedit, cf. s. p. 74; causa autem nominis a fine in initium enuntiationis traducti adverbium *etiam* fuerit. Ter. Eun. 671 codice Bembino praebetur collocatio verborum a sueta abhorrens *quid huc tibi;* Calliopianis codicibus *tibi* omnino omittitur; mendum igitur vetustum est, quod cum Bachio (Stud. stud. II 244) ad ceterarum interogationum exemplum corrigendum erit: *tibi huc.*

Sequentes interrogationes semel leguntur, item haud pauca verbalium, quae eis continentur.

Plaut. Most. 6: *quid tibi, malum, hic ante aedis clamitatiost?*

Obiectum verbo non poscitur; *clamitatio* alibi non invenitur; et vocativus et adverbia loci inter dativum et nomen verbale inseruntur. — Truc. 511: *quid illi ex utero exitiost prius quam poterat ire in proelium?*

'Exitus' ab omnibus dicitur, a nullo ut videtur *exitio.*[1]) — Asin. 920: *quid tibi hunc receptio ad te est meum virum?* De nominis usu, quod ex patribus ecclesiasticis et iurisconsultis affertur, disceptari non potest, utrum hic ortum an ex sermone vulgari sumptum sit; suffixum *tio* interrogationis genere flagitatur; obiectum in partes divisum est ut s. p. 93; accedit ut appositio *meum virum* fortasse gradationis causa in fine positum sit. Hic simile opprobrium per verba expressum comparandum est Ter. Ad. 799: *quor nunc apud te potat? quor recipis meum? quor emis amicam, Micio?*

Appositio in fine collocatur etiam Truc. 623; est coacervatio trium interrogationum 622 sq.:

quid tibi huc ventio est? quid tibi hanc aditio est?
quid tibi hanc notio est, inquam, amicam meam?

Non exstabat *ventio;* nam M. Aurelius forsitan ostentaverit se Plauti lectorem Fronto ep. ad M. Caes. II 15: *nam illa cottidie tua Lorium ventio, illa in serum expectatio* (cf. Stich. 283); si in usu fuisset verbale a veniendo factum, quartae certo fuisset declinationis, ut *itus* et alia nomina derivata a similibus verbis eundi. Et finxit hac forma nomen Varro, ut deduceret ling. V 94: *venator a ventu quod sequitur verbum adventum et inventum.* Ad hanc formam in usu non exstantem Plautus adludit Curc. 314: *facite ventum ut gaudeam*[2]); eadem ambiguitas est Cist. 14 sq., quo loco Varro testimonio usus est ling. V 72: *Venelia a veniendo ac vento illo, quem Plautus dicit* e. q. s. Et quartae declinationis est verbale, quod postea semel factum est, inventum a Weymanio arch. IX p. 139. *Aditio* praeterea bis hoc sensu affertur

1) nisi Plaut. Capt. 519 adverbio loci praeditum; vel *hinc* vel *usquam* Leo suspicatur; ne *auxilium* quidem in *exilium* latere (Bentl. ad Ter. Heaut. II 3, 20) veri simile est post 517.

2) v. Vssingi interpretationem.

Digitized by Google

in Thes. l. l. ex Ennodio et Julio Valerio; a sueta figura *aditus*, quae inde ab Accio nota est, recedit Plautus, quia interrogationis figura *tio* postulabatur. *Notio* postea censoria aut iudicialis notio est aut apud Ciceronem ἔννοια, πρόληψις (Linderbauer, de verb. mutuat. et peregr. ap. Cic. usu et compensat. II 37).

Abeundi verbale quartae declinationis esse solebat. Sed: *abitionem antiqui dicebant mortem* Paul. Fest. p. 23 M., εὐφημοῦντες scilicet ut Cas. 19 dicitur: *qui nunc abierunt hinc in communem locum*. In litteras hic abitionis significatus non pervenisse videtur. Eandem formam pro abitu Terentius substituit Heaut. 190: *propter eam haec turba atque abitio evenit*. Noluit genere nominum mutato pronomen quoque iterare, ne fieret 'haec turba' atque 'hic abitus'. Insuetum vocabulum Eugraphius interpretatus est I 2, 16: *hoc est discessio*, cf. C G L. IV 4, 45; 481, 29. Postremorum temporum scriptorum usum hic curare non opus est. Praeterea semel *abitio* interrogatione flagitata posita est Rud. 502 sq.:

quid mihi scelesto tibi erat auscultatio?
quidve hinc abitio, quidve in navem inscensio?

Ordo rursus trium interrogationum; dativus 502 ex auscultando pendens eo magis animadvertendus est, quod alter personae agentis dativus iam aderat; extremum versus locum 502 nomen, non verbum substantivum occupavit. Vt *abitio* ita *auscultatio* et *inscensio* occasioni originem debent; 503 non rursus ponitur *mihi*, etsi *tibi* Truc. 623 iteratur; coniunctio particula *ve* fit, imprimis legum sermonis propria. Sensus autem hic non multum abest ab interrogatione incipiente ex *cur*; sed mutata persona, quae interrogatur, causa mutati sensus est; nam, qui loquitur, se ipsum interrogat.

Id genus interrogationum a Plauto ex sermone receptum in fabulis palliatis saepius, quam nos legimus, auditum esse duo testimonia sunt, Terentianus versus Eun. 671, quem attuli[1]), et Caecilianus 62 sq.[2]): *quíd tibi accéptio*[3]) *árgumentum aut dé meo amore vérbificatióst patri?* Propter longitudinem *argumentum* post ceteras partes collocatum est; *patri* dativus obiecti est; *verbificatio*, novum nomen ex verbo novo factum, acceptionis voci accommodatum est, quae ipsa hoc sensu non in usu erat; dicitur enim hic ab accipiendo auribus; cf. Plaut. Men. 5: *argumentum accipite*. Opprobrio datur, quod, qui increpatur, argumentum vel argumenta amoris, quae audire non debebat, tamen audiebat, et cum patre loquentis communicabat. De versu trochaico creticos excipiente cf. Amph. 222, Truc. 626.

Itaque ad explicationem grammaticam transeo. Primum, quod

1) cf. infra cap. III.
2) Donat. Ter. Eun. 671: *sic veteres. Plautus in Trinummo* (709) '*quid tibi interrogatio* (codd. Plaut. *interpellatio*) *aut* ⟨*in*⟩ *consilium huc accessio?*' *Caelius in* 'Αρπαζομένη e. q. s.
3) sic codd., *aucupatio* editio princeps.

Digitized by Google

ad syntaxin verborum pertinet, eis[1]) astipulandum est, qui verbale cum verbo substantivo coniunctum idem valuisse contendunt atque verbum ipsum; itaque non e verbali, sed e verbi circumscriptione pendere casus, quos verbalia assumpsisse videantur. Perpauca enim verbalia sine hoc adiumento casum, qui verbo convenit, receperunt.

Sed neque origo neque sensus huius dicendi generis hoc modo satis explicantur, neque quo differat haec circumscriptio a verbo simplici. Huius enim ope similiter interrogatur Cas. 98: *quid in urbe reptas, vilice haud magni preti?* similiterque respondetur: *lubet;* cf. s. Poen. 1308, Curc. 627. Et potuerunt Romani verbo et particula *cur*[2]) eadem cum indignatione interrogare, v. supra Ter. Ad. 799; circumscribere autem eis etiam aliorum nominum ope licebat, ut Poen. 1322 sq: *quid tibi lubido est, obsecro, Antamonides, loqui inclementer nostro cognato et patri?*, cf. Ad. 686: *quam te non ius fuerat tangere.* Hoc imprimis versu explicationis vice uti possumus. Nam merito Slaughtero (The subst. of Terence p. 26 sq.) interrogari videtur, quod alteri ius fuerit sic agendi. Quae interpretatio optime convenit interrogationibus, ubi *tactio* inest, non tamen Rud. 502, ubi enuntiatio a particula *cur* incipiens magis idonea est, quae etiam alibi eodem iure, quo circumscriptio aliorum nominum verborumque ope facta eiusmodi interrogationis loco substitui possit. Id tamen officium vertentis est, qui haud raro cogitur in vertendis nominibus latinis, imprimis verbalibus, a talibus circumscriptionibus auxilium petere (cf. Naegelsbach Lat. Stilistik[8] p. 225 sqq.). Notiones enim occasionis, rationis, modi, quas nos vertentes latinis verbalibus simul contineri putamus, eorum significatui non meliore iure adicimus, quam quo in imperfecto verbum conandi, quod supplere solemus. Quodsi in interrogationibus, de quibus hic quaestio est, merito notio iuris potestatisve agnoscitur, ne hic quidem res sic se habet, ut verbalibus haec vis fuerit. Fuit autem toti verborum coniunctioni. Quod ostendi potest comparatis aliis enuntiationibus, quae praeterquam quod interrogationis pronomine carent, illis verborum constructione et sensu similes sunt. Qua comparatione etsi non origo huius dictionis nominalis aperitur, cognatio tamen magis quam adhuc patet, quae inter hanc et alias latini vetusti sermonis proprias erat. Cognatas autem eas dictiones puto, quibus haec tria continentur: personae agentis tertius casus aut alter, nomen verbale, verbum substantivum. Quartus saepe accedit genetivus aliusve casus pendens ex nomine verbali; sed ne in interrogationibus quidem, quas modo tractavi, omnibus aderat (cf. *muttitio* Amph. 519, *pultatio* Truc. 259, *interpellatio* Trin. 709). Alia nominalis dictionis genera consulto exclusi, ne multitudine eorum, quae ab hoc usu magis differunt, perturbatio fieret.

---

1) Haase ad Reisigii schol. p. 616, adnot. 511. Ziemer Junggrammat. Streifzüge p. 95. 2) Lorenzi explicatio ad Most. 6.

Digitized by Google

Ex sermone comico hae dictiones similes afferri possunt.[1])

Poen. 445 sq.: *nunc mihi cautio est,*
ne meamet culpa meo amori obiexim moram.

Item Bacch. 597 sq.: *mihi cautiost, ne* e. q. s. Vetustam dictionem etiam Terentius admisit Ad. 421: *ei mihi ne corrumpantur cautiost,* Andr. 400: *puerum autem ne resciscat mi esse ex illa cautiost,* ubi Donatus bene circumscribit: *cautione opus est, hoc est, cavendum est.* Differunt igitur necessitatis notione verbis expressa et neglecta Cist. 531: *amens ne quid faciat, cauto opust* et Pseud. 170: *i puere prae, ne quisquam pertundat cruminam cautiost.*

Dativi locum pronomen possessivum obtinuit Plaut. Persa 586: *indica, fac pretium. — tua mers est, tua indicatiost.* Hic nomen non gerundivo par est, ut Lorenzius ad Most. 6 adnotavit; neque enim indicandum est, sed emptor a venditore callido pretium facere iussus negat, id suum officium esse dicitque venditorem decere pretium indicare. Re autem, de qua agitur, probatur et interrogationem et responsum in mercatu tum saepe audita esse (cf. 575, 588, Aul. 373 sq.).

Bene accidit, ut hic rursus *curatio* nominari possit. Cas. 261: *me sinas curare ancillas, quae mea est curatio.*[2]) Ibi pro genetivo pronominis relativi nominativus ponitur nomini regenti genere et numero se subiungens. Eadem res est Cas. 290 sq.

sed utrum nunc tu caelibem te esse mavis liberum
an maritum servom aetatem degere et gnatos tuos?
optio haec est: utram harum vis condicionem accipe.

Cf. Cas. 190: *nec mihi ius meum optinendi optio est* (de quo significatus abusu cf. Cap. II). Lex Acil. de repet. 86: *de ea re eius ⟨optio est⟩o, utrum velit vel in sua ceivitat⟨e,* cf. Lex Salpens. C I L. II 1963, I 11: *idque ius tutoris optandi habeto.*

Etiam alia exempla ex legibus, quas Brunsius edidit in font. i. R. a., collecta cum his Plautinis plane congruunt; in omnibus statuitur, cuius officium ius potestas aliquid agendi sit.

Personae agentis casus genetivus est in his: *ad praetorem quoius ex hace lege quaestio erit* Lex Acil. C I L. I 198, 78, ibid. 76 et 83; sim. frg. Clus. C I L. I 209, 7: *q⟩uoius h. l. quaestio erit.* Lex Acil. 9: *⟨quei ex h.⟩ l. pequniam petet nomenque detuler⟨it, quoius eorum ex h. l. ante K. Sept. petitio erit;* sim. ibid. 58: *ab eo quod quisque petet, quoius ex hace lege peti⟨tio erit* e. q. s. In mutilata lege, quam servavit Fest. 340: . . . *⟩s iudicatio esto;* cuius magistratus genetivus ante-

1) quas iam Holtzius synt. prisc. lat. p. 13 attulit.

2) Poen. 354 similis verborum structura tradita est: *namque istaec magis meast curatio,* quae in versu restituendo servanda est, sive supples *tua quam* (Leo), sive cum Italis *tuast* ex *meast* mutes comparatione non ad finem perducta, cf. Thuc. I 3, 5: ἀλλὰ καὶ ταύτην τὴν ϲτρατείαν θαλάϲϲῃ ἤδη πλείω χρώμενοι ξυνῆλθον, Plaut. Amph. 669.

Digitized by Google

cesserit, incertum est (v. Mommseni adnot. 2 ad Brunsi f. i. R. p. 266), censoris fortasse aut aedilis (Bruns p. 48 adnot. 2); cf. Mommsen ius publ. II³ 462, adnot. 3. *Venditio locatio aedilis esto* Lex Furf. C I L. I 603, 8 sq.; ibid. 14 sq.: *aedilis multatio esto quanti volet.*[1])

Genetivi locum pronomen possessivum occupavit (cf. *optio, curatio, indicatio*). Lex Ant. de Term. C I L. I 204, II 2: *magistratus pr⟨ove⟩ magistratu, quoia de ea re iuris dictio erit* e. q. s., cf. Edict. perpet. V 3 (p. 206 Bruns): *cuius de ea re iuris dictio fuit,* item frg. XXXV 2; XXVIII (p. 217): *cuius de ea re iuris dictio fuit quae mea est,* item XXXVIII 3.

Genetivus obiectivus pendet ex nomine verbali iam in hoc exemplo et in sequentibus. Lex Vrson. C I L. II 5439, III 1, 27 sq.: *ne quis in hac colon. ius dicito neve cuius in ea colon. iuris dictio esto*[2]) *nisi II vir. aut quem II vir[i] praef. reliquerit aut aedil.* e. q. s. Lex Acil. 6: *quaestio* (sc. de ea re) *eius pr. esto, ioudiciu⟨m⟩ ioudicatio litisque aestumatio, quei quomque ioudicium ex h. l. erunt, eorum h. l. esto.* Lex Acil. 4: *de ea re eius petit⟨i⟩o nominisque delatio esto, pr. quaestio esto, ioudicium ioudicatio leitisque aestumatio, . . . ⟨eorum esto⟩* (cf. ibid. 3). Lex Iul. munic. C I L. I 206, 27 sq.: *quae pars quoique aed. ita h. l. ob venerit, eius aed. ineis loceis, quae inea partei erunt, viarum reficiendarum tuemdarum procuratio esto, utei h. l. oportebit*[3]), cf. ibid. 68 sqq. — Lex agr. C I L. I 200, 63: *ab eo, quoius eius agri locei hominus privati venditio fuit tum* e. q. s. Lex Iul. agr. (Bruns p. 97): *deque ea re curatoris, qui hac lege erit, iuris dictio reciperatorumque datio addictio esto,* cf. Lex agr. C I L. I 200, 33 et 35, sim. frg. Atest. (Bruns p. 103) 11: *quoiusque II vir. eiusve . . . iuris dict⟨i⟩o iudicis arbitri recuperatorum datio addictio⟨ve fuit⟩.*

Personae agentis tertius quoque casus non raro invenitur. Alternandi gratia iam Lex Acil. 41: *quoius ex h. l. ⟨n⟩ominis delatio erit, ei eius rei pe⟨titio esto . . . de⟩que ea re hace lege iudicium litisque aestumatio essto* e. q. s. Sed sine hac causa ponitur ibid. 88: *quoi ex h⟨ace lege provo⟩catio erit esseve oportebit.* Frg. Atest. 17: *quo magis privato Romae revocatio sit.* Lex Quinct. (Bruns p. 117) 42: *eoque nomine iis pignoris capio*[4]) *multae dictio coercitioque esto.* Lex met. Vipasc. C I L. II 5181, 41: *conductori socio actorive eius pignoris captio esto,* cf. ibid. 17, 35, 53; Lex coll. funerat. Lanuv. C I L. XIV 2112, I 33: *neque patrono neque patronae neque d⟨omino⟩ neque dominae neque creditori ex hoc collegio ulla petitio esto;* cui loco propter negationem compares Ter. Hec. 650: *nulla tibi, Pamphile, hic iam consultatiost.*[5])

---

1) pendet enuntiatio relativa, cf. *curatio* supra p. 93.

2) patet hic discrimen inter verbum ipsum et nomen actionis.

3) recens fortasse figura: *eiusque rei procurationem habeat* ibid. 26. cf. *optio, factio.*

4) *captio* recens, *capio* vetus nomen fuerit.

5) cf. Cic. top. 50: *cui testamenti factio nulla esset,* Sen. de benef. III 14, 2: *nulla actio erit, nulla repetitio.*

Digitized by Google

Lex Malac. C I L. II 1964, I 49 sq.: *eisque in ea curia suffragi latio esto.* Lex Vrson. III 2, 35 sq.: *post ei earum rerum, quarum h. l. quaestio erit, actio ne esto.* Semper *vocatio* dativum recepit velut Lex Acil. 77: *militiaeque eis vocatio*[1]) *esto* (item 84, ⟨79⟩ ⟨85⟩); Lex Iul. munic. 93: *aut ei vocat⟨i⟩o rei militaris legibus pl. ve sc. exve foidere erit;* ibid. 103; Lex Vrson. I 3, 24 sqq.: *iis omnibus eo anno . . . militiae vocatio esto;* ibid. I 4, 37 sq.: *iisque pontificibus auguribusque . . . liberisque eorum militiae munerisque publici vocatio sacro sanctius esto, uti pontifici Romano est erit.*

Casus personae agentis non cognoscitur Lex agr. 35: *cos. pr. cens. quei quom⟨que tum erit, de ea re iu⟩ris dictio iudici iudicis recuperatorum datio esto* e. q. s., Lex Spolet. C I L. XI 4766: *eius piacli moltaique dicator⟨ei⟩ exactio est⟨od⟩,* Lex Vrson. III 5, 7: *eique* (aes: *isque*) *II vir aut quem II vir armatis praefecerit idem ius eademque animadversio (anima adversio* aes) *esto.*

Omittitur persona agens, si antecedente enuntiatione relativa contineri potest. Lex Iul. agr. (Bruns p. 97): *eiusque pecuniae qui volet petitio hac lege esto.* Lex Iul. munic. 19: *eiusque pecuniae quei volet petitio esto,* ibid. 97, 107, 125, 140 sq.; cf. frg. Mediol. C I L. I 1502, 3 sq.: *eiusque pecuniae⟩ qui volet acti⟨o esto.* Lex Malac. III 3, III 69, V 43, Lex Vrson. II 2, 22.

Omisso demonstrativo relativum pronomen eius casum quasi eius officium partim administrans usurpavit. Lex Salpens. II 9 sqq.: *eiusque pecuniae deque ea pecunia municipum eius municipi cui volet, cuique per hanc legem licebit, actio petitio persecutio esto.* Lex Vrson. II 2, 7: *eiusque pecuniae cui volet petitio persecutio exactioq. esto;* sim. II 2, 15; II 3, 28; III 1, 17 et 25; 5, 19, quo loco probatur dativum recentiorem esse hac in formula quam nominativum relativi pronominis[2]); nam verba legis Vrson. III 5, 19: *eiusq. pecun. cui volet petitio p. q. esto* cum toto capitulo CIII sumpta sunt a. 710 ex lege Iulia agraria data a. 695 (Bruns adnot. 6, p. 134), in qua sic scriptum est (Bruns p. 97): *eiusque pecuniae qui volet petitio hac lege esto.* Etiam verba *cui volet* genetivum, quem partitivum dicunt, recipiunt Lex Vrson. III 3, 22: *eiusque pecuniae colon. eius colon. cui volet petitio esto,* et saepe verba *cui eorum volet* hac in formula eiusdem legis[3]): *eiusque pecuniae ⟨c⟩ui eorum volet rec. iudicio aput II vir. praef. ve actio petitio persecutio ex h. l. i. potest. que e.* IV 1, 26—28; 2, 36 et 50; 3, 12[4]) et 31.

---

1) *vocatio* per *o;* cf. Lex Iul. munic. 86: *coaptato;* v. Mommseni adnot. C I L. I p. 71.

2) Mommsen ap. Bruns f. i. R. p. 136 adnot. 6.

3) animadvertas ablativum instrumentalem *recuperatorio iudicio,* et locum *aput* e. q. s.

4) *ius potestasque* stulti scribae esse monet Fabricius Herm. XXXV 209: desunt ea verba tab. I—III; etiam aliae formulae quarta in tabula permixtae sunt. sed verba *i. p.* praedicati loco nescio an posita sint, ut eorum ope id reddatur, ad quod reddendum antea nominalis dictio sufficiebat.

Digitized by Google

Tantum IV 1, 46 *cui volet* genetivo omisso legitur. Est igitur novatum ab eo, qui hanc legem incidit.

Verbalem verborum coniunctionem semel adnotavi; cui non verba *ex h. l.* attribuerim, neque magis quae ex praepositione *de* pendent passim, velut Lex Vrson. I 5, 3: *de auspiciis quaeque ad eas res pertinebunt augurum iuris dictio iudicatio esto.* Lex de imp. Vespas. C I L. VI 930, 38: *neve cui de ea re actio neve iudicatio esto neve quis de ea re apud ⟨s⟩e agi sinito.* Nam *de* etiam aliis nominibus recipitur velut Lex Malac. V 8 sq.: *de ea decurionum conscriptorumve iudicium esto.* Videas quae p. 79 de ea re disserui; conferas propter praepositionalem verborum coniunctionem Lex. XII tab. V 7 a (Bruns p. 23) *adgnatum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto.* C I L. XI 10298, 9: *idcirco nihilominus deieratio esto apud magistros* e. q. s. Lex Acil. 75: *quom eis haec lege actio nei esto,* idem mutilatum 82, sim. 56, supplendum C I L. VI 10298, 12, Lex agr. 100: *ab ipsis here⟩dibusque eorum persequtio e⟨sto,* cf. C I L. III 2, p. 924 sqq.: *ab eis aliquem petitionem funeris habiturum.*

Vna autem invenitur formula, ubi nomen verbali syntaxi ornatum est. *Manus* enim genetivus esse videtur Lex Vrson. I 3, 1 sq.: *cui quis ita ma⟩num inicere iussus erit, iudicati iure manus iniectio esto* e. q. s. Manus una inicitur Plaut. Persa 70 sq., Aul. 197, Gai. Inst. IV 24[1]), *manus depellitur* Gai. Inst. IV 21 et 24; singularis iam Lex XII tab. I 2 (Bruns): *manum endo iacito.* Vt Romani *inicere* ita Osci *pru medicatud manim aserum eizazunc egmazum* e. q. s. tab. Bant. 24; rursus Latini alia de re manu liberali asserebant Plaut. Curc. 491, 668, 709, Persa 163, 717, Poen. 905, 964, 1102, Ter. Ad. 194. Singularis igitur in lege Vrsonensi (cf. s.) est, antecedente singulari numero; item C I L. VI 3823: *in ⟨eum H. S . . . . ma⟩nus iniectio pignoris ca⟨pio siet.* Item Lex XII tab. III 2 (Bruns p. 20): *post deinde manus iniectio esto,* cf. Plaut. Truc. 762: *postid ego te manum iniciam quadrupuli.* Singularis ergo etiam accusativus est Lex Lucer. C I L. IX 782: *sei quis arvorsu hac facit ⟨in⟩ ium quis volet, pro ioudicatod n. manum iniect⟨i⟩o estod.*

Hanc figuram, qua non mandatur, sed actio alicui addicitur, legum sermonis propriam fuisse manifesta sunt testimonia. Cicero in libro, quem de legibus scripsit, in ipsis legum exemplis cum temperantia legum sermone usus (de leg. II 18) eam admisit, carentem partim dativo vel genetivo personae agentis; omnia exempla uno loco inveniuntur III 6: *ad quos provocatio esto;* ibid.: *per populum multae poenae certatio esto;* dativus vel genetivus adest ibid.: *militiae ab eo qui imperabit provocatio nec esto.* In eandem dictionem Cicero transiit de magistratuum officiis locutus ad Att. III 17, 1: *quod Appi quaestio est,* ep. I 9, 15: *non enim illae manubiae meae, sed operis*

---

1) sed 21: *manus inicio* scriptum est in cod. Veron., errore scilicet propter *manus iniectionem.*

Digitized by Google

locatio mea fuerat, ad Att. XVI 16 C 12: *consulum quorum et lege et senatus consulto cognitio et iudicium fuit.* Item Livius II 33, 1: *ut plebei sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus consules esset, neve* e. q. s., II 18, 8: *neque enim* (sc. in dictatore) *ut in consulibus, qui pari potestate essent, alterius auxilium, neque provocatio erat* e. q. s., III 6, 9: *circumitio ac cura aedilium plebi erat*, Liv. IV 41, 2: *non militis de imperatore existimationem esse, sed populi Romani fuisse* e. q. s., Liv. XXXIX 19, 5 ab Haasio l. infra l. affertur. Idem transitus in legum sermonem fit Ter. Phorm. 292: *servom hominem causam orare leges non sinunt neque testimoni dictio est;* bene Donatus animadvertit (II 1, 63): *varie; non enim dixit: neque testimonium dicere.*

Talia si quaererentur, in scriptis cum aliorum tum iuris consultorum invenirentur (v. *actio* Thes. l. l. I 442, 64, praeterea sparsim 441 et 443)[1]; tria exempla ex digestis et Vlpiano attulit Haasius in schol. de l. l. habitis II (ed. 1880 a Petero) p. 99 *(actio, factio, repetitio);* plura colligere nolui, quia vix quicquam novi eis doceremur, quod non eis, quae ex vetustis legibus huc congessi, notum esset. Inutile igitur est novam eorum molem effundere, nisi simul comparantur locutiones cum his certantes velut *actionem habere* (Thes. l. l. I 442, 70); cf. Varro de l. l. VI 82: *qui habent spectionem qui non habeant*, Cic. Phil. II 81: *nos enim nuntiationem solum habemus, consules et reliqui magistratus etiam spectionem* (cf. Fest. p. 333, 9), Cic. ep. VII 21: *qui factionem testamenti non habuerit;* praeterea circumscriptionem nominis, quod est *ius*, ope factam velut Lex Quinct. (Bruns p. 116) 23: *tum ei praetori eo nomine cogendi coercendi multae dicendae sive pignoris capiendi ius potestasque esto*, cf. Lex Vrson. I 5, 8, Varro de l. l. VI 13: *quibus ius ibi parentare* (cf. VI 25, Lex Vrson. I 3, 14; I 4, 29; I 5, 8—10; III 4, 7), Gai. I 2: *qui ius edicendi habent.* Etiam Graecorum eundem verbalium usum conferre operae pretium fuerit, velut Demosth. πρ. Μακ. 16: καθ' ὃν (sc. νόμον) ἡ πρόσκλησίς ἐστι παρὰ τοῦ ἔχοντος τὸν κλῆρον, ibid. in lege: τὴν δ' ἀμφισβήτησιν εἶναι τῷ ἔχοντι (cf. Isae. IX 2); pendent παρά et dativus ex nominibus, nam dicitur προσκαλεῖσθαι παρά ibid. 7, ἀμφισβητεῖν τινι e. g. ibid. 6; Dittenb. Syll.² 510, 3: τοῦ δὲ χρέους μὴ εἶναι ἀντιτίμησιν. Num apud Graecos quoque hoc dicendi genus legum sermonis proprium fuerit et quomodo cum aliis eorum locutionibus cognatum sit, in quibus verbi locum nomen actionis et verbum substantivum usurpaverunt (cf. Diels, Rel. acad. bor. 1901, p. 188 sqq.), hic quaeri non potest. Apud Romanos certo res sic se habet, ut ei ipsi hanc legum propriam esse dictionem usu testati sint. Quod iam Haasius l. l. cognovit; eundem non fugit, qua cognatione cum hac locutione interrogationes illae (v. s. p. 92 sqq.) coniunctae sint, propter

1) sed animadvertendum est in nonnullis verbalibus hanc locutionem non excultam esse, velut in adrogatione.

Digitized by Google

quas ego quoque eam tam copiose tracto. Qua cognatione perspecta Haasius in illas interrogationes traductam esse dictionem nominalem ex legum formulis contendit, iniuria ut opinor. Nam per se non veri simile est, si modo Romanis sic dicere licebat, eis in legibus magis licuisse quam in sermone cottidiano; quod re vera in eo quoque licuisse testatur Varro Sat. Men. 143: *quod eo die mea erat praebitio, in ianuam 'cave canem' inscribi iubeo* apud Non. 153, 1: *praebitio a praebendo, id est exhibendo* cenam scilicet, vel epulas, quas praebere per ordinem singulorum erat officium. Praeterea si singulas partes, ex quibus haec locutio composita est, spectas, non dubitabis, quin in sermone cottidiano non difficilius oriri potuerit quam in iudiciali. Notionem enim iuris vel officii, quam in iuris consultorum sermone nonnullis nominibus ipsis velut actioni adhaerere videri non ignoro, hae dictiones genetivi noto usui debent; nam a tali exemplo quale est Lex Furf. C I L. I 603, 16: *pelleis coria fanei sunto*[1]), illae eo tantum differunt, quod enuntiationis subiectum verbale est. Verbalis ope autem eo facilius circumscriptio verbi facta est, quo propius a mero actionis sensu aberat; circumscriptiones igitur meliore iure appellantur interrogationes illae quam cetera exempla. Dativus autem personae agentis si pro genetivo ponebatur, effecit creberrimam illam locutionem: *est mihi aliquid;* in interrogationibus semper eligebatur, fortasse quia locutiones medium inter nominalem et verbalem dictionem tenentes omnino eum praeferebant, qui ad utrius syntaxin pertineret incertum erat, ut supra nomina agentis assumpto verbo substantivo eum praetulisse ostendi, ut praeterea in gerundivo praeferebatur praepositioni quae est *a*. Idem igitur dicendi genus in sermone legum, cui maxime idoneum erat, excolebatur crebroque usitabatur, quod in sermone cottidiano saepius, quam nobis notum est, adhibebatur; nam hic etiam in interrogationis formam redactum est. Negatione instructum hic et illic invenitur (cf. s. p. 98); eo quoque probatur illas interrogationes originem non ex sermone legum duxisse, sed eandem locutionem ex eadem quasi radice, Latinorum vel Italorum sermone, et in legibus et in sermone cottidiano provenisse.

Nomina quartae declinationis in hoc dicendi genere vetustis quidem temporibus multo rariora sunt, fortasse quia in re iudiciali nomina actionis plerumque in *tio* exeunt. Lex C I L. I 1291 *itus actusque est in hoc delubrum Feroniai*[2]), cf. Lex Vrson. II 3, 1: *ad eos rivos fontes lacus aquasque stagna paludes itus actus aquae haustus iis item*

1) cf. Plaut. Persa 343: *meum, opino[r], imperiumst in te, non in me tibi.*

2) quasi non sufficeret verbum substantivum, eius loco patendi verbum substituerunt, Front. aq. 125 S. C. C I L. VI 12133, 15, X 444, 27. *aditus est* et *patet* utrumque inde a Cicerone dicebatur, *aditus est* in praediorum iure non crebro, velut Cic. Att. XII, 44, 2, cf. Verr. IV 99; V 30, Vlp. dig. 7, 6, 1, 2, Pap. dig. 42, 5, 12, Scaev. dig. 8, 2, 41 pr. in lapidibus formula *itus aditus ambitus funeri faciendi sit* (Pomp. dig. 47, 12, 5) corrumpitur.

Digitized by Google

esto, qui cum agrum habebunt, possidebunt, uti iis fuit e. q. s. Plautina haec huc pertinent: Asin. 766 *tuos arbitratus sit, comburas si velis*, verba pactionis inter adulescentem amatorem et lenam factae; eisdem verbis legi convenientibus abutitur leno Rud. 1355: *meus arbitratust, lingua quod iuret mea.* Alibi eadem non leguntur neque alibi *arbitratus* nominativus ponitur. Praeterea *commeatus* et *prospectus* item cum verbo substantivo a Plauto coniunguntur (v. supra p. 73). Tali ex formula, quae iam ante Plautina tempora viguerat, locutio *usus est* prodiit (cf. supra p. 89); etiam haec in interrogatione illis, quas attuli, simili simul cum responso illas interdum sequente posita est Bacch. 749: *obsecro quid istis ad istunc usust conscriptis modum?* 751: *quia mi ita lubet.* In eodem nomine ostendi potest ab initio licuisse nomina et quartae et tertiae declinationis eodem modo usurpare; nam eadem formula, unde latina locutio *mihi usus est* prodiit, apud Oscos haec erat Cipp. Abell. 40: *ínim íúk tríbarakkiuf, pam núvlanús tríbarakattuset, ínim úíttiúf, núvlanúm estud;* idem cum genetivo *abellanúm* 44. Quamquam non plane idem nomen est atque Romanorum *usio*, quia t + t iam ante Oscorum tempora in s abiit[1]); suffixo igitur, quod est *io,* a verbi stirpe deductum est, et inter Oscorum et Romanorum formas eadem ratio est, quae inter Romanorum *capio* et *captio,* v. supra p. 98, adnot. 4.

Redeo ab explicata hac dictione ad nomina verborum casu instructa. Restant enim pauca exempla nominum alius figurae, quae partim naturae eorum verbali, partim audaciae scriptorum aut coniunctioni cum verbo substantivo verbalem debent syntaxin.

Rursus nomen ex utendo derivatum referendum est. Epid. 634: *satin ego oculis utilitatem optineo sincere an parum?* Quod latine dictum esse immerito Vssingius negat; ablativus ex verbis quae sunt *utilitatem optineo* pendet ut Pseud. 135 a simili circumscriptione (v. p. 86), ut Epid. 5 a simplici verbo: *satis recte oculis uteris.*

Dativus pendet ex *servitus* Amph. 166: *opulento homini hoc servitus dura est*[2]) (Holtzius synt. I p. 14); 'servitus' dicitur ita ut in locutione *servitutem servire* Capt. 391: *et servitutem servire huic homini optumo;* cf. Trin. 302, 304, Rud. 747, Persa 7 [Aul. 592]; sine dativo Capt. 334, 544, Curc. 40, Mil. 95, 482, 745, Persa 34 a; *servitutem colere* Poen. 829. Verbalis igitur loco etiam Amph. 166 posita est et Capt. 272: *quamquam non multum fuit molesta servitus,* Andr. 35 sq.: *a parvolo ut semper tibi apud me iusta et clemens fuerit*

---

1) quamquam exemplorum, quae R. v. Planta attulit, dubitatione caret tantum Fερcοpει (Inscr. 4, Pl.); ceterorum origo ne ei quidem satis certa est; *úíniveresím* 134 legi negat II 633. — duplici littera t per se non poscitur *utitio (Osthoff Hist. perf. 557), quia haec geminatio ante vocalem i saepe legitur, v. Planta I 538 sq.

2) cf. Pseud. 767: *cui servitutem di danunt lenoniam puero* i. e. quae lenoni servitur.

Digitized by Google

servitus et tali verbalium usui conferendum est, qualis est Poen. 1096: *acerba amatiost,* Rud. 1204: *nimis paene inepta atque odiosa eius amatiost.*

Obiectum agnoscere dubitavit Holtzius (Synt. prisc. script. Lat. I p. 15) Ter. Ad. 617: *id anus mi indicium fecit.* Idem legitur pendente praeterea enuntiatione interrogativa Ter. Hec. 546: *id nunc res indicium haec fecit, quo pacto factum volueris;* de accusativo obiecti dubitare non licet Caecil. com. 144: *ita me uxor forma et factis facit, si taceam, tamen indicium. Indicium facere* autem paene ad unum verbum, quod ad notionem attinet, coaluit. Nam *indicium* a Plauto tantum cum faciendi verbo adhibetur; *indicio esse* similis coniunctio est; *indicium facere* absolute vel cum dativo dicitur[1]) a Plauto Aul. 671, Capt. 1014, Mil. 306, Most. 745, Rud. 959, utraque locutio praepositionem *de* recipit, Aul. 188: *anus hercle huic indicium fecit de auro,* Ter. Ad. 4: *indicio de se ipse erit, vos eritis iudices.* Enuntiatio pendet Rud. 428: *sapienti ornatus quid velim indicium facit;* cf. ibid. 429, fort. Cist. 678, Heaut. 384: *nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.* Etiam *indicio esse* quartum casum recipit Lex agr. CIL. I 200, 90: *quei eam rem* ⟨*ita*⟩ *indicio fuerit.*[2]) Nam ne cum Schneidero (Dial. Lat. prisc. et Fal. exempl. sel. p. 59) suppleveris ⟨*ita esse*⟩, Mommsenus negavit (CIL. I p. 106 ad v. XC) spatium partes distinens admittere nisi duas tresve litteras. Genetivum Lucretius adiunxit IV 1019: *indicioque sui facti persaepe fuere.*

In hoc exemplo id observatur, quod in plerisque antecedentibus observari poterat, nomen non per se eadem vi esse, qua verbum est, sed coniunctum cum verbis *esse* vel *facere* vel aliis circumscriptionem quandam eius verbi efficientibus, a quo ortum est. Accedit, quod etiam horum exemplorum plurima in vetusto dictionis genere servata sunt. Quamvis igitur angustis finibus hic verbalium usus circumscriberetur, ne postea quidem plane desiit (cf. Cap. III). Itaque causa raritudinis forsitan non tam verbalium debilis vis fuerit quam coniunctio nominum ipsa, loquentium sermoni, qui in fabulis apparet, minus apta, quam scribentium stilo.

---

1) *indicio esse:* CIL. I 1012, 7: *monumentum indiciost.*

2) cf. Plin. n. h. XV 87: *et has e Perside regibus translatas indicio sunt Graeca nomina.*

Digitized by Google

CAPVT ALTERVM.

Verbalia facta a Plauto et Terentio.

Inter verbalia quae in *tor trix tio tus tura* exeuntia priscis Romanorum litteris servantur, haud pauca semel aut raro leguntur, nonnulla ultimis Romanorum demum temporibus sic iterum usurpantur, ut inter vetustum illum et recentem hunc usum conexus non agnosci possit. Quae tamen inter rara vocabula referre non satis est; nam raritudinis causa inveniri potest. Sunt enim nomina usu omnino non recepta, sed suo quodque loco nata. Haec eorum origo sermonis contextu probatur. Itaque ex Plautinis et Terentianis comoediis huiusmodi exempla nunc conquiram. Quibus imprimis apparet has verbalium classes magna fuisse fertilitate et facilitate procreandi nova ex uno quoque verbo.

Exordiar a **nominibus agentis**; Plaut. Stich. 385: *malivoli perquisitores auctionum perierint.* Quid sibi vellent *perquisitores auctionum*, vix quisquam ex hoc versu sciverit; sed eosdem devovit parasitus, quorum antea depinxit mores 201 sq.:

si quando quem auctionem facturum sciunt,
adeunt perquirunt, quid sit causae ilico.

Haec ad versum antecedentem delegatio a Plauto, non ab interprete nimis subtili facta est; nam totius scaenae acumen in eo positum est, ut parasitus consilia, quae absente rege cepit, eodem redeunte mutet. Contraria igitur sunt 221: *ridiculos logos vendo* et 383: *non vendo logos*, 218 (cf. 172, 195 sqq.) et 384, 232 sq. et 386; cf. etiam 217 et 382, 159 et 387. Eadem in scaena post 388 iterum mentem mutavit parasitorum adventu nuntiato; nunc contraria sunt 389 et 375, 393 et 383, 395 et 386, 394: *ilicet, iam meo malost, quod malevolentes gaudeant* et 385, de quo versu agitur; idem spectat etiam ad 198: *sed curiosi sunt hic complures mali* et ad 208: *nam curiosus nemo est quin sit malevolus.* Placebat Ammiano XIV 5, 7: *perquisitor malivolus.*

Aliorum origo non tam longa via repetenda est. Most. 843 sqq.:

eho istum, puere, circumduce hasce aedis et conclavia.
nam egomet ductarem, nisi mi esset apud forum negotium. —
Th. *apage istum a me perductorem, nil moror ductarier.*
quidquid est, errabo potius quam perductet quispiam. —
Si: *aedis dico. Th.: ergo intro eo igitur sine perductore. Si: ilicet.*

Digitized by Google

Luditur igitur ambiguo sensu circumducendi, ductandi, perductoris, perductandi. *Perductor* hic ortus est[1]), eius gratia a ductando perductandi verbum alibi non lectum.[2])

Pseud. 427—429:

homines qui gestant quique auscultant crimina,
si meo arbitratu liceat, omnes pendeant,
gestores linguis, auditores auribus.

Eidem qui 427 enuntiationibus relativis, 429 dicuntur nominibus agentis; ablativi *linguis* et *auribus* ad *pendeant* referendi sunt, non ad nomina verbalia, ut Holtzius voluit (Synt. I 15); Lorenzius ambiguam dictionem esse putat (ad h. l.); quod formis et grammatica ratione admittitur, vix sensu. Quod a gerendo et audiendo nomina facta sunt, antecedentibus gestandi et auscultandi verbis inconcinnitas est, cuius plura exempla invenientur, velut supra Most. 843 sqq. quadriplex varietas est. Causa hic fuerit divisio et ordo versus 429, cui conferri possit Asin. 129: *bene merenti mala es, male merenti bona es,* Curc. 178: *sibi sua habeant regna reges, sibi divitias divites,* Bacch. 827: *quanto in periclo et quanta in pernicie siet,* Persa 304: *ubi se adiuvat, ibi me adiuvat.*

Nomen derivatum ipsum causa derivationis est Men. 274: *bonum anteponam prandium pransoribus.*

Ex verbo synonymo dandi petitur *facere* ad complendam notionem, et ex hoc nomen formatur eiusdem figurae atque antecedens Curc. 296 sq.:

tum isti qui ludunt datatim servi scurrarum in via,
et datores et factores omnis subdam sub solum.

Cui nulla cognatio significationis cum Catonis factoribus est; omnino hi *factores* non sui iuris sunt neque hoc ex verborum contextu evelli possunt (Leo Anal. Plaut. II 37). Item adnominatione gignitur *fugitor, bellatori* oppositus Trin. 723: *credo ad summos bellatores acrem fugitorem fore.* Incipit comparatio; quae παρὰ προcδοκίαν exit (Brix ad h. l.).

Asin.[3]) 856 sqq.:

at scelesta ego praeter alios meum virum frugi rata,
siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxume. —
at nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortalem preti,
madidum, nihili, incontinentem atque osorem uxoris suae.

---

1) nescio an iterum Cicero ab alio sensu perducendi formaverit Verr. I, 33: *lenonum aleatorum perductorum,* quem locum imitatur Lact. inst. VI 17, 19: *perductores aleatores lenonesque.*

2) 846 et 845 sic mutatus: *vin qui perductet? — apage istum perductorem, non placet* a retractatore post 816 positi sunt, ut compendi faceret versus 817—847.

3) quid de *frugi* et 856 et 857 posito iudicandum sit, plane nescio;

Digitized by Google

Opponuntur 856 et 858; singulis versus 857 adiectivis contrarium succedit 859: participio quod est *amantem* e. q. s. opponitur nomen verbale *osorem* e. q. s.; odisse enim participio caret; participium autem *amantem,* quamquam adverbium *maxume* recepit, assumpto genetivo *uxoris* syntaxin nominis adeptum est. Idem nomen participii loco positum est Poen. 74: *cupienti liberorum, osori mulierum* (cf. s. p. 84). Nescio an ex Pauli (p. 196, 5 M) glossa et Isidori veriloquio (Orig. X 197), et ceteris recentis temporis locis, qui afferuntur, crebriorem vocem fuisse suspicari licet.

Similiter adiectivum oppositum causam fingendi novi nominis verbalis dedit Bacch. 395: *malefactorem amitti satius quam relinqui beneficum;* alibi *maleficus* nominis vice ponebatur Trin. 551.

Rationi, quae inter rogandum et respondendum est, originem debet *responsor* Rud. 226: *neque quem rogitem responsorem quemquam interea convenio* i. e. qui mihi respondeat.

Chorago enumeranti, qui homines quibus fori locis conveniri soleant, nominibus opus erat; itaque Curc. 474: *symbolarum collatores apud forum piscarium* esse dicit, eandem rem paene duplici modo reddens; nam ut eos, qui symbolas dant, significaret, graecum verbum, quod in symbolarum nomine erat, latine vertit et inde nomen agentis formavit.[1])

Bacch. 826: *cum illum rescisces criminatorem meum* e. q. s. Servus erum dicit, de quo idem antea 783: *men criminatust?* Pronomen possessivum non alio modo additur quam si diceretur *mea nutrix* Aul. 691 (item Poen. 1265, Ter. Eun. 913, *tonstricem Suram ... nostram* Truc. 405, cf. 772, 856), *calator meus est* Pseud. 1009; *amatori suo* Pseud. 41 (cf. 210: *quoius amatores),* Mil. 239, 245, 384, 440, Epid. 214, Truc. 46. In his pronomen re vera possessivum est; sed in aliis, quorum vis verbalis minus evanuit, pronomen eorum variorum additamentorum loco positum videtur, quae verbo flagitantur, quae genetivo reddi posse iam commemoravi (v. supra p. 79).[2]) Truc. 616: *adventores meos,* quasi qui ad me adveniunt. Cas. 299: *ibi ego te et suffragatores tuos ulciscar,* qui tibi suffragantur. Trin. 866: *ille conductor meus,* qui me conduxit. Cas. 24: *flagitatorem suom.*

---

nam 857 aptum est propter contrarium 859: *nihili,* neque minus aptum 856 et propter contrarium 858: *minimi preti,* et propter versum paene iteratum 861: *ego quoque hercle illum antehac hominem semper sum frugi ratus.*

1) eadem in enumeratione sequuntur 476: *in medio propter canalem, ibi ostentatores meri.* de quibus incertum est, quam rem ostentaverint et num inter Plauti inventa habendi sint: haec dubitatio in nonnullis aliis est e. g. Amph. 287: *ubi sunt isti scortatores, qui soli inviti cubant, haec nox scita est exercendo scorto conducto male;* cf. Hor. sat. II 5, 75: *scortator erit;* fieri potest, ut et hoc nomen et alia, quae raro leguntur velut *palpator, amatio,* in sermone palliatarum crebriora fuerint quam nunc videatur.

2) utrum igitur genetivi obiectivi an subiectivi loco pronomen possessivum positum sit, vix disceptari potest neque opus est.

Digitized by Google

Ter. Hec. 856: *servatrix mea.* Imprimis nova ad hanc interpretationem adducunt; praeter *criminatorem* sunt Amph. 693: *te ut deludam contra, lusorem meum;* ubi *lusor* ex deludendo neglecta concinnitate ut in gestore et auditore p. 106 natus est. — *Meus* ad tria nomina pertinet, quorum ultimum novum est, Ter. Heaut. 875: *sed hic adiutor meus et monitor et praemonstrator Chremes* i. e. qui me adiuvat, monet, mihi praemonstrat (velut Plaut. Trin. 342). Amicam, a qua se contemni credit, adulescens inde appellat Bacch. 530 sq.: *nunc ego illam me velim convenire, postquam inanis sum, contemptricem meam.*

Quorum nonnulla cognominibus similia sunt, quae ex facto dari grammatici veteres docebant (cf. Cap. III); talia certo sunt, quae Amori induntur Trin. 240 sq.:

despoliator,
latebricolarum hominum corruptor,
[blandus] inops celatum indagator,

in quibus verbis *despoliator* et *indagator* se applicaverunt nova noto iam vocabulo corruptoris (cf. s. *praemonstrator*); *celatum* genetivus pluralis numeri est; nominum igitur auctoritatem haec tria omnia habent post multa antecedentia adiectiva. Dantur autem cognomina Amori ex eis factis, quae loquenti imprimis curae sunt; quae nomina non exstabant, finguntur; 238 sqq. eiusdem facta per verba narrat.

Etiam in sermone hominum accidit, ut alter alterum alloquatur nominibus ex factis laudabilibus vel vituperabilibus. Quam ob rem, qui alias nulla nisi sueta vocabula ex memoria produnt, ad fingenda nova adducuntur, ira vel benevolentia impulsi. Amph. 722: *ob istuc omen, ominator, capies quod te condecet;* sic devovens Alcumena servi vaticinium reicit, neque in allocutione eius nomine utitur, sed ex voce *omen* verbum petit, ex quo allocutionem ei aptam formet.

Menaechmus medicum se percontando (cf. Men. 922: *mane modo, etiam percontabor alia)* obtundentem detestatur 930: *qui te Iuppiter dique omnes, percontator, perduint.*

Defendit Paegnium ancillam nimis blandam Persa 227: *ne me attrecta, subigitatrix,* ubi adiumento est fictioni, quod de eadem re *attrectare* et *subigitare* dicitur.

Inter multa, quibus leno vexat Toxilum, convicia, duo sunt verbalia Persa 419: *scortorum liberator,* 420: *compedium tritor.* Illud ex re sumptum est, de qua agitur, v. 425: *leno te argentum poscit, solida servitus, pro liberanda amica,* hoc ex nota servorum castigatione, propter quam alibi nominantur *ferriteri mastigiae* Trin. 1021, *plagipatidae ferritribaces viri* Most. 356; contulit Vssingius ad Capt. 882 (i. 888) praeterea Aul. 602, Most. 743. Sed vereor ne id nomen inter comici sermonis propria numerandum sit; nam rursus legitur Persa 795: *quid ais, crux, stimulorum tritor.*

Militem ancilla blanditura appellat Mil. 1055: *exprome benignum*

Digitized by Google

ex te ingenium, urbicape, occisor regum; quod spectat ad facta, ut ipsa paulo ante, quasi gnara sit grammaticorum de epithetis doctrinae, eum dicit 1042: *hominem tam pulchrum et praeclarum virtute et fama ⟨et⟩ factis;* ad formam spectat *pulcher* 1037, quod adiectivum miles ipse suum *cognomentum* esse contendit 1038.

Truc. 954: *ubi est quod tu das? solve zonam, provocator? quid times?* Deridet alter amator alterum antea ad pecuniam meretrici promendam provocantem (951), nunc a se celeritate superatum.

A suppositione pueri, quam cum eo communicavit meretrix Truc. II 4, adulescens exclusus eam quamvis absentem alloquitur Truc. 762 sq.: *venefica, suppostrix puerum. Puerum* genetivus pluralis est, cf. supra p. 84.

Laris prologo spectatores iam ita certiores facti sunt, ut intellegant vociferationem avari anum domo expellentis Aul. 40 sq.: *exi, inquam, age exi . . . circumspectatrix cum oculis emissiciis.* Circumspectare ei non difficile fuerit, *quae in occipitio quoque habet oculos pessima* (64). Sed circumspectant explorantes Ter. Eun. 602, Trin. 863 *(se).* Apul. apol. 76 imitatoris fuerit, ut locum non verbum alio modo in suum usum arcessivit Tertullianus (Vssing ad h. l.) pall. 3.

Restant haec Terentiana, Eun. 1034 sq.:

o Parmeno mi, o mearum voluptatum omnium
inventor inceptor perfector, scis me in quibus sim gaudiis?

Ad inventoris usitatum vocabulum adiciuntur duo nova; cf. supra p. 108; priora ex eadem littera incipientia artius continentur, cf. hac de re Capt. 661: *sator sartorque scelerum, et messor maxume*, ubi tertium non ἀσυνδέτως dicitur. *Perfectorem* Cicero denuo finxit de orat. I 257: *ac stilus ille tuus, quem tu vere dixisti perfectorem dicendi esse ac magistrum.*

Phorm. 374: *bonorum extortor, legum contortor.* Donatus recte adnotavit (II 3, 27): *ingeniose de ipso negotio sunt inventa convicia.* Eandem novorum nominum inventionem idem in animo habet altero loco, etiam de verbo saepe nominibus verbalibus excepto recte iudicans. Nam ad Ter. Ad. 741 sq.:

illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. —
corrector! nempe tua arte e. q. s.

Donatus ascripsit (IV 7, 24): *quia dixit 'arte ut corrigas'. sed moris est iratis ab ultimo verbo contra dicentis incipere.* Hoc quoque nomen ex verbo quasi prodiisse concedi potest, quamquam *corrector* postea non rarum vocabulum est. Sed fortasse id inter usitata vocabula est, quae saepe ad eandem rem sufficiebant et loquentibus et poetis, velut *nugator* Mil. 1077, Trin. 972, *monitor* Ter. Phorm. 234, quo loco rursus Donatus de nomine vituperandi vel laudandi gratia indito adnotavit.

Digitized by Google

Iam p. 82 et 84 commemoravi Mil. 642 sq.:

vel cavillator facetus vel conviva commodus
item ero, neque ego oblocutor sum alteri in convivio.

Quia antecedentis enuntiationis praedicata per nomina facta sunt, etiam pro obloquendi verbi forma nominalis dictio praefertur (v. Leo, Anal. Plaut. II 6); accedit haec causa, quod cavillatoris est inauditis verbis delectare; talis enim cavillationis exemplum praebet miles, ut urbanitatem prae se ferat Truc. 682 sqq.:

heus tu. iam postquam in urbem crebro commeo,
dicax sum factus. iam sum caullator probus,

ubi caullatoris nomen ad ambiguitatem detorquet, cf. 685 sq: *cavillationes — cavillibus,* 688 sqq.: *rabonem — arrhabonem,* 691: *conia — ciconia.* Eodem igitur consilio senex quoque ille elegans sermonem novis nominibus ornat; rursus pro verbali insuetam dictionem nominalem substituit Mil. 647: *minime sputator, screator sum, itidem minime mucidus.* Pergit in virtutibus suis enumerandis per verba 651: *plus dabo* e. q. s.

Ad efficiendam hanc circumscriptionem, quae verborum obloquendi sputandi screandi hic facta est, facile nomen verbale se obtulit. Eius circumscriptionis gratia facta sunt feminina *moderatrix* (cf. supra p. 82 sqq.), *assentatrix* (v. p. 114), et praeter masculina iam allata *acceptor* Trin. 204: *qui illorum verbis falsis acceptor fui.* Quod pro simplici verbo dicitur ut in Act. l. saec. Aug. C I L. VI 32 323, 97: *et uti huius . . .⟩ sacrifici acceptricis sitis VIIII agnarum* e. q. s., Act. l. saec. Sev. CIL. VI 32 328, 3, 74: *acceptor sis bo⟨.* Pseud. 807: *hoc ego fui hodie solus obsessor fori;* is obsidendi significatus est qui Ter. Ad. 717 sq.: *nunc vero domi certum obsidere est, donec redierit.*

Terentius quoque in prologo ausus est hac circumscriptione uti novi nominis auxilio, quod oratoris nomine ei quasi eliciebatur (cf. Leo Anal. Plaut. II 25) Hec. 9 sq.:

orator ad vos venio ornatu prologi;
sinite exorator sim.

Donatus explicavit: *orator est dum rogat, exorator cum impetraverit;* ambiguum autem sensum *orator* habet et dicendi et petendi. *Exorator sim* admonet de dictione, quae est *sine te exorem* Ad. 936; *sine ⟨me⟩ hoc exorare abs te* Bacch. 1170; *sine, mea pietas, te exorem* Bacch. 1176; cf. de eadem ratione orandi et exorandi Cas. 697, 705.

Huius circumscriptionis speciem praebet Pseud. 979: *ut vestitu's, es perfossor (perforor P) parietum.* Nam *perfossor parietum* graecus τοιχωρύχος est, ut explicatur C G L. II 456, 52 τοιχωρύχος *perfossor*[1]), cf. Asin. 563: *ubi parietes perfoderis, in furto ubi sis prehensus* et quae Lorenzius attulit ad Pseud. 979.

1) Apul. apol. 32 *qui vectem* (quaesierit scil.), *perfossor* (erit).

Digitized by Google

Versionis igitur gratia (cf. Leo Quaest. Plaut. p. 93) nomen factum est. Non satis perlucida alia est Plaut. Trin. 862: *ni illic homost aut dormitator aut sector zonarius*; βαλαντιοτόμον et ἡμερόκοιτον his duabus vocibus versos esse viderunt interpretes, quarum *sector* propter insuetum attributum etiam Romanis iocum praebuit, speciem artificis gerens; sed *dormitator* non intellegi poterat. Id Plautum non fugit; postea enim hoc quoque nomen suo more explicavit 983: *properas an non properas ire actutum ab his regionibus? dormitator* e. q. s.; sic reicit senex convicium sycophantae 981: *dormitas, senex.* Hic igitur, ubi ex verbo nomen deducitur, huic idem sensus est, qui verbo; qui tamen illo loco non aptus est.

Restant ea nomina, quae secundum recentiorem usum ficta sunt, quo eadem syllaba *tor* etiam nominum stirpes induebantur. Nam imprimis multis artificum nominibus loquentes ad eam opinionem pellecti sunt huic suffixo esse vim significandi eos, qui aliqua re, officio, munere fungerentur. Is suffixi abusus antiquior est litteris Romanis; quod nominibus ipsis evincitur, quae huius figurae in Plautinis fabulis inveniuntur.[1]) Velut *balneator* eo tempore fictum esse veri simile est, quo balnearum *nomen ut graecum introiit in urbem* (Varro de l. l. IX 68). Vigebat autem eiusmodi nominum fictio Plautinis temporibus et sequentibus. Duae autem classes sunt; quarum in altera praemittitur syllabae, quae est *tor, i* vocalis, mutilato stirpis exitu; sic deducitur ab *hol-er-e holitor,* ab *ian-u-a* aut ab *ian-o ian-i-tor,* a *port-u port-i-tor,* cf. *ficitor, olivitor, vinitor; imporcitor a porca* Paul. p. 108 M; *balnitor* C G L. III 217, 3 ad eandem figuram mutatus est, ad quam *librator* funditoris exemplo perductus Tac. Ann. II 20: *funditores libritoresque* (ibid. XIII 39).[2]) In altera classe *a* vocalis syllabae finienti praecedit, velut *balne-a-tor ale-a-tor, gral-a-tor, praestigi-a-tor.* Huius classis sunt, quae Plautus nova finxit. A clava sic *clavator* dicitur; Paul. 62, 8 M: *is quoque, qui huius modi telo utitur, clavator appellatur.* Nescio utrum Herculem in animo habuerit clava usum (v. ibid.), an quemquam alium clavatorem; nam nobis is solus servatus est locus, ubi paene ante oculos vel aures nomen derivatur; Rud. 798 sq. enim imperatur:

i dum Turbalio, curriculo, adfert⟨o domo⟩
duas clavas. — clavas? — sed probas. propera cito.

---

1) quae enumerat Stolzius, Grammat. ling. lat. hist. I 550, Rassowi indicem secutus; omisit *gralatorem* Poen. 530, erravit de *opsonatore* et de *quadruplatore;* quadrupulandi verbum exstat Persa 62, obsonandi compluries; rem breviter explicavit Paucker Vorarb. z. lat. Sprachgesch. p. 28 sq.; iam antea in Meletem. lexist. alter. p. 67, adnot. 16 exempla enumeravit; omnia desinunt aut in *itor* aut in *ator.*

2) possint etiam *advorsitores* Stich. 443 ab *advorsum* deduci, ut *circitores* a *circa* deduxit Stowasser Stud. Vindob. XXII p. 125; sed verba, a quibus probabilius deducuntur, exstant.

Digitized by Google

Servum redeuntum aspiciens senex exclamat 805:

ehem, optime edepol eccum clavator advenit.

Est igitur, qui duas clavas attulit, quarum *alteram clavam* v. 807 alteri servo senex dat, paulo post 816 imperans: *extemplo amplectitote crura fustibus.*

Eodem modo a virgis, quibus caedunt, dicuntur *virgatores* Asin. 864 sq.:

ubi saepe causam dixeris pendens adversus octo
astutos, audacis viros, valentis virgatores.

Qui versus explicantur a conservo convicium reiciente:

574 sq.: *ubi saepe ad languorem tua duritia dederis octo*
validos lictores, ulmeis adfectos lentis virgis.

Quamquam propter numerum (v. Mommseni Ius publ. I³ 374 adnot. 6) magis de graeco magistratu cogitandum est, ut in praetore et dictatore, ubicumque in Plauti fabulis leguntur, tamen lictoris officium et appellatio ad novi muneris inventionem impulit.

Haec a nominibus primae declinationis oriuntur, a *clava* et *virga;* a nomine alterius declinationis, ut *gladiator* a *gladio, caduceator* a *caduceo*, unum novavit Plautus Pseud. 162: *tu esto lectisterniator.* Sequuntur imperativi: *tu argentum eluito, idem exstruito.* Circumscriptio tamen verbi non est, sed quasi magistratus novus appellatur; nam edictionem (143) habet leno; appellatio a lectisternio derivata est, quasi id non rei divinae vocabulum esset, sed etiam de lectis in lenonis aedibus sternendis dici possit ut Stich. 357: ⟨*vos*⟩ *lectos sternite*, Men. 353: *sternite lectos.*

Mulierum nomina in trix exeuntia duabus viis gignuntur, et motione, intercedente masculina forma, et derivatione ex verbo ipso. Vtriusque classis feminina formavit Plautus. Dictatoris appellationem ad significandum summum quendam magistratum Pseud. 416, Trin. 695 adhibuit, eandem dignitatem ei, qui convivium regit, indidit, quem alibi strategum dicit (Stich. 702), Horatius *arbitrum* Carm. II 7, 25. (Vssing ad Stich. v. l.); sed quia mulier meretrix convivium regere iubetur, feminino suffixo eam alloquenti opus est, itaque Persa 770: *tu hic eris dictatrix nobis.* Item movendo ex usitata viri appellatione feminina forma derivatur prope adiectivi loco posita Curc. 76: *anus hic solet cubitare custos ianitrix.* Postea feminina forma adiectivi vice fungitur, ab arborum peritis lauri nomini distinguendi gratia addita (Plin. n. h. XV 127); feminina autem forma non in usu erat, quia ostiarii officium a viris administrari solebat.

Amatrix ex hoc ipso acumen petit, quod virum decebat amatorem esse et dici, mulierem autem amicam, Poen. 1304:

sed adire certum est hanc amatricem Africam.
heus tu, tibi dico, mulier, ecquid te pudet?

Digitized by Google

Opinatur enim, qui loquitur, propter vestitum sibi ignotum Hannonem esse mulierem, vel simulat se id opinari, et hoc uno verbo amatricis ei opprobrio dat, quod res viris convenientes agat; postea compluribus verbis utitur 1310 sq.:

tune hic amator audes esse, hallex viri,
aut contrectare quod mares homines amant?

Idem nomen iterum factum secundum illum, quem Donatus observavit iratorum morem (p. 109) ab ultimo contradicentis verbo incipiendi, legitur Asin. 510 sq.:

neque quae recte faciunt culpo, neque quae delinquont amo. —
satis dicacula es, amatrix.

Praeterea loquenti iam in animo versantur, quae mox de amore prolatura est. Nam ea *amatrix* dici potest, quae contra meretricum morem ultro amat adulescentem 526; id enim imprimis postulat Philaenium, ut animi causa quem velit (542) amet (cf. 515, 537), idem vetat lena 521 sqq. 536.

In eadem scaena paulo post eadem lena filiam similis appellationis ope vituperat Asin. 513: *ego te volui castigare, tu mi accusatrix ades.* Quod excipit Philaenium 514: *neque edepol te accuso* e. q. s. Ibi de motione aut derivatione iudicium difficile est. Vocabulum propter usum Romanorum iudicialem insüetum erat, nam *accusatores* apud iudices causam dicebant, non *accusatrices;* sed postea etiam mulieres accusabant. Itaque nomine opus erat Plin. ep. ad Tr. 60: *Furiae Primae accusatricis* (sim. 59). Reliquus vocabuli usus (de quo v. Thes. l. l.) non iudicialis est excepto loco Canon. 15 (Migne 56), sed ne Plautus quidem *accusare* tantum iudiciali sensu ponit.

Item faenerandi negotium virorum erat; faeneratoris igitur appellatio sola a faenerando derivata erat (Cato agr. prooem. 1); itaque Plautus cum fabulae nobis non servatae (Leo II p. 534) nomen *Faeneratrici* inderet, iam hoc nomine allusit ad mulierem contra morem faenerantem; eodem consilio scripsit Val. Max. VIII 2, 2: *ex amica obsequenti subito destrictam faeneratricem agere coepit.*

Iam *accusatrix* inter eorum numerum recipi potest, quae eodem libero modo, qui in nominibus viros significantibus observabatur, ex stirpe verbali oriuntur. Etiamsi ab eadem stirpe ortum nomen verbale masculinum inveniatur, nullus tamen inter utramque formam conexus est. Quorum nominum partem occasione data iam cum simili masculinorum usu contuli.

Nam eorum quoque auxilio c i r c u m s c r i p t i o verbi fit. Cist. 537: *ut illaec hodie quot modis moderatrix* ⟨*linguae*⟩ *fuit atque immemorabilis.* Duplex adverbium modi, *ut* et *quot modis,* aptum est inconsiderantiae exclamantis, cf. Asin. 581; haec abundantia sermoni vulgari etiam convenit v. Brixi adnot. ad Mil. 401 et 432. Quasi transsiluit eius narratio, quid ipse fecerit (536: *anum sectatus sum),* in

Digitized by Google

qua postea pergit (539: *quot illi* e. q. s.), ad describendum, qualem anus illa se praebuerit; depingit autem eius morem inauditum per nomina, quae ipse fingit. *Immemorabilis* est, quae nihil commemorat vel loquitur, v. Brixi adnot. ad Capt. 56. Feminino *moderatrix* nihil est cum illo masculino, quo utitur Naevius trag. 59 *trionum hic moderator rusticus;* quod Cicero in definiendo vel explicando (cf. Cap. III) saepiuscule *moderatrix* adhibuit, eius est novatio. Idem eodem modo, quo Plautus fecit, verbum nominis ope circumscripsit ep. I 9, 22: *tu eris omnium moderator consiliorum meorum;* ibid. X 9, 3: *et temporis et rei te moderatorem facile patior esse;* verbalem tamen constructionem sprevit, quam Plauti verba agnoscere sinunt (v. p. 84).

Eiusdem circumscriptionis gratia facta sunt etiam haec.[1]) Merc. 842: *divom atque hominum quae spectatrix atque era eadem es hominibus; spectatrix* latere in verbo tradito *speratrix* probabilius, quam per se est, comparato versu graeco fit, quem Leo attulit[2]), et loco imitatoris Amm. XXII 3, 12: *humanorum spectatrix Adrastia,* cf. Apul. de dogm. Plat. 2, 6: *spectatrix diiudicatrixque omnium rerum* e. q. s.

Most. 257: *nunc adsentatrix scelesta est, dudum adversatrix erat.* — *Advorsatricis* voce utitur etiam Ter. Heaut. 1007: *quin tu in ea re mi fueris advorsatrix, Sostrata?* Cui formae femininae masculina est *adversarius.*[3]) Incertum est, utrum *advorsatrix* in usu fuerit, an factum sit a Plauto et receptum a Terentio. Id quidem constat non ex masculina forma deductam esse femininam; nam *adversator* his temporibus non in usu erat[3]), sed *adversarius.* Feminina tamen forma *adversaria* inde a Cicerone demum invenitur. Cuius locum si *adversatrix* antea obtinuerit, *assentatrix* eius gratia a Plauto opposita est.

Iam dixi p. 108 sq. de eis, quorum vocativo casu appellatur, *circumspectatrix, subigitatrix, suppostrix,* propter additum pronomen possessivum iam memoravi *contemptrix* (p. 108), propter dativum pendentem *oblatratrix* (p. 84) Mil. 681: *sed nolo mi oblatratricem in aedis intro mittere.* Hoc nomen testimonium est etiam verbum oblatrandi, quamvis non legatur in Plautinis fabulis, tamen exstitisse; de uxore cum cane comparata confert Vssingius Cas. 320, Men. 714.

---

1) cf. quae a Buechelero Fleck. ann. CV p. 572 ex reliquiis traditis eruta est *monetrix* Truc. 501, cuius nominis attributum esse *mala* vidit Leo; corruptela igitur paucorum vocabulorum est, emendatio ab utroque facta.

2) com. Att. frg. 1326 K. ἡ τὰ θνητῶν καὶ τὰ θεῖα πάντα ἐπισκοποῦσα ἀεί.

3) *adversator* ex Apul., Iul. Val., Aug. affertur, sed tribus his locis simul cum aliis nominibus eiusdem formae legitur, ad quorum exemplum (*fautor* bis, *approbator* Aug.) fictum esse veri simile est, id quod Cicero consulto vitavit Planc. 88 *adversarios . . . ultores,* Mil. 39 *illius adversarii, defensores mei,* cf. Verr. act. I 36. Flacc. 5, 23. Apuleius dativum ex eo et eius comitibus dependentem facit Socr. 5: *quem miseris auxiliatorem, quem fautorem bonis, quem adversatorem malis in omni vita ciebo?*

Digitized by Google

Acceptrix eo minus ex *acceptore* motione derivata est, quia id nomen ipsum suo loco factum est (v. p. 100); *acceptrix* autem factum est, ut opponatur *datori* et notio, quae est nemo, duobus nominibus inter se oppositis praemissa negatione redderetur Truc. 571: *des quantumvis, nusquam apparet neque datori neque acceptrici;* de qua nascendi occasione cf. supra *factores* p. 106.

Mil. 1072: *quomque me oratricem haud sprevisti sistique exorare ex te;* orator non solet hunc orandi significatum possidere (de Amph. 34 et Ter. Hec. 9 sq. v. p. 110 et 143), a quo Cicero rursus deduxit de rep. II 14: *quae ex Sabinis virgines raptae postea fuerant oratrices pacis et foederis;* neque dubitare licet loco Plautino de sensu orandi, quia exorandi verbum statim sequitur.

Bacch. 1166 sq.: *eunt eccas tandem probri perlecebrae et persuastrices;* nomen agentis rei nomini ex eadem syllaba incipienti se applicavit; spectant verba ad Bacchides; cf. Asin. 133: *perlecebrae permities, adulescentum exitium;* 'perlecebrae' utroque loco de mulieribus pellicientibus dicitur; sic etiam *inlecebra,* quamquam Men. 355, Cas. 887, rei nomen est, tamen lena dicitur Asin. 151: *atque eccam inlecebra exit tandem,* cf. Truc. 184, 759.[1])

Eadem ratio, quae inter 'oratricem' et 'exorandum', est inter nomen et verbum Cas. 778 sq.: *novi ego illas ambestrices; corbitam cibi comesse possent.* Versu postulatur ut *ambas estrices* (AP) ita restituatur, ut nunc editur; *ambedere* autem est rem edere totam, nullam partem intactam relinquere. Merc. 240 sq.: *mi illud videri mirum, ut una illaec capra uxoris simiae dotem ambederit,* ibid. 239; affertur Amm. XXIX 3, 9: *cum duas haberet ursas saevas hominum ambestrices.* Amator ex occulto audiens amicam ab ancilla sollicitari, quod uni amatori placere studeat, et ad mores meretricios incitari, exclamat Most. 203: *vix comprimor, quin involem illi in oculos stimulatrici.* Nomen a stimulando[2]) factum, quod ex re illi indidit, repetivit, qui versus 208—223 scaenae inseruit, (v. Lorenzi adnot. ad. v. 199) 219: *atque enicem scelestam stimulatricem.* Sed ei id magis curae erat, ut amatorem conviciis utentem faceret: nam antecedit 218 *veneficae* et additur adiectivum *scelestam* ad *stimulatricem.*

Mil. 695: *tum plicatricem clementer non potest quin munerem. Plicatrix* ab eo officio appellata[3]) est, a quo *vestiplica* dici solebat Plaut. Trin. 251, Loewe gloss. nom. 204, cf. Marquardti Vit. Rom. priv. p. 143. Ficta est ad exemplum earum artes exercentium, quae et ante nominantur, *praecantrix* et *coniectrix* 693, et post,

---

1) coniunguntur sic rei et agentis nomen Truc. 552: *foras egerones, bonorum exagogae.* Paul. Fest. p. 76, 5 M: *elecebrae argentariae meretrices ab eliciendo argento dictae* interpretatio est versus Plautini Men. 377.

2) *stimulo* Plaut. Capt. 598, Cist. 206 adulescens amor estimulatur, cf. Bacch. 1159 *cor stimulo foditur,* sim. Truc. 853.

3) *plicare* Plauto deest.

Digitized by Google

opstetrix 697, *nutrix* 698. Quarum omnium professiones et appellationes in usu erant, etiam *praecantricis*, cf. Varro ap. Non. 494, 22. *Coniectrix* hic solum appellatur; dubium igitur est, utrum haec ars et a mulieribus et a viris sit exercita, et inter coniectoris et coniectricis nomina eadem ratio fuerit, quae inter *praestigiatoris* (Amph. 830, Aul. 630, Poen. 1125) et *praestigiatricis* (Amph. 782, Truc. 134), *tonsoris* (Aul. 312, Asin. 394) et *tonstricis* (Truc. 405, 772, 856), an hoc solum loco coniectoris nomen (Amph. 1128, Poen. 444, Curc. 249) suffixum masculinum cum feminino mutaverit, quia matronam, de qua agitur, mulierum officiis uti deceret (v. Brixi adnot. ad Mil. 692); qua de causa etiam *hariolae* et *haruspicae*, non *harioli* et *haruspicis* nomina 693 leguntur; praeterea adest *ceriaria* 696 et, quae vix uno nomine dici potuit, *quae supercilio spicit* 694.

Magis continuus est ordo servorum servarumque, qui Trin. 251 enumerantur, quorum in numero sunt 252: *cantrices cistellatrices* nominatae post alias ancillas 251: *flabelliferae sandaligerulae; cantrix* magis in usu fuerit, quam nobis cognoscere licet; *cistellatrices* a cistella, rursus primae declinationis nomine (cf. p. 111), derivatae, sunt, quibus cistella servanda portandaque traditur, ut in Cistellaria Haliscae III sq.

Restat *compotrix* Ter. Andr. 232: *quia compotrix eius est.* Non a compotando facta est, quod verbum non exstabat, neque a *compotore*, quod nomen Cicero Phil. II 42, V 22 sibi finxit vituperans Antoni socios, quos similiter II 102 post *prandiorum apparatus* commemoratos *compransores* et *collusores* appellavit. Praepositio ita praefixa est, ut in *coepulonus* Plaut. Persa 100, *collibertus* Poen. 910, *commaritus* Cas. 797, *contubernalis* sim.[1]) Si *potrix* non in usu erat[2]), statim compositum cogitato tantum simplici ex potando compotrix facta est.

Nominum **tertiae declinationis** partem iam in primo capite tractavi, ea scilicet, quae illis in interrogandi enuntiationibus (v. p. 92) nata sunt: *abitio accessio aditio auscultatio clamitatio exitio inscensio muttitio notio pultatio receptio* (?) *ventio.* Sed etiam liberiore modo haec quoque nomina ex verborum contextu oriuntur.

Amph. 521: *nequiter paene expedivit prima parasitatio.* Verba Mercuri sunt in subparasitando patri operam perdentis 515: *accedam atque hanc appellabo et subparasitabor patri,* item postea 993: *amanti subparasitor* e. q. s., cf. Mil. 348: *sed hic illi subparasitatur semper; parasitor* legitur Stich. 634, Persa 56; quod ex verbo composito nomen simplex derivatur, cf. similem inconcinnitatem Cas. 584: *blanda es parum* et 586: *subblandirier;* cf. etiam p. 108 *deludam . . . lusorem.*

Antecedit nomen novum verbo, a quo derivatum est (cf. p. 115 *oratrix),* si iam in nomine proferendo loquenti verbum in

1) cf. C G L. V 531, 40: *compotrix eius est, una bibit.* alia eiusmodi composita Paucker, Mél. Gréco-Rom. III p. 527 adnot. 12.

2) affertur Phaedr. IV 5, 25.

Digitized by Google

animo versatur, velut Curc. 509 sq.: *rogitationes plurimas propter vos populus scivit, quas vos rogatas rumpitis* e. q. s. Vt numerum augeret, nomen ex intensivo verbo maluit derivare quam ex simplici, quod sequitur, sic tamen, ut id nomen modo ex rogitando fictum sensum accipiat a sequente rogandi verbo, non ab rogitando ipso, quod interrogare significat.

Itaque ideo, quod consensus inter nomen derivatum et verbum desideratur, verba tradita mutare non opus est Trin. 692 sq.: *haec famigeratio te honestet, me conlutulentet, si sine dote duxeris.* Respiciunt verba ad v. 689: *sed ut inops infamis ne sim, ne mi hanc famam differant;* traditur autem *famiferatio* hoc loco (692) Palatinis, in Ambrosiano 672—735 desunt; sed traditur *famigeratio* a Nonio p. 84, 26 et isdem codicibus Plautinis post 704 eosdem versus 692—694 iterantibus; praeterea *famigeratori* 219, *famigeratorum* 215 exstant. Itaque quamquam dixerunt Romani velut Trin. 186: *maledicas famas ferunt* (cf. Persa 351, Acc. trag. 458: *quis erit qui non me spernens ... turpi fama differet,* sim. Trin. 689), tamen compositum praetulerunt ex *fama* et *gerendo* facere, inde etiam *famigerabilis, famigeratus, famigerulus,* quibus omnibus nomen *famiger* subest, quod, num in usu fuerit, non constat.

Flagitatur autem verbale cum verbo plane congruens Capt. 799: *quae illaec eminatiost nam?* Nam verba non modo ad minantem Ergasili orationem spectant, sed imprimis ad eius initium 791: *eminor interminorque, ne mi obstiterit obviam* e. q. s., quod propter duplex minandi verbum spectatoribus in animo et auribus manebat. Figura autem interrogationis mirantis est, cf. Poen. 1296: *sed quid hoc est? quid est? quid hoc est? quid ego video? quo modo? quid hoc est conduplicationis? quae haec est congeminatio?* Ibi adulescens Hannonem filias amplexas tenentem vidit; aspectum sibi acerbum insuetis ei rei verbis[1]) et nominibus depingit; nominibus ei opus est, quia in interrogandi modo incepto perseverat; de interrogationum genere v. infra p. 141.

In enumeratione, ubi complura usitata nomina deinceps ponuntur, facile nova ad illorum figuram ficta admiscentur. Capt. 1030 sq.:

neque in hac subigitationes sunt neque ulla amatio
nec pueri suppositio nec argenti circumductio

Amatio vocabulum Plauti proprium est, sed satis crebrum; quinquies enim nobis servatum est; *suppositio* quoque alibi a Plauto dicitur Cist. 144, 152, Truc. 437. *Subigitationes* autem ad complendum im-

---

1) *conduplico* Pseud. 1261, *congemino* intransitive Amph. 786; postea *conduplicatio* Rhet. Her. IV 38 ἀναδίπλωσις (cf. Gloss. III 363, 14) rhetorum graecorum est, item *congeminatio* Diom. Gramm. I 445, 11 (Donat. IV 398, 1, Beda rhet. p. 609, 4;; Isid. orig. II 21, 3; Gloss. III 488, 61; 508, 13; haec artis oratoriae vocabula cum Plautino eorundem verbalium usu non cohaerent.

Digitized by Google

pudicorum morum ordinem fingebantur, qui aliis in fabulis videbantur. Cas. 964, Merc. 203, 204, Mil. 652, 1402, Heaut. 567 invenitur *subigitare*, id est proprie 'manibus tractare', quod panis depsticius patitur Cato de agr. 74: *farinam in mortarium indito, aquae paulatim addito subigitoque pulchre. ubi bene subegeris* e. q. s.; sed ab hoc libero usu intensivum *subigitare* ad sensum tangendi mulieres inceste reductum est[1]), cf. Cic. epist. IX 22, 4: *et quidem iam etiam non obscena verba pro obscenis sunt. batuit, inquit, impudenter, depsit multo impudentius. Circumductio* quoque suo loco (Capt. 1031) orta est, nam alibi non decipiendi sensus ei est; genetivus ei (v. p. 90) adiungitur, ut nomini solet; verbum sextum casum poscit, v. Trin. 959 et quos Vssingius ad Asin. 96 contulit locos. Cetera autem per nomina proferre neque ausus est neque potuit poeta; sic enim pergit Capt. 1032: *neque ubi amans adulescens scortum liberet clam suom patrem.* Terentius eadem occasione data postquam fabularum personas nominum auxilio enumeravit Eun. 36 sqq., transit ad argumenta verbis indicanda 39: *puerum supponi, falli per servom senem, amare, odisse, suspicari.*

Stich. 657 sqq.: *quot ego voluptates fero, quot risiones, quot iocos, quot savia, saltationes, blanditias, prothymias. Risiones* significant aut *ridicularia* (Plaut. Asin. 330, Trin. 66) vel *ridicula* (Amph. 917, Stich. 455, Mil. arg. 1, 9) aut probabilius convivarum risus, qui identidem fiunt. Suetum rei nomen *risus* est; plurima enim verba sonum significantia quartae declinationis nomina faciunt, velut: *cantus crepitus fremitus gemitus luctus plausus ructus sonitus strepitus*, Plautina omnia; eadem figura est, quod Terentius novavit aut primus et solus adhibuit Heaut. 373: *gemitus screatus tussis risus abstine. Questus eiulatus* Acci sunt (555). A quibus, si modo exstabat, sensu differebat nomen tertiae declinationis; velut *cantio* Plaut. Stich. 707, 788, 760, Cato de agr. 160 modum et verba significat, quae canuntur; Bacch. 38 idem esse potest, opposita orationi (v. 37)

pol ego magis metuo, ne defuerit mi in monendo oratio. —
pol ego metuo, lusciniolae, ne defuerit cantio.

Praeter *eiulatus eiulatio* quoque in usu erat Capt. 201: *eiulatione haud opus est.* Videtur haec forma magis ad actum et habitum spectare quam ad sonum, ut fortasse etiam *lamentatio* Merc. 870, cf. *clamitatio, muttitio* p. 94 et 93. Sed ad id probandum haec pauca exempla non sufficiunt; itaque satis habeo hac sonandi verborum ad quartam declinationem proclivitate nominum secundae declinationis abusum explicare, quem admisit Sisenna hist. frg. 131 (Prisc. II 264, 5), *procul sibilu significare consuli coepit,* similiter frg. 26 (Non. 491, 26): *sonu signorum,* frg. 72 (Non. 142, 3) *magno cum molimento ac per-*

---

1) itaque glossae C G L. IV 180, 4 *(subigitionibus)* et V 514, 19 *(subigionibus) subigitationibus: sollicitationibus* praeterquam quod casus non ad Plautinum locum quadrat, alium locum interpretantur.

Digitized by Google

petuo sonu.[1]) Adductus est non modo nota alterius et quartae declinationis commutatione, sed etiam reliquis sonandi vocabulis secundum quartam declinationem formatis; quod probatur duobus exemplis[2]), ubi *sonus* una cum aliis nominibus quartae declinationis ponitur Apul. metam. VIII 30: *tinnitu cymbalorum et sonu tympanorum* et Flor. 80 Oud.: *lyra concentu variatior et tibia questu delectabilior et fistula susurru iucundior et bucina significatu longinquior.*

Plaut. Men. 607: *aufer hinc palpationes.* Repellit matrona maritum *palpantem* (Amph. 507, Merc. 169) i. blandientem, ut postea denuo 627: *aufer manum*, cf. Amph. 507 totamque illam scaenam Amph. I 3 simillimam a Iove Alcumena Mercurio actam. Sed vereor, ne id nomen casu semel in his fabulis inveniatur; *palpator* huius sermonis proprium fuisse videtur (Men. 260, Rud. 126, v. p. 107 adnot. 1); de dictione cf. Ter. Phorm. 857: *quin tu hinc pollicitationes aufer,* et quos locos Brixius ad Men. 609 contulit, Poen. 1035, Persa 797.

Propter sequentium temporum usum de novitate dubitatio est Pseud. 70: *distractio discidium vastities venit.* Si usitatum vocabulum est, artificium utriusque nominis ab eadem syllaba incipientis ad eligendum, non ad fingendum vocabulum aliquid valuit.

Paul. Fest. p. 61 M: *consuetionem Plautus pro consuetudine dixit.* Id quoque nomen suo loco natum fuerit, ex *consuescere cum* (Amph. 1122, Cist. 87, cf. *consuetudines* Pseud. 64), sed ubi restituendum videtur Amph. 490: *et clandestina ut celetur consuetio* (*suspicio* codd, *consuetudo* Don. Ter. Ad. IV 5, 32) cum toto suo versu et antecedente[3]) argumento repugnat, v. Langeni stud. Plaut. p. 236. Si non Plauti versus sunt, aliunde sumpti sunt, sed nescimus, unde, nam de puella clam gravida in palliatis non semel agebatur. — Bacch. 115: *Suavis Saviatio* in fine deorum enumeratorum nominatur, quos adulescens colit; omnium hic ultimo loco commemoratus maxime praeceptorem offendit, maximeque ei ignotus est 120: *an deus est ullus Suavis Saviatio?* Huius dei utroque Bacchidum loco et Pseud. 65, ubi Bacchidum versus denuo legitur, duplex nomen est, ex adiectivo et nomine constans. *Saviatio* etiam ex Gell. XVIII 2, 8 pluraliter adhibita adfertur.

Pseud. 67: *teneris labellis molles morsiunculae;* deminuta vocabuli forma, quam Apul. met. VII 22 imitatus est, epistulae ab amica ad amatorem datae convenit; antecedit 66: *compressiones artae amantum corporum,* sed sequitur 68: *papillarum horridularum oppressiunculae.*[4]) Differunt autem *morsiunculae* ab aliis deminutivis eo, quod ex radice, non ex nomine *morsio* prodierunt; hoc non exstabat[5]), nam *mor-*

---

1) sed traditum est *sona* Non. 142, 3; hoc loco Sisennae verba non propter *sonu* afferuntur.

2) elegi ex eis, quae a Nevio Formenl. I[3] p. 786 sq. praebentur.

3) 489 *et ne in suspicione ponatur stupri.*

4) ne hoc quidem deminutivum alibi legitur, sed *oppressio* in usu erat, nusquam tamen, ut videtur, hoc opprimendi sensu (cf. Pseud. 1261).

5) sed v. C G L. II 269, 6 δῆγμα *morsum, hic morsus, morsio.*

Digitized by Google

sus verbale a mordendo factum est. Amicae igitur verba Plautus hic eodem artificio blanda reddidit, quo similem parasiti orationem ornavit, qui post *unctiones graecas sudatorias* (Stich. 226) et *cavillationes* (227) ibidem 227 sq.: *adsentatiunculas*[1]) *ac perieratiunculas parasiticas* vendit. Quorum ultimum loquenti illi in mentem venit, fictum ad antecedentis exemplum, neque alibi legitur ipsum, neque omnino nomen in *tio* exiens a perierando ortum. Quae praeterea huius figurae nomina in fabulis Plautinis leguntur, *aratiuncula* Truc. 148, *occasiuncula* Trin. 974, *ratiuncula* Curc. 371, Capt. 192, a nominibus in *tio* exeuntibus derivata sunt. Illis tamen duabus, *morsiunculae* et *perieratiunculae*, satis docemur, suffixo, quod est *tiuncula*, ex radicibus ipsis, etiamsi deerat nomen tertiae declinationis, eiusmodi deminutiva fingi posse.

Terentius praeter *ratiuncula* Phorm. 36 nullum admisit, nedum nova fingeret. Sunt tamen tertiae declinationis nomina nova etiam in eius fabulis.

Clitipho ambulatum mittitur Heaut. 588: *abi deambulatum.* — *deambulatum? quo?* — Deinde abiit neque in scaenam prodit usque ad scaenam IV 6; tum rediens ab ambulando queritur se antea extrusum esse 806 sq.: *vel me haec deambulatio, quam non laboriosa, ad languorem dedit.*

Similiter ad eam scaenam spectatores revocat, ex qua abiit, senex fratre frustra quaesito lassus rediens Ad. 713 sq.: *ut, Syre, te cum tua monstratione magnus perdat Iuppiter.* Syrus ei per ambages viam describens sic inceperat 570: *scio, ubi sit, verum hodie nunquam monstrabo.*

Eun. 87 sq. *ceterum de exclusione verbum nullum?* haec verba *dicit tantum de iniuria, unde intellegi licet, quod hic exclusionem posuit; quia servus accusatoris animo dicit ad illa supra, quod intromissus non est* (Eugraph. ad h. l. I 2, 7). Respicit igitur hoc vocabulum (cf. etiam 98 *exclusti)* ad primam scaenam, ubi exclusum se esse querens Phaedria auditus est (v. 49: *exclusit).*

Phorm. 1012 sq.: *haecine erant itiones crebrae et mansiones diutinae Lemni* (cf. p. 74); *itiones* mansionum gratia dixit; nam *itio* non dicebatur, nisi in *obviam itione* (v. p. 72), *domum itione* (v. p. 72) aliisque compositis nonnullis; reliqua exempla infimae latinitatis sunt. Prioribus temporibus omnino eundi nomen verbale non exstabat, nisi alia verbalia ei supplemento et fulcimento erant; *itum pro incessu Titinius Setina* (Non. 123, 9) non dixisset, nisi alia similia sequerentur: *itum gestum amictum qui videbant eius* (com. 117). Eandem rem esse in formula *pro itu et reditu* Leo (Anal. Plaut. II 31 adnot. 1) animadvertit, quam Cicero suis verbis intexuit ad Att. XV 5, 2:

---

1) utitur etiam Cicero in epistulis I 12, 6; fortasse igitur inter blanda sermonis cottidiani vocabula habendum est; praeterea Ambr. off. min. II 23, 117.

Digitized by Google

quis porro noster itus reditus vultus incessus inter istos? Eadem res est in formula iuris praediorum *itus actus,* quam commemoravi p. 102. Non repugnat Lucretius, cui hoc ut aliis rei nominibus magis opus erat quam aequalibus III 388: *nec repentis itum cuiusviscumque animantis sentimus.* Quartae autem declinationis nomen praetulit, quamquam tertiae versui heroico non resistebat (cf. Cap. III); v. quae de *ventio* et *ventus* p. 94 dixi. Etiam cur *abitionem* Terentius (Heaut. 190) aut elegerit aut finxerit, p. 95 probare studui.

His nominibus et numero et facilitate subito nascendi ea classis superatur, quae in **tura** exit, neque eodem libero modo pauca, quae Plauti propria sunt, ficta sunt.

Senex filium erroris convicturus est:

Trin. 363: *nam sapiens quidem pol ipsus fingit fortunam sibi:*
eo non multa quae nevolt eveniunt, nisi fictor malust.

Adulescens amicum excusat:

365: *multa illi opera opust ficturae, qui se fictorem probum*
vitae agundae esse expetit: sed hic admodum adulescentulust.

Id est illi, qui se fictorem probum vitae agendae esse expetit, multa ficturae opera opus est. Pergit ergo, qui respondet, eadem in imagine, quae in duplici fingendi sensu posita est; translatio est 363 et 365, itaque etiam *fictor* 364 et 365 sic intellegitur; sed *fictor* etiam de proprio sensu admonet, quasi artifex sit e cera aliave materia fingens, *fictura* autem non tam actionis quam artis appellatio, cf. *mercator* et *mercatura, venator* et *venatura.* De fingendis libis, unde alii fictores nomen ceperunt (Varro de l. l. VII 44, Marquardt-Mommsen VI² 249), nemo cogitare vetatur, quia 368 quoque ex cena comparatio arcessitur; similiter luditur Epid. 523; coqui denique Sardinienses ex eadem ambiguitate incipiunt: *gonlegium quod est aciptum aetatei aged⟨ae⟩* Buechel. Carm. epigr. 2, 1. *Fictura* praeterea ante Gellium X 5, 3 nusquam legitur; nam Plaut. Mil. 1189: *satis placet pictura* et traditum et aptum est.

Desultoris ars in usu propria appellatione caruisse videtur; nam Apuleius met. I 1: *desultoriae scientiae* eius loco substituit; *desulturam* tamen, si quis dixit, quasi artis appellationem intellectam esse veri simile est. Id accidisse puto Plautino loco

Mil. 278 sqq.: *ne hercle hodie, quantum hic familiariumst,*
maxumum in malum, cruciatumque insuliamus. — tu sali
solus, nam ego istam insulturam et desulturam nil moror.

Iocatio incipit ab insiliendo pro incurrendo posito (v. Brixi adnot.); verbum nomine excipitur, addito pronomine demonstrativo; suffixum quod est *tura* eligitur propter sequens artis vocabulum eodem modo natum; *desulturam* autem additur, ut spectatores plane ad talis exercitationis cogitationem perducant, qualem Vegetius testatur tironum,

Digitized by Google

mil. I 18: *tantaque cura erat, ut non solum a dextris, sed etiam a sinistris partibus et insilire et desilire condiscerent* e. q. s. Vnde docemur etiam insiliendi notionem aliam esse v. 279 (cf. Rud. 366), aliam in nomine insulturae 280.

Mil. 990: *viden tu illam oculis venaturam facere atque aucupium auribus. Venaturam*, quae hic solum legitur, huic versui inventam esse non contenderim, quia alia artis appellatio deest; iungebantur autem artis nomina sic cum faciendi verbo, velut Rud. 931: *navibus magnis mercaturam faciam*, CIL. I 206, 123: *queive lanistaturam artemve ludic⟨r⟩am fecit fecerit;* ne hoc quidem nomen aliunde adfertur.

Filia meretrix matri tarditatem opprobrio danti se purgat (Cist. frg. 7; v. 379 L.):

pol ad cubituram, mater, magis sum exercita
fere quam ad cursuram. eo sum tardiuscula.

Cubituram nemo dixit, Plautus hic ante *cursuram*. Eiusdem formarum similitudinis gratia Terentium *curatura* dixisse Sloughter (the substant. of. Ter. p. 11) vidit; opponitur enim a Terentio curatura naturae Eun. 316: *tam etsi bonast natura, reddunt curatura iunceam.* Huic de hoc vocabulo iudicio non obstat *curatura* CIL. XIII 1954 (saec. II) et 1960, curatoris officium significans, neque quam Priscianus gramm. III 480, 9 sq. inseruit ceteris a cura derivatis, *curiosus curagulus curator curatio curatura curia curialis*, neque Donati explicatio iam a Sloughtero allata: *cura mentis est, curatio medicinae, curatura diligentiae* (Eun. II 3, 25); nam etsi de *curatura* nobis ignota iudicare non possumus, ne *cura* quidem deest medicorum arti, v. Cato de agr. 157, 10: *cito sanum facies hac cura;* ibid. 157, 8: *hac eadem curatione sanum facies; curatio* autem etiam magistratuum est, et cuiusvis hominis, v. p. 97.

Nomina rei **quartae declinationis** paucis dicendi generibus exceptis libera nascendi potestate paene carent. Nam Bacch. 54 sq.: *quid est? quid metuis? ne tibi lectus malitiam apud me suadeat? — magis illectum tuom quam lectum metuo* '*illectus*' nomen sui iuris non est, sed deducitur praemissa praepositione ex antecedente *lectus*, quasi verbale eius verbi simplicis esset, a quo *illicere* affixa praepositione compositum factum est; ludus, de quo conferatur Asin. 221 *lectus inlex est*, initium capit a forma *lectus* verbali simili[1]); *illectu* postea exstabat, sed nullus praeter sextum casum adfertur.

Non certum iudicium est de Trin. 260 sq.: *fugit forum, fugitat suos cognatos, fugat ipsus se ab suo contutu. Contutu* alibi non legitur, sed *contuitus* postea in usu erat; in hoc igitur nomine eadem formae varietas est, quae in verbis tuendi contuendi intuendi obtuendi; in eis altera et tertia verborum declinatio confunduntur (Neue Formenl. III³

1) sunt loci ubi quartae declinationis casus facit, v. Neue, Formenlehre I³ p. 785; cf. Trin. 651 *in lecto* A, *intellecto (intellectu* B) *P*.

Digitized by Google

p. 278); sed Plauto non placebat secundum tertiam ea declinare, nisi in fine versus colive (Leo ad Bacch. 668); nomina secundum tertiam declinationem deducebantur, *obtutus*, *tutus* adiectivum, *tutrix;* sed eadem ambiguitas, quae in *contutu* et *contuitu* est, est in *tutore* et *tuitore;* ex altera declinatione *tuitio* provenit.

Restat *screatus* Ter. Heaut. 373, quod nomen adhuc aliunde lexicis non affertur; si Terenti inventum est, ordini similium usitatorum eum hoc quoque inseruisse vidit iam Slaughterus l. l. p. 11; idem fulcimentum etiam reliquis a Terentio novatis adest, quae sunt *praemonstrator, gerro, contortor, curatura.*

Non deest quartae declinationis nominibus fictio novorum plane, sed angustis finibus circumscripta est; quibus, exemplis insequentibus ostendetur.

Trin. 1139 sq.: *is mille nummum se aureum meo datu tibi ferre et gnato Lesbonico aibat meo*; ibid. 1142 sqq.: *meo adlegatu venit, quasi qui aurum mihi ferret aps te, quod darem tuae gnatae dotem, ut filius tuos, quando illi a me darem, esse allatum id aps te crederet* e. q. s. His ultimis verbis interpretatio continetur verborum quae sunt *meo datu;* in eisdem praeter id iam aliud exemplum adest, *meo adlegatu*, i. quia ego adlegavi, me adlegante. Vtrumque novum est; ne *adlegatu* quidem nobis aliunde notum est, etsi Gellius contendit XIII 21, 19: *hic quoque adlegatus et hic arbitratus pro adlegatione proque arbitratione*[1]) *dicuntur, qua ratione servata arbitratu et adlegatu meo dicimus.* Nam ut de *peccatu* (ibid. 16) et *factu* (ibid. 15) non ad suum sermonem, sed ad Ciceronis quosdam locos spectat, ita fortasse etiam de *adlegatu* ad Plauti versum.

Trin. 167: *me apsente atque insciente, inconsultu meo.* Apud Nonium p. 525, 27 legitur mutatio a quibusdam facta, qui antecedentibus ablativis absolutis perducti scripserunt: *inconsulto me.* Sed ut *meo datu, meo adlegatu*, ita *inconsultu meo* dicitur; qui ablativus negatione affixa hic ortus est; nam simplex consulendi nomen non exstat, nisi errore cum *consulto* permixtum (v. Neue I³ p. 785). Causa fictionis erat adiectivum ab eadem syllaba incipiens, quod antecedit; sequitur autem *inconsultu* eorum nominum analogiam, quorum ex *in* incipientium sextus tantum casus exstabat (v. Lachmanni adnot. ad Lucr. I 454); talium alius casus fortasse numquam adhibebatur, nisi adiuvante adnominatione quadam, velut a Lucretio tactui *intactus* oppositus est I 454 (v. Leonis Anal. Plaut. II 33), ab auctore artis ad Her. scriptae II 7 *inapparatio apparationi*, a Cicerone versum est de fin. I 21: *infinitio ipsa, quam* ἀπειρίαν *vocant.* Simili igitur adiumento Plautus usus est, cum *inconsultu meo* post

1) haec forma hic pro stirpe verbi ponitur: item *adlegatio*; id apparet ex XIII 21, 19 *hic enim peccatus quasi peccatio recte latineque dicitur*, ubi *peccatio* idem valet.

Digitized by Google

insciente diceret; quo caret aliud vocabulum eodem modo formatum Ter. Hec. 704: *nam puerum iniussu credo non tollent meo,* item 562, Phorm. 231; nam et *iniussu* crebro in usu erat, v. Cato de agr. 5, 3: *iniussu domini,* sim. 143, 1, 144, 1, et *iussu* Merc. 102: *hospitis iussu,* Curc. 329: *tuo iussu,* Asin. 147, *eius iussu* Amph. 989, *cuius iussu* Amph. 17, 26 (cf. 25: *iussit*), *Iovis iussu* Amph. 19; exempla ex prologo Amphitruonis sumpta non omnia Plauti sunt; Cato agr. 139: *iussu meo* in verbis precum conceptis; casu factum est, ut in Terenti fabulis non legatur, nam etiam postea hic ablativus saepe invenitur (velut Sisenna hist. frg. 119, Rhet. Her. I 25, II 19, Helvius Mancia ap. Val. Max. VI 2, 8), nusquam tamen usque ad Sallustium praepositione praemissa; si alio casu opus erat, tertiae declinationis nomen erat, frg. Tudert. CIL. I 1409, 9 sq. *⟨quod eius contra leges publicas populi Romani . . . senatusve populi Romani iu⟩ssionem factum non erit.*

Merc. 845 sqq.: *sex sodales reperi, vitam amicitiam civitatem laetitiam ludum iocum; eorum inventu res simitu pessumas pessum dedi.*[1]) Verbum repperiendi excipitur, ut in enuntiationibus relativis participio saepe, interdum nomine verbali verbum excipitur velut Cic. ad Att. IV 2, 5: *aestimaverunt . . . quae aestimatio,* ad Att. XIII 22, 1: *id, quod cogitamus; quae cogitatio,* Cic. de sen. 74: *meditatum esse . . . sine qua meditatione,* Cic. fat. 22 *declinat . . . quam declinationem,* Scip. Afr. minor (Orat. frg. 16 p. 215): *saltare . . . quam saltationem.* Sed hoc dicendi genus[2]) scribenti potius quam loquenti convenit; tamen ne *eorum repertu* quidem dicit[3]); quod nomen ut aspernaretur, alternandi studio adductus est. Id artificium ne immerito in Plauti fabulis agnovisse videar, aliis eius exemplis collatis opus erit. Mil. 621 sq.: *atque ea te facere f a c i n o r a, quae istaec aetas fugere f a c t a magis quam sectari solet.* Curc. 618 sq.: *ego quidem pro istac r e m solvi ab trapezita meo; quam ego p e c u n i a m quadruplicem abs te et lenone auferam.* Alternantur p u l s a r e et p u l t a r e, quorum hoc pulsando antiquius fuisse docet Quint. inst. I 4, 14, Bacch. 578: *pulta,* 579: *pulsat,* 581: *pultare,* 583: *pulsatio;* t a n g e r e et a t t i n g e r e Truc. 276: *ne attigas me. — egon te tangam?* Rud. 720 sq.: *tange utramvis digitulo minimo modo. — quid si attigero?,* cf. Asin. 385 sq., Ter. Ad. 178[4]); c u r a r e et a c c u r a r e Men. 207: *scin*

---

1) *inventu* fortasse alibi invenietur; quae adhuc adferuntur exempla reicienda sunt, id quod a Forcellinio ipso factum est de Plin. nat. XVII 67; de Plin. nat. XVII 162 v. Mayhoffi adnot.; utroque loco neutrum est; Tert. de anima 2 in.: *eventus.*

2) eandem verborum constructionem efficere voluit, qui post Trin. 427 *nempe quos spopondi. — immo quas dependi inquito* inseruit: *qua sponsione pronuper tu exactus est;* quae verba post 427 in Palatinis leguntur, ante 427 in Ambrosiano; inde evincitur versum irrepticium esse; quid sibi voluerit ascriptor, v. Leonis adnot.

3) hoc nomen ex Apul. met. XI 2 et 11 adfertur.

4) idem verbum compluries positum Most. 455 sqq.: *eho an tu tetigisti has aedis? — cur non tangerem?* 457: *tetigistin? tetigi* e. q. s.;

Digitized by Google

quid volo ego te accurare? — scio curabo quae voles; similiter *aspice . . . specto* Amph. 750 sq.; *morior . . . emoriri* Pseud. 1221 sq.; *usus est* et *opus est* (cf. Schoell. arch. II 211 sq.) Amph. 505, Bacch. 705 sq. et 707; Most. 250 sq.: *usu est . . . opus est.* — Merc. 262 sq.: *non ita amo ut sani solent homines, sed eodem pacto ut insani solent;* hic *ita* non iteratur, sed *solent;* Men. 657 sqq.: *sed sic utendam dedi. — equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras nec pallium cuiquam utendum. mulierem aequum est vestimentum muliebre dare foras.* Capt. 362 sq.: *novus erus . . . veteri domino;* ibid. 766 sq.: *ex vinclis . . . in catenas;* ibid. 690: *periit . . . interit;* Amph. 7: *incepistis . . . inceptabitis* Variatur etiam verborum collocatio (v. p. 92) et accentus Curc. 166: *Pálinure Palinúre . . . Palinurúm,* Mil. 539: *magís facete vidi et mágis miris modis,* cf. quae Leo quaest. Plaut. p. 270 adnot. 3 comparavit. Sed his exemplis, quarum partem Leo mecum communicavit, id saltem apparebit, varietatis studium in Plauti fabulis tam saepe animadverti, ut hic res absolvi non possit, praesertim cum inter varietatem et neglectam concinnitatem, cuius exempla hic illic attuli, observanti distinguere difficile sit.

Itaque revertor ad ablativorum in *tu* exeuntium usum; qui cum paucis nominibus suo loco natis non perspiciatur, reliqua Plautina Terentianaque eius exempla congeram, ut quantum haec dictio in deducendis illis nominibus praestiterit, aperte cognoscatur.[1])

Stich. 327: *salve, tuo arcessitu venio huc;* adfertur nominis nullus nisi sextus casus ex Cic. nat. deor. I 15: *ipsius rogatu arcessituque,* Amm. XXXI 10, 3: *arcessitu Valentis patrui.*

Truc. 498: *quam gravidam hic reliqui meo compressu,* cf. Amph. 109, Macr. sat. 5, 19, 18, Epid. 542: *quae meo compressu peperit filiam,* Ter. Ad. 474 sq.: *virgo ex eo compressu gravida factast.* Terentius igitur praepositionem praemittit (ut Hyg. fab. 60, 63) adductus vocabulo *gravida,* cf. Andr. 216 *gravida e Pamphilost;* dicitur autem *ex eo compressu*[2]) ut Hyg. fab. 63: *concubuit; ex quo compressu natus est Perseus.* Attributo nusquam caret; genetivus obiectum significat Hyg. fab. 60 *ex compressu Tyronis.* Plin. nat. XI 98 *pinnarum hiatu refulgentes . . . compressu obumbratae* a primario comprimendi sensu denuo deducitur, fortasse etiam Cic. de sen. 51 *tepefactum vapore et compressu suo* (i. terrae) sc. semen. Sed de

---

461 sq.: *tetigistin foris? — tangerem;* at 468: *aedes ne attigatis. tangite* e. q. s.; cf. Aul. 740: *tangeres,* 744: *tactiost,* 754: *attactam,* 755: *tangere;* Rud. 784 sq.: *tange dum. — tangam hercle vero;* repetitur vocabulum a respondente et iussum faciente Rud. 1333, 1336.

1) eiusmodi nominum laterculum confecerunt Neue et Wagner (Formenlehre I³ p. 751, ubi etiam sequentium temporum exempla referuntur; quem et adhibui et correxi ita, ut non singulis in nominibus nominem.

2) spectat ad narrationem antecedentem, qua 467 *vitiavit* continetur; itaque Goetzius merito C G L. V 532, 32 *compressu* (cod. *-sso) vitio* sic emendavit, ut ad hunc Terenti versum referretur.

Digitized by Google

unius ablativi usu omnia exempla congruunt. Repugnat tantum C G L. II 447, 21 συνοχή *pressus compressus.* II 510, 33 *compressus* φθορά. Liberius Plautus cognato rei nomine usus est Pseud. 66: *compressiones artae amantum corporum.*

Plaut. Cas. 775: *illarum oratu faciunt;* Cic. Flacc. 92: *oratu tuo,* cf. Eun. 956: *et quidem orante, ut ne id faceret, Thaide.*

Amph. 657: *eos auspicio meo atque ductu primo coetu vicimus.* Codicibus *inductu* traditur, sed eadem imperatoris verba sunt, quae Amph. 196: *ductu imperio auspicio suo;* eadem a Mummio in titulo dedicatorio inscripta sunt Buech. Carm. epigr. 3, 1: *duct(u) auspicio imperioque eius.* Videtur — nam alia exempla vetusta desunt — sextus tantum casus vocabuli hoc sensu in usu fuisse; nam Cicero demum hanc locutionem sic flexit, ut accusativum faceret, ep. III 11, 4: *se ad Pompei ductum adplicaverunt;* nomen etiam ad ducis vocabulum referri potest, ita ut eadem ratio sit inter *me duce* et *meo ductu,* quae inter *me consule* et *meo consulatu.*

Arbitratu antiquissima harum dictionum est. Vocis originatio ut omnium verbalium facilis est, sed huius quoque significatus et ad verbum arbitrandi et ad nomen arbitri referri potest, ut et actio arbitrandi et officium arbitri sit. Ad verbum adluditur Amph. 931 sq.: *arbitratu tuo ius iurandum dabo me meam pudicam esse uxorem arbitrarier.* Sed iocus in arbitrandi verbo positus est; nam iam antea de re, quam alter scit, altera scire sibi videtur, *arbitrari* dicitur 905, 908. Arbitro succedit *arbitratu* Rud. 1004 sq.: *nisi das sequestrem aut arbitrum, quoius haec res arbitratu fiat.* De coniunctione per relativum facta v. supra p. 124 et Rud. 1002. Sed haec quoque muneris significatio ex verbo deduci potest, nam *arbitrari* arbitri munus est, a quo ad cuiusvis hominis disceptationen transferebatur. Quid autem significaverit haec formula ex ablativo *arbitratu* et genetivo vel pronomine possessivo constans, cognoscitur ex eis, quae quasi explicandi causa adduntur Truc. 211 sq.: *nunc quidem meo arbitratu loquar libere, quae volam et quae lubebit.*[1]) Casu igitur factum est, ut *arbitratu* ablativus instrumentalis esse videatur Persa 566: *evortes tuo arbitratu homines fundis familiis.* Ceteris locis ab ablativi vi longius abest, quam ut huius casus usu explicari possit. Iam ab Italis sic adhibebatur, ut de alius quoque quam de arbitri sententia diceretur; testimonium, ex quo id nobis colligere licet, Vmbrorum locutio congruens cum Romanorum est tab. Iguv. Va 12: *ad̆putrati fratru Atiiediu.* Sic enim in eorum quoque sermone ablativus honoris publici ponebatur (cf. *ductu*), Inscr. min. 1, 4 (Buech.): *maronatei Vois. Ner. Propartie,* cf. tab. VII B 1: *sveso fratrecate* (Buecheler Vmbr. p. 172). Confunduntur verbale et participium vel altera et quarta declinatio[2])

1) Mil. 1228: *meo arbitratu [ut volui]* interpres idem voluit; sed in B legitur: *me arbitrii* i. *me arbitro.*

2) sed hoc adnotandum est, easdem formas in *e* vel *ei* vel *i* exuntes etiam a nominibus secundae declinationis deduci posse.

Digitized by Google

(Buecheler p. 174) Inscr. min. 2: *su maronato V. L. Varie* e. q. s.; rursus tempus indicatur, sed huius tituli auctori ablativus nudus non sufficere videbatur; itaque praepositionem praemisit.

In Romanorum titulis *arbitratu* accedente genetivo haud raro legitur, neque aliter in CIL. I[1]) dicitur; excipitur CIL. I 198, 1: *quoive in arbitratu dicione potestate amicitiav<e* e. q. s., alia igitur formula, cuius altera figura exstat Plaut. Amph. 258 sq.: *deduntque se divina humanaque omnia, urbem et liberos, in dicionem atque in arbitratum cuncti Thebano poplo* (item Solin. 5, 1). Plautus hoc loco solo accusativum posuit, bis nominativum in eo dicendi genere, quod inter legum locutiones habendum esse supra p. 103 ostendi, ceteris locis ablativum addito plerumque *meo* vel *tuo, suo* Bacch. 1126, Men. 91, Persa 600, Curc. 428, *huius* Pseudol. 271; Trin. 990: *meo arbitratu et novorum aedilium;* Rud. 1002 sq.: *cuius arbitratu nos vis facere — viduli arbitratu.* Ibi nominis genetivus fine versus a nomine regente divellitur, quamquam pronomen possessivum infirmis tantum voculis ab ablativo *arbitratu* dirimitur velut Epid. 688: *tuon arbitratu?,* Most. 793: *tuo usque arbitratu,* Bacch. 1126 sim., sed Rud. 1005: *quoius haec res arbitratu fiat.* Genetivus omnino non certam collocationem obtinuit aut ante aut post ablativum, ne *tuo* quidem; sed *meo,* quae forma saepius ceteris adiungitur, nullo loco ab *arbitratu* statim succedente dissolvitur neque post ablativum collocatur nisi alio attributo de loco depulsa Pseud. 271: *vel huius arbitratu vel meo* (cf. Epid. 688). Idem igitur coalescendi studium observari potest de *meo arbitratu,* quod de *quo modo, quo pacto, causa* accedente attributo vel genetivo, observavit Leo, Nachr. d. Gött. Ges. d. Wiss. 1895, p. 426 sqq. Exempla, quae in Catonis libro de agr. inveniuntur, ad legum sermonem pertinent; nam sunt in capitibus 144—149, quibus, ut ipse ait, leges dicit faciendi locandi vendendi oleam vinum pabulum hibernum (145, 1, 146, 1, 147, 149, cf. rubricas cap. 144 et 148); sequitur genetivus 144, 2: *arbitratu L. Manli,* 144, 1: *arbitratu domini,* item 146, 2, antecedit in locutione, quae est *viri boni arbitratu* 145, 3, 148, 1, 149, 2 bis, quos genetivos merito supplevit Keilius 144, 2. Nusquam igitur genetivo caret; nullus alius casus a Catone adhibetur. Hoc in usu locutio perseverabat; nobis tamen temporibus usque ad Ciceronem intercedentibus latet; nam Terentius hoc nomine abstinuit. Ne posterior quidem usus longe ab hoc discedit[2]); pendet accusativus a sequendo Pomp. dig. 40, 7, 21 pr., a ferendo Fronto IV 13, ablativus a *dignus* Hier. epist. 51, 2, a fungendo Ambr. fid. II 11, 97, praemittitur *ad* Itin. Anton. 28, *ex* quasi debilitatis signum Vlp. dig. 7, 1, 13, 8. Sol. 1, 80, adiungitur ablativo adiectivum, bis ab Ambrosio. Neque solum in litteris, sed etiam in sermone vivebat haec dictio;

---

1) tritam locutionem testatur scripturae compendium *arb.*
2) cf. Thes. l. l. II 408 sq.

Digitized by Google

testimonium est colloquium a Cicerone et Caesare habitum ad Att. IX 18, 1: *meone, inquam, arbitratu?* Sed his temporibus etiam a Cicerone ipso in eandem dictionem iam irrepserat sextus casus nominis usitati, quod est *arbitrium*, velut ad Att. IV 5, 7: *arbitrio Catonis* (cf. ep. XI 28, 3); dicitur de eadem re, de qua ad Q. fr. II 14, 4: *eius arbitratu;* cf. Verr. I 140 *eius mulieris arbitratu gessisse praeturam* et IV 136 *quarum* (i. e. mulierum) *iste arbitrio praeturam ... gesserat.* Eandem vocem elegit, quia versui heroico non resistebat, Catullus 108, 1: *populi arbitrio.* Sed a comparando utriusque vocabuli usu desisto, quia haec comparatio a Ciceronis demum temporibus incipere potest; nam antea tantum Ter. Heaut. 25 et Rhet. Her. III 32 arbitri vocabulo utuntur, et si verba non mutata sunt, lex XII tab. (Fest. p. 376, 29 M) XII 3 Bruns.

Impulsu alieno is agit, qui facit, quod sua sponte non fecisset[1]). Plaut. Trin. 10: *sed ea huc quid introierit impulso meo;* Luxuria enim Inopiam in adulescentis domum intromisit. Aul. 795: *per vinum atque impulsu adulescentiae;* adulescentis opprobri excusatio est. Ter. Hec. 687: *inpulsu duxisti meo* i. quod tua sponte numquam fecisses. Hec. 242: *ubi duxere inpulsu vostro, vostro impulsu easdem exigunt;* hic magis quam ceteris locis persona agens auribus inculcatur, sed iterationis artificio; cf. Cic. ep. IX 25, 3: *hominem non sapientem, inpulsu inimicorum suorum eo progressum esse.* Hac ratione disceptatio fieri potest de Plaut. Persa 597; nam imprimis alio adverbio, quod hoc loco *temere* est, evincitur his ablativis modum agendi significari. Itaque hoc loco praeferendum est, quod Palatinis codicibus traditur: *ne temere hanc te emisse dicas suasu atque impulsu meo*[2]), i. te non empturum fuisse, nisi te impulissem. Nam verbis, quae in Ambrosiano leguntur: *me impulsore aut inlice,* alius sensus est, quam qui hoc loco poscitur. Ablativi enim sic absolute positi ab illo genere dicendi olim eo differebant, quod ablativus personae maiore vi poneretur quam appellativi ablativus, ita ut diceretur Persa 597 'me, non alio impulsore'. Argumento sunt primum magistratuum nomina sic adhibita accedentibus nominibus propriis; cuius usus exempla antiquissima[3]) sunt Cato frg. p. 66, 5: *C. Licinio praetore;* Sent. Minuc. C I L. I 294, 5: *L. Caecilio Q. f., Q. Muucio Q. f. cos.* Nam in his locutionibus, quae inde ab antiquissimis exemplis tempori indicando serviunt, interest, quis consul praetorve fuerit, non quempiam consulem praetoremve fuisse. Alterum argumentum exempla Plautina Terentianaque dant; Stich. 602 sq.: *non me quidem faciet auctore,* ubi particula pronominis vim auget; Ter. Eun. 1013 sq.: *an paenitebat flagiti, te auctore quod fecisset adulescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?* Totius scaenae iocus inde

---

1) cf. Cic. de nat. deor. II 32: *non alieno impulsu, sed sua sponte.*
2) accedit *suasu*, ut *impellere* et *suadere* dicitur Phorm. 157 sq.
3) v. Bombe de abl. absol. p. 24.

Digitized by Google

nascitur, quod idem et auctor et indicator est. Afran. com. 129: *me auctore, mater, abstinebis*; haec locutio omnium creberrima est. Persa 580: *atqui aut hoc emptore vendes pulchre aut alio non potes.* Nescio an re probetur hunc ablativum usitatum fuisse; vocabulum certe fuit; eadem res fuerit Trin. 1161: *impetrabit te advocato atque arbitro*[1]), i. quia tu advocatus atque arbiter eris; Curc. 434: *quod te praesente isti egi teque interprete.* Ter. Heaut. 969: *te ipso herede,* Hec. 255: *te iudice ipso.*[2]) Trin. 13: *is rem paternam me adiutrice perdidit,* quod non mirum est, si luxuria ipsa adiuvit; adiutoris ablativus postea haud raro absolute ponebatur v. Thes. l. l. I p. 714, 34 sqq. — Restat ipsius impulsoris nomen, cuius ablativus, si absolute dicebatur, pronomen assumebat, quo ipse vi et auctoritate superabatur. Ter. Ad. 560: *me impulsore hanc emptam esse ait.* Versus Plautino illi simillimus est; sed hic iam pugnis caeditur servus, vel fingit id factum esse, quasi Ctesipho culpam de se in eum verterit. Ter. Eun. 988: *ere ne me spectes. me impulsore haec non facit;* res hic aperta est; excusatio servi est. Most. 916: *me suasore atque impulsore id factum audacter dicito, qui subegi, faenore argentum ab danista ut sumeret.* Praedicat servus sua de domo empta merita (cf. 910, 918). His igitur locis pronominis vis praevalet. At Persa 597 Toxilus id impedire studet, ne emptor deceptus postea queratur se non emisse nisi pellectum illius verbis persuadentibus; itaque operam dat, ut leno sua sponte ac libero iudicio usus emisse sibi videatur.

His ablativis omnibus genetivus aut pronomen possessivum adiungitur excepto *compressu* Ter. Ad. 475. Sunt praeterea, quae attributo carent, haec:

Stich. 428 sq.: *ad cenam ibone? — si vocatu's, censeo. — sic hoc placet; rogatu necne nil moror.* '*Sic hoc placet*', scil. ut ad cenam eam; sibi enim non curandum esse iactat, utrum vocatus sit necne; cenam enim iam condictam esse ipse scit, ero nondum aperte dixit; rursus varietas animadvertenda est inter vocandi et rogandi verbum, cf. p. 124; omittitur attributum, quia nullum addi potuit, nisi forte *alicuius,* quod additum brevitati nocuisset neque omissum desideratur. Alibi genetivum habere solet *rogatu* Cic. ad Att. VI 3, 6: *Bruti rogatu;* cf. ad Att. XIV 1, 2. 2, 3; epist. IV 14, 2. X 12, 3; ad Att. I 9, 2: *Thyillus te rogat et ego eius rogatu* e. q. s.; epist. VII 1, 4: *rogatu eorum;* epist. XIII 36, 1: *rogatu meo,* cf. ad Att. XIV 20, 3.[3])

Cum *compressu* comparari potest *concubitus* Amph. 1136: *et*

---

1) forte factum est, ut hic quoque codicibus rei cum hominis appellatione mutaretur; legitur in C et D: *arbitrio* cf. Mil. 1223 (supra p. 126, 1).

2) Boeot. frg. I 4: *me puero* quoque huc pertinet, sed id adiectivis magis affine est, quorum ablativus absolute ponitur; pleraque locutionibus sollemnibus continentur (Bombe p. 22 sqq.).

3) a Neuio I³ p. 255 affertur *ex rogatu patronae* CIL. VI 2, 4909/10; cf. *iussu, arbitratu.*

Digitized by Google

concubitu gravidam feci filio.[1]) Sed iam Cicero accusativum pluralem fecit rep. IV, 4, nat. deor. I 42; Varro de ling. l. VII 78: *concubium a concubitu dormiendi causa dictum* fortasse ita dicitur, ut sit 'a concumbendo' (v. infra p. 157).

Natu nescio an umquam alia figura dictum sit; Bacch. 124: *tantus natu,* Persa 350: *parva natu,* Capt. 1019 (non Plauti) *grandis grandem natu,* cf. Ter. Ad. 930. Ter. Ad. 881: *qui sum natu maxumus;* Heaut. 645: *quanto tuus est animus natu gravior, ignoscentior,* ubi *natu* inde a Bentleio editores excluserunt, fortasse immerito (v. Wagneri adnotationem)[2]); Lucil. 192 L: *maior erat natu.* Retinuit igitur ablativus *natu*[3]) simplicem nascendi significatum, quem et *natura* et *natio* amiserunt.[4])

Hi ablativi magis quam illi, qui genetivum vel pronomen possessivum recipiebant, speciem et vim adverbiorum nacti sunt, quia nullum indicium nominalis naturae extrinsecus eis additum est. Innatum autem nominibus quartae declinationis fuisse studium minuendi liberum declinationis usum, nonnulla nomina testantur, quorum ablativus recepto adiectivo similibus in locutionibus adhibebatur.

Cist. 526: *et equidem hercle nisi pedatu tertio omnis efflixero,* re vera *tertio,* nam primum impetum minatur 524, alterum 525; cf. Cat. frg. p. 85, 4: *alteras oppidum vi captum, alteras primo pedatu et secundo;* Non. p. 64, 19 sqq.: *pedatu positum pro repetitu vel accessu, quasi per pedem, sicuti nunc vulgo dicitur tertio pedatu. Cato Originum lib. I: igitur tertio pedatu bellum nobis facere. Idem in Dissuasione de Faeneratione: tertio autem pedatu item ex faenore discordia excrescebat.* Vt Onions fecit, pro eo, quod hoc loco traditum est, *pedato, pedatu* scripsi: ablativum quartae declinationis testantur Plaut. Cist. 526: *perdatu,* Charis. I 215, 20 Catonis locum laudans, Caper VII 100, 23: *primo pedatu non pidatu dicendum;* hoc nescio an Noni fortasse temporibus *pedato* dictum sit. Nobis aliunde nomen non notum est; a pedando ne deducamus, significatus prohibet; denominativum igitur est a pede suffixo *atus* derivatum.

---

1) *situ* Truc. 915 iam appellativum fuerit, etiamsi quasi explicatio esse videtur 916: *cubando in lecto*; sed sequitur etiam *expectando; astu* plane adverbium erat ab initio litterarum Romanarum usque ad primi p. Chr. n. saeculi finem, ut lexicis docemur.

2) *animus natu gravior* exemplis similibus vix comprobari potest; sed id quoque non veri simile est, tantam versus partem corruptam esse, quanta mutari solet. de omisso *tanto* comparari possit Eun. 507 *profecto quanto magis magisque cogito, ni mirum dabit haec Thais mihi magnum malum.*

3) qui auctori appendicis Probi cum adiectivo antecedente compositum efficit Keil, Gramm. IV 194, 4 sqq.; cf. Diomedes I 309, 14.

4) ubi primum legantur *natio* et *natura,* videas apud Classenum, de hist. vocis quae est natura p. 10; *naturae* tamen notionem magis philosophorum more explicavit, quam significatum deduxit.

Digitized by Google

Plaut. Amph. 657: *eos auspicio meo atque ductu primo coetu vicimus*[1]); cf. Ter. Phorm. 346: *prima coitiost acerrima* cum Donati explicatione ad h. l. II 2, 33: *translatio est a proelio. nam et congredi milites et coire dicuntur.*

Mil. 53: *uno ictu*[2]); huius locutionis exemplum aliud formavit Plaut. Bacch. 968: *eum ego adeo uno mendacio devici, uno ictu extempulo cepi spolia;* cf. Lucr. IV 746: *facile uno commovet ictu.* Quam imaginem imitari studebat retractator Bacch. 975: *eos ego hodie omnis contruncabo duobus solis ictibus.* 'Duobus' dicit, quia bis ducentis nummis opus erat (971); oblitus tamen est retractator Chrysalum alteros iam cepisse ducentos neque de utroque ictu futuro tempore licere loqui (cf. Brachmann, Stud. Lips. III 107). Praeterea invenitur Truc. 659: *hoc ictu,* cf. Acc. praetext. 24: *eoque ictu;* liberius Plaut. Most. 621: *ictus perpetior argenteos* et postea Lucretius.

Servato sensu nominis actionis dicitur Amph. 487: *uno ut fetu fieret, uno ut labore absolvat* e. q. s., cf. 878: *faciamque ut uno fetu pariat;* liberiorem usum Pacuv. 142, Acc. 244, imprimis Lucretius praebent; Varro agr. *fetura* praefert; tantum II 5, 3: *a . . . fetu vitulorum.*

Amph. 1138: *uno partu duos peperit simul;* temporis ablativus est Ter. Andr. 230: *quoi committas primo partu mulierem.* Sed etiam ablativus iam abit ad significanda ea, quae pariuntur Enn. trag. 61: *qui suo partu arduam ⟨arcem⟩ perdat Pergama* (cf. Pacuv. 68: *triplicem virili sexu partum procreat).* Ratio, quae inter *partum* et *partionem* antiquis temporibus valebat quaeque fortasse sequentium temporum usu confirmatur, est haec: quartae declinationis erat accusativus (Lucil. 48 L., Pacuv. 68, Ter.), nominativus (Ter.), ablativus (Plaut. Amph. 1138[3]), Enn. trag. 61, Ter. Andr. 230) singularis; genetivus aut alterius erat declinationis (Pacuv. 70: *propinquitati parti),* aut tertiae (Truc. 195: *mentio quotiens fit partionis* cf. Prisc. II 256, 2 sqq.), Afran. 346: *non dolorum partionis veniet in mentem tibi.* Similis ratio fuisse videtur inter abortionem et abortum Truc. 201: *ut abortioni operam daret;* Ter. Hec. 398: *dicam abortum esse.*[4])

---

1) cf. Ter. Hec. 39: *primo actu placeo.*

2) cf. C. Scribonius Curio or. frg. M. p. 247: *nemo potest uno adspectu neque praeteriens in amorem incidere.*

3) Amph. 1061 *partuis* Bothius coniecit (inde Rassowius in indice nominum Plautinorum, sed coniectura non opus est).

4) haec ultima exempla iam inter ea habenda sunt multa quartae declinationis nomina, quae aut usu aut casu plena declinatione privata sunt. *adventus* a Plauto quarto et sextu casu adhibebatur, v. de singulorum casuum usu Thes. l. l. I p. 837, 9; usus ablativi, cui pronomen vel genetivus (cf. Ter. Hec. 816, Turp. 152) additur, huius casus vi non satis explicatur, velut Most. 381: *sicut ego adventu patris nunc quaero quid faciam miser,* Cato agr. 142: *uti adventu* (fort. dativus est) *domini quae opus sunt parentur.* rursus igitur ad ablativi, liberiorem et vetustiorem usum, quem supra descripsi, refugiendum est. nominativus est Caecil.

Digitized by Google

Idem studium amittendi plenam declinationem testatur alius nominum in *tus* exeuntium ordo, quorum aut solus dativus exstabat aut postea demum alii casus fingebantur. Dativi autem idem usus est in eis, qui in alius figurae nominibus: significat finem simili modo, quo gerundium praemissa praepositione *ad*. Etiam hoc dicendi genere fictionem novarum formarum adiutam esse veri simile est.

Curc. 578: *linteumque extersui* (codd. *extersum*, corr. Palmerius) inter alia lenonis instrumenta domestica enumeratur. Ne in hac quidem voce semel lecta novitas certa est; potest sermonis domestici esse (Landgraf, arch. III 63 et 56), ut similes formae Varr. Men. 262: *ceteras res esui usuique*, cf. Nov. Atell. 14: *iam ego illi subiens sublabrabo esui illud sinciput.*[1]) Pendet autem dativus ex nomine, ut Cato agr. 5, 3: *satui semen, cibaria, far* e. q. s.; haec nominum coniunctio inter ea exempla nominis e nomine pendentis habenda est, quae in Cap. I commemoravi (p. 74 sqq.), cf. etiam Landgraf, l. l. p. 63. Ad nomen et verbum referri potest dativus Cato agr. 60: *praeterea granatui videto uti satis viciae seras.* Hoc quoque denominativum factum ex grano semel legitur; sed non totum callemus huius aetatis sermonem rusticum.

Poen. 1281: *tum profecto me sibi habento scurrae ludificatui.* Eiusmodi dativi cum habendi verbo saepius coniunguntur. Plaut. Men. 693 sq.:

quando tu me bene merentem tibi habes despicatui,
nisi feres argentum, frustra me ductare non potes.
aliam posthac invenito quam habes frustratui.

---

com. 35, Ter. Phorm. 608, genetivus alterius declinationis (cf. supra *partus*) Phorm. 154: *ubi in mentem eius adventi veniat.* — *ritu*, cuius origo obscurata est, sexto casu cum attributo dicitur Plaut. Men. 395 (Cas. 747 in Palatinis rarum vocabulum *bliteo* cum crebriore *ritu* commutatum est), Cato frg. p. 48, 14 (cf. Varro de l. l. VII 88), Pacuv. trag. 393, Lucil. 861 (*rito* trad. Non. p. 33, 2), aliter nusquam a veteribus scriptoribus; eo differt a *rite* quod plane adverbium est, ut *astu*. — *plausum* semper Plautus dixit pendentem ex dando, Terentius plaudendi nomen omnino non scripsit, alia fabularum conclusione usus (*plaudite* Hec. Ad. Andr., *valete et plaudite* Eun. Heaut. Phorm., cf. Curc. Epid. Mil. Persa Poen. Trin., sim. al.); Naevius autem com. 72: *his meis probavi plausibus.* Ennius ablativo, sed singulari usus est, proprio significatu, trag. 357: *plausuque premunt alas*; ann. 419 V: *it eques et plausu cava concutit ungula terram.* — *conspectus* ablativus creber erat, cum praepositione, quae est *ex*, Ter. Hec. 182, Pacuv. 184, Acc. 32, semper apud Plautum excepto Trin. 279: *me abs tuo conspectu occultabo*, cf. Eun. 293: *a conspectu amisi meo*; cum praepositione, quae est *in*, Crassus or. frg. p. 267, 270 (cf. Cic. epist. I 7, 5, Verg. Aen. I 184, II 21 et 67); accusativo semper praemittitur *in* a Plauto, sed novator Terentius est, a quo accusativus (cum infinitivo coniunctus) subiecti loco positus est Hec. 788, obiecti Heaut. 434. — dicebatur *usus est* vel *venit*, *usui est* (v. infra), *ex usu* Merc. 394, Persa 563, Eun. 1077, Hec. 548, 616, Heaut. 210, 221. liberiore modo positum est *usu* Stich. 241, Amph. 375, 845, *in usu* Bacch. 63, Most. 145, *in usum* Most. 123, *usus* Most. 113, Merc. 832, Mil. 810, Ad. 856. — cf. *in promptu (esse)* Neue l. l. p. 754.

1) de casibus postea fictis v. Neue I³ p. 758.

Digitized by Google

Cf. Cic. Flacc. 65: *si quis despicatui ducitur*, Fronto, princ. hist. p. 205 N: *sagittarum ictus . . . despicatui habentibus*. Verbum despicandi perrarum est (Plaut. Cas. 186); exstant autem derivata *despicabilis*, *despicatus* adi. (Plaut. Cas. 189), *despicatio*. Spernitur forma *despicatui* et loquendi figura Rhet. Her. IV 51: *ludibrio et despectui paternis inimicis erunt oppositi* (cf. C G L. V 190, 35, emendavit Goetzius). *Frustratui* post longum temporis spatium Nonius dixit p. 6, 23: *calvitur dictum est frustratur, tractum a calvis mimicis, quod sint omnibus frustratui*. Rei nomen ex frustrando factum inde a Plauto *frustratio* est.

Servavit Ambrosianus codex Cist. 365 sq.: *quam ob rem me meumque filium quom <matr>e remque nostram habes perditui et praedatui*. Rursus casus, ut ita dicam, semel lecti. — Eadem verborum structura est Epid. 520: *me impune irrisum esse, habitum depeculatui*[1]); versus cum 518 sq. in Palatinis codicibus additus est. Traditum est *depeculatum*, ut *extersum* Curc. 571.

Adiectivis adiunctus dativus supino appropinquat. Bacch. 62: *quia istaec lepida sunt memoratui;* cf. Cist. 228: *estne hoc miserum memoratu?*

Restat dativus nominis usitati, cuius verbum periit[2]), Cist. 70: *gustui dat dulce, amarum ad satietatem usque oggerit;* traditum est *gustu*.

Vetustatem et largum usum huius dativi etiam ea nomina testantur, quorum alii quoque casus in usu erant. Sunt Rud. 294: *hisce hami atque haec harundines sunt nobis quaestu et cultu*, Poen. 626: *ut quaestui habeant male loqui melioribus*, Most. 125: *nec sumptus ibi sumptui esse ducunt.*[3]) Sed hi appellativorum non verbalium dativi sunt; quod discrimen manifestum est in utendi nomine, cuius dativus a Plauto sine verbo substantivo non positus est; significatus vocis hac in dictione ab utendo recessit; qui qualis sit, synonymi auxilio intellegitur Men. 358: *qui mi est usui et plurimum prodest* et ex contrario Mil. 601: *neque potest quin, si id inimicis usuist, obsit tibi.*[4]) Traductio autem facta ab utendi sensu ad eum, qui est verbo *prodesse*, facile fieri poterat et cogitari potest. Colligi igitur potest hac in locutione *usui* dictum esse olim eo sensu, quo Varro Men. 262 et quo a Catone *usioni* agr. 38, 4: *quae tibi usioni supererunt*,

---

1) a depeculando; explicatur a Festo p. 75, 11 M: *depeculatus a pecore dicitur; qui enim populum fraudat, peculatus poena tenetur;* nescio unde *depeculatus* ei notus fuerit; nomen enim simplex esse solebat.

2) intensivum, quod est *gustare*, eius vice fungitur; *gunere* formam simplicis verbi fuisse colligit O. Mueller ad Fest. p. 71, 2: *degunere degustare*, cf. C G L. II 41, 27.

3) Mil. 672: *tanto sumptui esse*, sim. 740, ad alium usum non minus notum traducit.

4) dativi figura *usu* legitur vel poscitur Truc. 721, Rud. 1083, Pseud. 306 (restituta ex *iustus* cf. Langen Beitr. 162); Most. 250 in verbis *elusa est* latet *usus est* (sic Camer. all.); ibidem ablativus *speculo* adiungitur.

Digitized by Google

149, 2: *domini usioni recipitur*, 145, 3: *accedet oleum et sale suae usioni quod satis siet,* sive hae reliquiae sunt potestatis vetustae inter utrumque suffixum eligendi, sive tertiae declinationis dativus, postquam ille cum verbo substantivo coniunctus ad significatum *prodesse* abiit, subrogatus est in quartae locum.

Horum dativorum duos, *memoratui* et *gustui*, supinis prope accedere dixi; neque desunt, qui freti mutatione ex *-ui* in *-u* non raro facta (v. Neue Formenl. I[3] p. 539) contenderint supina, quae dicuntur altera, dativos quartae declinationis esse.[1]) Et sensu et forma haec sententia ita commendatur, ut videamur totam viam respicere, quam supinum alterum decurrerit, ortum ex dativo finali verbalium quartae declinationis, imprimis idoneum ad supplendam adiectivorum notionem, sive verbum substantivum adiungitur sive deest. Nam his tantum formis in *tu* exeuntibus supini alterius nomen indo, quae similiter atque infinitivus adiectivis adiungi possunt, secutus Richterum (de supinis Latinae linguae III 1858 p. 1 sqq.); possint ex dativi usu deduci etiam eae formae, quae recipiuntur dictionibus: *nefas fas opus scelus est* (Richter IV 2); de *pudet dictu* v. infra p. 137, 2.

Sed huic supini deductioni nocet, quod altera non minus veri similis est. Nam altera quoque ratione conexus supini et formae nominis aperiri videtur. Richterus (III p. 6 sqq.) formarum syllaba *tu* finitarum non paucas ablativi vi facile explicari animadvertit; ubi adiunguntur adiectivis *dignus indignus* et dictioni *opus est,* ablativus ratione grammatica poscitur. Idem observavit congruere cum supino interdum ablativum, quem dicunt limitantem aut qualitates indicantem, et interdum uno loco utramque formam eodem significatu positam esse (IV p. 15 sqq.). Constat discrimen fieri non posse inter nomen et supinum talibus locis, qualis est Cato agr. 157, 2: *haec est natura et aspectu bona,* cf. Lucil. 1039 L: *quaeque aspectu sunt spurca et odore*, Plaut. Stich. 59: *servos is habitu hau probust*, cf. Poen. 238: *modus omnibus rebus, soror, optimus est habitu,* cf. 288; de ablativo agnoscendo minus dubitamus in nomine usitato Mil. 101: *qui est amor cultu optimus;* sed 685: *bona uxor suave ductust*[2]) et Trin. 679: *facilest inventu* plane supini sensum et usum ostentant.

Ex duplici deducendi potestate non sequitur licentia deducendi supini, prout cuique magis probatur, ex ablativo aut ex dativo, sed cautio, ne unius casus vis in tam trita locutione nimis quaeratur. Nam satis constare mihi videtur etiam alterum supinum iam pristinis Romanarum litterarum temporibus formam fuisse suo sibi proprio significatu praeditam. Accedit, quo haec sententia firmetur, ut gramma-

1) Reisig schol. III p. 796; editorum adnot. ibid. 800; Schmalz Synt.[3] p. 320; Kuehner, Gr. L. I p. 553, cf. I p. 450 sq.

2) nomini *ductus* alius significatus est; ubi nomen usitatum et forma in *tu* exiens sensu discedunt aut omnino eadem stirpe nomen non derivatur, supinum intellegendum erit velut Cas. 538: *vilis emptu est* (AP: *emptus*). — ablativis ego inserui *natu,* supinis Richter III p. 16.

Digitized by Google

ticis supinum a declinatione iam avulsum esse visum est; quorum antiquissimum testimonium est Quintiliani Inst. I 4, 29: *quaedam simile quiddam patiuntur vocabulis in adverbium transeuntibus; nam ut noctu et diu, ita dictu factuque. sunt enim haec quoque verba participialia quidem, non tamen qualia dicto factoque.* Manifestum est a grammatico originem formae recte cognitam esse, quae temere loquentibus iam pro adverbio valebat. Itaque non exspectari potest unam explicationem ex nonnullis exemplis casu perspicuis sumptam omnibus reliquis aptam esse; fortasse non una est origo, sed et dativus et ablativus ad totam exemplorum multitudinem suam quisque partem contulerint. Ne locativus quidem, qui forma commendatur (cf. Brugmanni compend. II p. 1414), ad explicationem conducit, et quia intercessit casuum confusio et quia iter non tam facile est, quam Deeckius putavit[1]), ab ablativo localem sensum possidente (e. g. *adventu Caesaris*) ad supinum vel etiam ad ablativum limitantem, (e. g. *facile factu).* Incerta igitur sunt, quae de supini origine conicimus: licet nobis animo proponere prodiisse hanc formam ex tali dativi aut ablativi usu, qualem observare possumus. Ne in ablativis quidem, quos antea tractavi, ablativi vis ad eorum usum plane explicandum sufficit.

Ab hoc igitur conatu desistens processum malim constituere nominis quartae declinationis rigescentis et transeuntis ad adverbialem sensum: Ineuntibus litteris Romanis supinum, quod dicitur primum, iam declinationis verbi pars erat, cui postea a grammaticis insertum est[2]), iam obiectum et similia verbo convenientia recipit (Richter I p. 33 sq.), a nominis declinatione avulsum est suo significatu et usu non nimis libero (Richter I p. 29 sq.) praeditum; forma accusativi est; sensus ab eo accusativo non longe abest, quo indicatur, quo quis eat; transitum ab eo ad supinum haud difficile est excogitare, sed conexus inter hunc accusativi usum et supini iam interruptus est (cf. Richter I p. 11 sqq., II p. 8). Hoc modo excultum supinum iam Italicorum temporibus fuisse Vmbrorum supinum docet.[3]) Rigescendi studium vel periculum huic nominis formae in verbi declinationem paulatim irrepenti innatum erat, quantum nobis respicere licet, si Italicorum supinum, Indorum infinitivus in syllaba *tum* exiens (v. Brugmanni Compend. II p. 1414) similesque eiusdem nominis verbalis (v. Delbruecki Synt. comp. II p. 475) cognatarum linguarum formae continuationes eiusdem primordii sunt; sed neque eadem celeritate omnes linguae procedebant neque ad eundem finem pervenerunt.

Supinum alterum, cuius linguas cognatas participes esse negat Delbrueckius l. l., postea eandem viam ingressum est; id quoque in

---

1) Beiträge zur Auffassung der lat. Inf. Gerund. u. Sup.-Constructionen, Progr. Mühlhausen 1890, p. 48 sq.; cf. Haasi adnot. 598 ad Reisigi schol. III et I adnot. 279.

2) Jeep, Lehre v. d. Redeth. p. 259.

3) pendens ex eundi verbo, v. Buecheler Vmbr. p. 197; antiquissima latina Landgrafius praebet arch. XI p. 103.

Digitized by Google

verbi declinationem a grammaticis receptum est; a nominis declinatione non eodem modo dirimendum est, etsi eius usus non minus angustis finibus circumscriptum est quam illius; dependent ex eo non casus, sed praepositio *de* et enuntiationes (Richter IV p. 6).

Dativorum similis usus non creber erat, fortasse prohibitus supinis, fortasse latens in eis; significatu et usu arte cum verbo cohaerent; longissime a verbo distant ablativi, quorum solum *rogatu* attributo, certissimo signo nominalis naturae, caret; usu tamen ei quoque paulum ab ablativi sensu soluti sunt et suum dicendi genus efficiunt.

Ad talium formarum exemplum nomina quartae declinationis omnia ficta sunt, quae antiquissimis temporibus nova esse videntur. Sed me ipsum de nonnullorum vetustate aut novitate dubitare supra adnotavi neque, quia de locutione antiquitus tradita agitur, certo effici posse puto, quae exempla Plautus a maioribus acceperit quaeque in eius sermone nata sint.

Aliter res se habet in genere dicendi, quod hic omitti non potest, quia id quoque a nonnullis[1]) supini alterius usui adscribitur. Sunt enim ablativi pauci eo sensu positi, qui ab auferendo dicebatur. Quae cum ex Plautino ablativi usu non satis explicari possint neque postea usus latius pateat, veri simile est, vetustum quoddam genus dicendi his paucis exemplis, ad quae reductus est, servari.

Sunt Men. 277: *opsonatu redeo* (item Men. 288, Cas. 713); ablativus nominis verbalis est, etsi Mil. 749: *opsonatum pergam* supinum est (item Cas. 441, Stich. 451.), participium Truc. 740: *praeterea unum in obsonatum*, quae verba Leo coll. v. 444 sq. sic correxit: *praeterea una mina obsonatum;* cf. Men. 320: *satin hoc quod vides tribus vobis opsonatumst (-tust* codd.) *an opsono amplius,* Bacch. 143: *an hoc ad eas res opsonatumst*, cf. Ter. Andr. 451: *vix, inquit, dracumis est obsonatum decem.*

Cato agr. 5, 5: *primus cubitu surgat, postremus cubitum eat, cubitum* supinum est, cf. ibid. 143, 2, *cubitu* ablativus nominis, cuius plurativus ablativus legitur Amph. 1122: *is se dixit cum Alcumena clam consuetum cubitibus.*

Praeterea[2]) adfertur Stat. Ach. I 119: *venatu rediturum;* sed id quoque nomen est Plaut. Rud. 970: *hunc qui cepi in venatu meo.*

Merito Draegerus Synt. hist. II p. 867 ex his exemplis supini alterius localem sensum consequi negavit. Omnino non video, qua via ab his ablativis ad supinum veniatur. De hoc igitur usu item iudicandum est atque de ablativis et dativis quartae declinationis, quos supra tractavi, exempla locutionis rigescentis ea esse.

---

1) ab editoribus schol. Reisigi III adnot. 800, Schmalzio Synt. histor.[2] p. 322, Kuehnero, Gr. L. I 450 sq., Stolzio, Gr. histor. p. 434.

2) Stich. 359: *quos* (sc. pisces) *piscatu rettuli,* correxit sic Lipsius tradita verba: *piscator attulit* A P; cf. 289.

Digitized by Google

Inter argumenta, quae pro ablativo supini afferuntur, inde a Reisigio (schol. III p. 796, cf. Richter III p. 6) ablativus est, quem *opus est* poscit, velut Cist. 111: *si quid opus tibi erit promptu, promito.* Ter. Heaut. 941: *sed ita dictu opus est,* Ad. 740: *si illud quod maxume opus est iactu non cadit.*[1]) Huic sententiae participii ablativus eadem in dictione positus adiumento est, quem non tam participii formam quam nominis verbalis dixit Brugmannus (Quaest. Indog. V p. 148 sqq.) talibus locis: Amph. 169: *quod facto aut dicto adeost opus.* Bacch. 604: *celeriter factost opus.* Trin. 807: *quod iam properatost opus.* Andr. 715: *ita factost opus,* item Ad. 601. Heaut. 80: *tibi ut opus factost face.* Ad. 342: *quapropter quoquo pacto tacitost opus.* Trin. 584: *de dote ut videat quid opus sit (possit* codd.) *facto.* Hec. 431 sq.: *in arcem transcurso opus est. — quoi homini? — tibi. — in arcem? quid eo?* Cist. 531: *amens ne quid faciat, cauto opust,* similiter Most. 902, Merc. 333, 466, 566: *equidem hercle opus hoc facto existimo, ut illo intro eam* e. q. s. Merc. 330: *hoc nunc mihi viso opust, huic persuadere quomodo potis siem.* — Consulto ea exempla elegi, ubi adverbia vel praepositiones ad participium referri possunt; sed quae sic pendent, eadem sunt atque quae ex quolibet nomine, etsi non verbale est, pendere possunt. Corrigenda autem est Brugmanni opinio, qui forma neutrius generis facilius speciem nominis praebente adductus est; in femininis de participii natura nemo dubitabit velut Hec. 665: *remissane opus sit vobis redductan domum;* praeterea sunt exempla, ubi participium attributi loco nomini adiunctum est Pseud. 50: *quam subito argento mi usus invento siet,* Pseud. 732, Persa 584, Cas. 502, Curc. 302, 322. Eadem verborum constructio in neutro pronominis plurali admittitur Mil. 914: *quid istis nunc memoratis opust quae commeminere?,* Men. 955: *ut parentur, quibus paratis opus est.* Itaque etiam in singulari numero participium agnoscendum est.

Si quis contenderit formas in *tu* exeuntes velut *promptu* supina esse, cum etiam ex nominibus *fas* et *nefas* supina pendeant, non refutari potest. Nam utri orationis parti, nomini an verbo, haec forma dubia hac in locutione addicenda sit, diiudicari non potest. Nam infinitivi sensui et appropinquat ipsa[2]) et forma illa participii, quacum commutatur. Vtraque igitur non longe abest ab eis infinitivis perfecti passivi, quos verbo *esse* carentes verba *velle nolle malle oportet* accipiunt (Tammelin l. l. p. 105, p. 77, p. 84 adnot. 1); hi cum

---

1) reliqua, quae Tammelinus l. l. p. 107 adnot. 5 attulit, neque supina neque, si sensum spectas, verbalia sunt, sed appellativa, ut *sumptu* Phorm. 166, Bacch. 707. — haec forma sub duplici memoria latere possit Cas. 587: *quod facto est opus* P, *factust* A; Poen. 519: *non factost opus* P, *factust* A.

2) certant supinum alterum et infinitivus saepe de loco, v. Richter IV p. 12 sq.; etiam Tac. Agr. 32 *pudet dictu* non aliter supinum adhibetur quam si dicitur *opus est dictu.*

Digitized by Google

infinitivis praesentis temporis facile in eisdem verbis commutantur; praesentis autem infiniti, qui in artibus grammaticis et in usu loquentium cum gerundi casibus conectuntur, a nomine verbali proxime absunt. Itaque inter accusativum verbalis quartae declinationis et infinitivum perfecti passivi interdum distinguere difficile est, velut Plaut. Cist. 31: *eas si adeas, abitum quam aditum malis,* cf. Persa 448: *reditum oportuit* (Capt. 793: *hic homo pugilatum incipit).* Tammelinus l. l. p. 81 iure infinitivos Cist. 31 agnovit, sed forma etiam nominis est, id quod sensu non plane vetatur.[1]) Signum est incipientis confusionis, in quam postea ineruditi incidebant, cf. CIL. VI 10247, 14 sq.: *et at id monumentum itum, aditum, ambitum, adque*[2]) *haustum, coronare, vesci, ... ossa inferre uti liceat;* sim. VI 9404, 14 sq.: *uti liceat itum, aditum, ambit, haustum aquae, ligna sumere,* cf. VI 13823, 9 sq., 10231, 13 sq., 10562, 5 sqq. In his inscriptionibus formae, quae in *tum* exeunt certo nomina sunt; nam pendet genetivus *aquae* ex eo, quod est *haustum.* Easdem formas nominativorum vice positas attulit Diehlius (de m finali epigraphica Ann. phil. Suppl. XXV p. 199) ex CIL. VI 26355: *itum ambitum ... permissum.* Sed ne hae quidem ab infinitivi sensu longe absunt; illae verbo, quod est *licet,* simul cum infinitivis adiunguntur. Idem accidit CIL. VI 3626: *itu ambitu coronare sacrificare,* sive hae formae amissa littera m factae sunt (Diehl p. 270), sive supina altera sunt infinitivi modo adhibita.

Legi, quam de nominibus quartae declinationis valuisse ostendi, praeter ea, quae iam attuli, unum nomen repugnare videtur. Sed ne id quidem, cum eius non plane eadem condicio sit atque eorum, quae adhuc pro novis vindicavi.

Rud. 296: *pro exercitu gymnastico et palaestrico hoc habemus.* Piscatores se mane piscatui operam dantes cum adulescentibus in palaestra se exercentibus comparant. Dicitur igitur *exercitus* eo sensu, quem praeterea solus Priscianus testatur gramm. III 444, 31: *hic exercitus* ὁ cτρατὸc καὶ ἡ γυμναcία *huius exercitus* (II 256, 9).[3]) Nam in reliquo usu exercitus cτρατόc est, inde a priscis temporibus velut Naevio Plauto Terentio Catoni. Exercendi nomen tum tertiae declinationis erat, Cato frg. (Gell. XI 2, 6): *si exerceas* (ferrum) *conteritur; si non exerceas, tamen robigo interficit; item homines exercendo videmus conteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio.*[4]) Postea praeferebantur cum *exercitium* tum

1) etiam accusativi hortando adiuncti (praeter pronominum formas *hoc id*) supinum causam fuisse probabilis Landgrafi coniectura est arch. XI p. 104.

2) sic lapis, Wilmanns Ex. inscr. lat. nro. 311, 10 coniecit *aquae.*

3) ne reliqui quidem grammatici hunc significatum novisse videntur, sed nomen et adiectivum distinguebant Paul. Fest. p. 81, 8 M, Probus inst. IV 116, 2 sqq., Agroec. VII 116, 7 (item Beda VII 272, 9, Albin. VII 301, 2).

4) *exercitio* praeterea a Paulo servata est p. 81, 8, ubi C. O. Mueller antiquam hanc vocem a iuris consultis redintegratam esse adnotavit, certo tamen sensu, cf. Heumann-Thon Handlex. s. v. *exerceo, exercitio.*

Digitized by Google

exercitatio.[1]) Cur Plautus Rud. 296 vocabula usitata spreverit, nescimus. Hoc uno loco fretus contendere non ausim Romanis tum verbalia in *tus* tam libero modo facere licuisse; nam obstant, quae de hac verbalium classi disserui. Ex variis formis *exercitio exercitatio exercitium exercitus* id concludi potes in hoc verbo non plane inter loquentes convenisse, quali figura verbale fieret; quo modo accidere poterat, ut loquentes adducti fortasse figura usitati vocabuli *exercitus* (στρατός) quartae quoque declinationis suffixum eligerent. Quam explicandi rationem non temere excogitavi; nam cum alia verbalia similiter interdum ab usitato significatu ad verbi reducuntur vel, si mavis, ex eo quasi denuo finguntur, tum vox *exercitus* verborum ludi gratia idem aliis quoque locis patitur.

Capt. 153: *quia nunc remissus est edendi exercitus.* Verbo edendi fit, ut exercitui sensus exercitandi poscatur, sed et remittendi verbo et sequentibus verbis (154—166), ubi exercitus Romanorum more *imperatur*, animus ad cogitandos milites impellitur. Hac enim vocis ambiguitate, quam forma admittit, poeta transitum ad digressionem sequentem suorum spectatorum gratia Graecae fabulae insertam sibi paravit.

Similis ludus est praeterea Cist. 58: *noli, obsecro, lacrumis tuis mi exercitum imperare* sive hic mens a nomine exercitus ad exercendi i. e. cruciandi sensum vertitur (cf. Vssingi adnot. ad h. l.); sive ambiguitas ea est, ut imperetur exercitus (στρατός) lacrimarum aut exercitus (γυμνασία) lacrimandi.

Ad cruciandi sensum nomen agentis flectitur Trin. 225 sq.: *egomet me coquo et macero et defetigo, magister mihi exercitor animus nunc est;* simplicem exercitandi notionem habet Trin. 1015 sq.: *huic, quisquis est, gurguliost exercitor; is hunc hominem cursuram docet.* Illo loco (Trin. 225) de duplici sensu dubitari non potest; nam ad rem non opus erat post *magister* adicere *exercitor;* quod nomen agentis alteri nomini attributi vel oppositi loco adiungitur, cf. Persa 710: *pessimus hic mi dies hodie inluxit corruptor*, Cato agr. 1, 4: *de domino bono colono bonoque aedificatore*, Stich. 746: *mulier meretrix*, Men. 261 sq.: *meretrices mulieres*, sim. Poen. 1094, Curc. 76: *custos ianitrix,* Pacuv. trag. 403: *Calidonia altrix terra exuperantum virum.* Postea haud pauca eiusmodi verbalia adiectivorum more nominibus adiungebantur. Plauti temporibus ea non plane adiectivorum vim nancisci, etiam si iuxta nomina ponebantur, apparet ex Amph. 188: *victores victis hostibus legiones reveniunt domum.* Non enim dicit *victrices,* quamquam feminina forma facile derivari poterat, nisi in usu fuisset, v. Plaut. Cas. 818: *vincasque virum, victrixque sies;* paulo post

---

1) cf. Varronis originationem de l. l. V 87: *exercitus, quod exercitando fit melior;* Cassiod. Gramm. VII 204, 9 (ab ex et arceo): *ut exercitus, qui sub disciplina certa arcetur, unde exercitatio.*

Digitized by Google

adiectivum est Pall. inc. 13 (Varro de l. l. V 62): *victrix Venus.*[1]) Qui usus eo facilius profecit, quo verbalia cum verbo substantivo coniuncta (velut Cas. 818 et supra p. 110) ad eum prope accederent.

Propter ambiguitatem cum Cist. 58 et Trin. 225 comparari potest Epid. 522 sq.: *qui omnium legum atque iurum fictor, conditor cluet.* Condĭtor cum condītore uno in vocabulo coniunctus est, referendus ad condendas leges aut condienda iura[2]); ne *fictor* quidem duplici sensu caret, et translate dictus de legibus et iure intellegi potest, et proprie de fingendis legibus, tamquam libis, ut erant fictores inde appellati Varro de l. l. VII 44. Hic igitur acumen sermonis eo positum est, ut nomen ad id verbum referatur, a quo derivatum esse possit, re vera non deducendum est.

Repudiata hac licentia, quae poetae comico ipso poeseos genere conceditur, alibi Plautus satis habet usitatis vocabulis verbi significatum usu amissum aut mutatum reddere. Velut imperatoris vocabulum iam tum a verbo abalienatum erat. Summum ducem militum significat; abiit igitur in dignitatis publicae appellationem (cf. Varro de l. l. V 87); qua si quis utebatur non imperantem quemquam cogitabat, sed eum, qui exercitui aut Romano aut alius nationis praeerat. Sed cum origo nominis perspicua esset, facile sic intellegi poterat, ut imperans aut dux aut quilibet significaretur. Hoc sensu est Plaut. Curc. 115: *imperator quis est?* Antecedunt imperantis verba 114: *redi et respice ad me, Leaena.* Circumscriptio verbi est, quam saepe observare licebat (cf. supra p. 110).

Ex verbo antecedente simplex imperandi sensus repetitur Mil. 1159 sq.: *nunc hanc tibi ego impero provinciam. — impetrabis imperator* e. q. s.; paulo post 1162: *voluptatem mecastor mi imperas.* Similiter ad verbum redit Capt. 306 sq., 166 et 155, Poen. 4 et 44.[3]) Adiuvante verbo substantivo (ut Plaut. Curc. 115 fit) etiam *amator* Amph. 106 (v. supra p. 85) amantis vice ponitur, cf. Men. 268, Eun. 665. Item *spectator,* qui a spectandis ludis Plauto et Catoni (frg. p. 59, 1) dicitur, ad alium spectandi sensum refertur Ter. Eun. 566: *quam elegans formarum spectator siem;* comparari possit Plaut. Persa 440: *quoi . . . dem spectandum* sc. aurum. Eodem modo fortasse *conciliatrix* a lenae significatu, quem Lucil. 277 L., Cic. nat. deor. I 77, nomen togatae ab Atta scriptae (com. p. 189) testantur, ad conciliandi bonum sensum revocatur Mil. 1410: *ancilla conciliatrix quae erat,* cf. 1212, 801.[4])

---

1) v. hoc de nomine Reisigi schol. (ed. Hase) p. 158; de reliquo usu Kuehner, Gramm. Lat. II p. 17, 2, I p. 349 adnot. 4, Neue et Wagner, de formis latinis II³ p. 35.

2) Leo contulit Cic. pro Cluent. 71 sq., Quint. decl. p. 63, 5.

3) deorum epitheton *imperator* omnino propius ab imperandi sensu abest, quam honoris publici appellatio, Amph. 1121, Pacuv. trag. 295 (v. Ribbeck coroll. I² p. XLVI), Cic. Verr. IV 28 sq., Carm. epigr. 2, 5.

4) Cic. de leg. I 27: *orationis vim, quae conciliatrix est humanae*

Digitized by Google

Factio iam Catonis temporibus partes dicuntur a quibus, qui in re publica versatur, stat, v. Cato frg. p. 54, 4: *utrinde iram, utrinde factiones tibi pares*, p. 88, 2: *inter se natinari atque factiones esse*, C. Gracch. orat. frg. p. 232: *inimicorum meorum factio*. In comoediis homines, qui cognatione, fortuna, vitae agendae ratione magis inter se quam cum ceteris congregantur; Caecil. com. 172, Turpil. 208, Titin. 108, (Brix ad Trin. 452). Ab hoc significatu fortasse dirimenda sunt Bacch. 842: *quae haec factiost?* Rud. 1371 sq.: *quae haec factio est? non debes?* Vtroque loco alter alterius rationem agendi erga se queritur. Trita locutio esse potest, qua primarius faciendi sensus nomini servabatur[1]) vel, quotiescumque ea usurpabatur, a loquente reddebatur. Figura quidem interrogationis trita erat, et ea, cuius gratia etiam nova nomina eiusdem speciei fingerentur, velut *congeminatio, conduplicatio, eminatio* (cf. supra p. 117). Eadem figura est Bacch. 583: *quid istuc? quae istaec est pulsatio?* Rud. 676: *quid est? quae illaec oratiost?* Hec. 198: *quod hoc genus est, quae haec est coniuratio?*[2]) Sed praeter verbalia etiam alia nomina admittebantur; trita locutio est imprimis *quod hoc est negoti?*[3])

Quaestio quoque, quae plerumque iudicis quaestio est, simplicem quaerendi sensum retinuit in dictione, cuius exempla attuli p. 91. *Accessio* in cottidiano sermone translate dicebatur, plerumque res accedentes significans Cato agr. 144, 5: *accessiones . . . accedent*, sed actus accedendi praeter exempla recentis aevi tantum in interrogatione est, quam p. 93 commemoravi.

Censionem facere dicebatur censor, cum multam equiti inrogabat Paul. Fest. p. 54, 5 M, sic Plaut. Aul. 601: *abstinebit censione bubula*, cf. Paul. ibid. 3: *censio hastaria*. Vtut de nonnullis exemplis dubiis[4]) iudicandum est, constat censionem de censoris officio dici. Sed Rud. 1273: *adsum equidem, ne censionem semper facias* ad verbum *censeo* respicitur, quo servus etiam atque etiam ero interroganti inde a versu 1269 respondebat. Et ad illam censoris censionem alluditur, ad quam

---

maxime societatis (cf. de off. I 12), similiter Lael. 37: *conciliatrix . . . fuerit* aut pro *conciliat* dicitur aut appellativum τροπικῶς ponitur (cf. Sest. 21: *nobilitate ipsa, blanda conciliatricula*. Paul. Fest. p. 62, 13 M Brixius ad Mil. 1410 spectare vidit (adnot. ad Trin. 136). ex Isidori originatione X 63 uterque significatus colligi potest.

1) eum praeterea iuris consulti servabant, v. supra p. 98.

2) cf. Cic. ep. XI 27, 4: *quae tua fuerit adsessio, oratio, confirmatio animi mei fracti* e. q. s., Plin. n. h. XI 110: *quae tunc eorum concursatio, quam diligens cum obviis quaedam conlocutio atque percontatio!*

3) exempla collegit Bachius in Studemundi Studiis II p. 167 et 222.

4) Varro de l. l. V 81: *censor ad quoius censionem, id est arbitrium, censeretur populus;* Varro forsitan derivandi gratia censionem dixerit (cf. infra p. 157); ipse enim id vocabulum, quo censoris originem detegere studet, explicat *id est arbitrium*. cf. Paul. Fest. p. 65, 9 M: *censio aestimatio, unde censores*. Gell. XVI 10, 13: *et non capitis censione, sed prosperiore vocabulo;* X 28, 2: *ex ista censione Servi Tulli*, sed ibid. 1: *census faciendi gratia*.

Vssingius rettulit verba: *dic ergo, quanti censes* 1272, et ad dictionem assentientis saepe auditam *censeo* (exempla congessit Vssingius ad Amph. 959). Sed quia eundem ludum denuo coeptum sic concludit 1279: *nunc non censet, cum volo*, etiam 1273 circumscriptionem subaudiri apparet, qua censendi notio acrius quam nudo verbo auribus imprimitur, quasi dicat, ne tu semper *censeo* facias. Sic hunc versum intellegendum esse praeterea docemur scaena simillima IV 6, quam haec in memoriam revocat; hic enim adulescens ab eodem servo adducitur, qui illic (IV 6) a patre amicae eum quaerere iubetur. Illic a servo 1211 sqq. et a domino 1217 luditur verbo, quod est *licet*. Concluditur prior pars sermocinationis 1216: *omnian licet?*, altera 1225 sq.: *Hercules istum infelicet cum sua licentia, ita meas replevit auris, quidquid memorabam, licet.* Accedente adnominatione *infelicet* ... *licentia*[1]) '*cum sua licentia*' sic dicitur, ut non servi mores liberi significentur, sed illud *licet* perpetuum. Voluisse poetam ludum repetendi eandem vocem locis ipsis manifestum est; idem artificium adhibetur Poen. III 4, ubi *quippini* inde a 731 sexies respondetur, cf. *scivimus* 724 et 725, sed *vidimus* 723, *meminimus* 727, similiter Men. 621 sqq.: *nugas agis* quinquies in fine versus, Asin. 921 sqq.: *surge amator, i domum* item quater.

Quod contendi *censionem facere* dictum esse pro nudo verbo censendi, alia eiusdem circumscriptionis exempla adsunt Plaut. Rud. 599: *ad hirundininum nidum visa est simia ascensionem ut faceret admolirier*, Truc. 395 sq.: *ut esset aliquis laqueus et redimiculum, reversionem ut ad me faceret denuo,* item Bacch. 296: *revorsionem ad terram faciunt vesperi*, Poen. 41 sq.: *in popinam pedisequi inruptionem facite* (versus non Plautinus). Pro verbo transitivo: Cist. 144: *suppositionemque eius facere gratia;* sed obiecto caret, cf. 136: *capse quod sibi supponeret.* Passive eo facilius circumscriptio praeferebatur, quia *fieri* a verbo substantivo paulum differt.[2]) Mil. 942: *ubi facta erit conlatio nostrarum malitiarum* (cf. Iuvent. com. 2), Capt. 366 sq.: *mutatio inter me atque illum ut nostris fiat filiis,* item Ter. Hec. 633: *mutatio fit,* Hec. 831: *inde est cognitio facta, Philumenam compressam esse,* cf. 830: *cum haec cognovit.* In locum verbi amissi[3]), cuius perfectum reflexivo sensu praeditum exstabat, tamquam causativum *mentionem fieri* substitutum est; Persa 108 sqq.: *sed* ⟨*tu*⟩, *ecquid meministi, here qua de re ego tecum mentionem feceram? — memini* e. q. s. Semper *fit mentio,* aut aliquis *facit mentionem,* vel rei vel de re, cum aliquo, sequente *ut* aut accusativo infinitivum secum habente: talis[4]) usus in Plautinis fabulis est et Ter. Eun.

---

1) de neglecta quantitatis syllabarum differentia cf. supra *condĭtor*.
2) Landgraf, Bl. f. bayer. Gymnas. 327. Thielmann ibid. 206.
3) ex auctione novum deducebatur verbum auctionandi; antea *auctionem facere* dicere coacti erant, sed *auctio* semper sine faciendo adhiberi poterat Men. 1161, Stich. 207, 235, pluraliter 385; *praedicatur* Stich. 195, 245, 208a.
4) Liv. Andr. (Prisc. II p. 198, 10): *escas habemus mentionem.*

Digitized by Google

437. Postea autem rursus verbo carens adhibebatur a Caecilio com. 159: *taedet mentionis* aliisque. Sonandi verba item circumscribebantur Mil. 1377: *hinc sonitum fecerunt foris,* Caecil. com. 20 sq.: *numquid nam fores fecere soniti,* Naev. com. 114: *tantum ibi molae crepitum faciebant,* Plaut. Poen. 377: *iam hercle ego facio ploratillum, nisi te facio propitiam* (Leo, Vind. Plaut. 7 sq.[1]) Sed in eis faciendi verbum sensum efficiendi habet; itaque circumscriptivi generis dicendi exemplis nonnullis allatis hic consistam, etsi haud pauca verbalia faciendi verbo iungebantur.[2])

Vt ad fictionem novorum verbalium, ita ad restituendum verbi primarium significatum verbum ipsum antecedens adiumento est. Quod in exercitus et imperatoris nominibus factum est; item in oratoris. *Orator* ab orando, id est dicendo, appellatus significat eos, qui legati mittebantur, et qui dicendi periti erant; ab alio tamen orandi sensu, qui petendo rogandove similis est, ducitur Poen. 357 sq.: *exora, blandire, expalpa. — faciam sedulo. sed vide sis, ne tu oratorem hunc pugnis pectas postea.* Item post 380: *exorarier* 384: *oratorem verberas,* deinde 386: *sicine ego te orare iussi? — quo modo ergo orem?* 387: *sic enim diceres.* Item Amph. 34 orator ex antecedente versu *(iustam rem et facilem esse oratam a vobis volo)* sensum petendi accipit, cf. 31: *petere,* 35: *impetrare;* eodem loco etiam legati significatus perlucet, cf. Most. 1126: *nunc ego de sodalitate solus sum orator datus,* sed etiam hic ad petendum sensus flectitur, v. 1167: *non potuit venire orator magis ad me impetrabilis.* De Hec. 9 sq. v. supra p. 110; eandem ambiguitatem restituit Ribbeck Afran. 92: *sic est orator, si quod oretur, tulit;* traditum est Fest. p. 202, 11 T *oritur* et *tale.*

Optio quem sensum[3]) habuerit, cognosci potest Trin. 1053: *duarum rerum exoritur optio vel . . . vel,* cf. Cas. 292 (supra p. 97); sed Mil. 669: *quid ad illas artis optassis, si optio eveniat tibi?* Hic quadrat interpretatio Pauli p. 184, 13 M: *optio est optatio;* afflatur nomini sensus verbi antecedentis; dicitur igitur 'si tibi optandi potestas est'. Sed sive nominale genus dicendi causa est[4]), sive nominis ipsius significatus, ne hic quidem plane sensus potestatis vel copiae exuitur (Leo Anal. Plaut. II p. 8); qui manifestus est Cas. 190: *nec mihi ius meum optinendi optio est,* ubi non de eligendo agitur. Iam Ciceronis aetate *potestas* iuxta ponitur, et ita obsolevit eligendi notio, ut ab eodem

1) quod ad *ploratillum* finxit *verberetillum* 378, non ad eam verborum fictionem pertinet, quae sine artificio ab uno quoque loquente fit, sed ad eam, cuius causa adnominatio est, Leo Anal. Plaut. II p. 29.

2) rem tractare inceperunt Koehler, Acta sem. Erl. I p. 450, Hellmuth ibid. I p. 140, Thielmann, Landgraf l. l. p. 206 et 326, Heraeus, die Sprache des Petronius und die Glossen, Offenb. 1899 p. 35 sq.

3) eligendi sensus verbo erat, a quo derivatum est; quod ab Vmbris servatum est (Buecheler, Vmbr. p. 30), a Romanis partim in optando, melius in adoptando cooptando adoptione.

4) cf. quae supra p. 96 de verbalibus sensum potestatis vel occasionis arripientibus disserui.

Digitized by Google

id verbum ipsum explicandi gratia arcessatur div. in Caec. 45: *quotiens ille tibi potestatem optionemque facturus sit, ut eligas*, de fin. I 33: *cum soluta nobis est eligendi optio.*

Etiam haec exempla, quae inde a p. 183 contuli, testantur, quale inter verbum et verbalia quasi commercium fuerit. Verbalia enim a verbo significatum accipiebant; quem altera servabant, altera mutabant; illa igitur artiore in conexu cum verbo manebant, ut participiis ideo comparari possent, haec sensu et usu alius figurae appellativis appropinquabant comparabilia illis participiis, quae adiectivorum loco posita suum sibi proprium significatum nanciscebantur. Sed ut ab eisdem verbis, quorum participia adiectivorum vice in usu erant, participia ipsa eiusdem figurae Romani formare pergebant, ita etiam verbalia eiusdem figurae atque illa olim derivata denuo ex verbo derivari poterant, praedita aut eo sensu, quem illa amiserant, aut alio verbi illius non minus proprio; nam verbale factum ex verbo varios significatus continente non omnes verbi significatus accipit; sed id quoque in exemplis, quae hoc capite proposita sunt, haud semel observabatur, verbale eiusdem figurae ex eodem verbo his temporibus hoc, illis temporibus illo sensu denuo fictum esse. Id autem non in omnibus vocabulis neque omnibus locis disceptari potest, utrum nomen praeter eum, quem adhuc gerebat, alio significatu verbi oneretur, an ex alio verbi usu hoc demum loco fingatur; nam utrumque in derivatorum classe, quae facile gignuntur, loquentibus paene idem est: res similiter se habet atque in adverbiis comparativis superlativis participiis, quae utrum usitata usurpet an ipse fingat, nemo sibi conscius est. Itaque ut ea, ita etiam verbalia, quae suo loco nata esse ostendi, non tam singula perquirenti linguae sortes pretii sunt quam iuncta testimonio hac nominum classe non certum vocabulorum numerum tradi, sed fines eius facili derivandi potestate continuo mutari.

Digitized by Google

CAPUT TERTIVM.

Verbalia facta post Plautum et Terentium.

Quae in capite antecedente de verbalium natura exemplis Plautinis et Terentianis probare studui, exemplis ex aliis scriptorum generibus petitis confirmare opus est, ne linguae ipsius licentiam me existimavisse arguar, quam comicorum libidinem me ducere oportebat. Observatione autem confirmata et latius extenta utrumque apparebit, et verbalibus in *tor trix tio tus tura* exeuntibus eandem potestatem gignendi nova nomina mansisse et aliorum quoque generum auctores ex hac potestate ad varias res personasve significandas fructum cepisse.

Terentium adhuc a Plauto non diiunxi; nam de tota re consentit cum Plauto; conspectum autem eorum nominum, quae solus primusve usurpaverit, Slaughterus (The subst. of Terence p. 10 sqq., p. 12 sqq.) dedit utriusque sermonem comparans, quantum laterculorum ope fieri potest. Differunt autem Plautus et Terentius imprimis electu significatuque vocabulorum; veretur Terentius nomina verbalium specie a nominibus derivare; quae ne Plautus quidem in *tio* et *tus* et *tura* fecit. De verborum constructione non multum a Plauto differt; nam ne hic quidem plane libero modo verbalibus eos casus adiunxit, qui verbo accipi solent; a Terentio idem admittitur in tritis locutionibus, quae sunt *usus est* cum ablativo (v. supra p. 68 sqq.), *indicio esse* cum accusativo pronominis (supra p. 104); praeterea locativus semel nomini adiungitur, qui etiam nomine non verbali recipitur. Noluit autem accusativum nomini subiungere, quamquam locutione ipsa talis verborum constructio admittebatur Ter. Eun. 671: *quid huc tibi reditiost? quid vestis mutatiost?* Non igitur ausim alio in versu hanc verborum coniunctionem, quam eum fugisse constat, ex coniectura ei addicere. Bentleius enim ad Andr. I 1, 17 (44) refutans Donati errores scripsit *nam istaec commemoratio quasi exprobratiost immemori benefici* genetivo *immemoris*, qui traditur, mutato in dativum. Quam mutationem Vmpfenbach et Dziatzko receperunt[1]), Spengel (ad v. 43) praeterea loco Liviano firmavit XXIII 35, 7: *ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae discordiam inter ordines sereret.*[2]) Differt igitur Terentius a Livio; *exprobratiost immemoris* dicitur ut Donat. Ter. Eun. 802:

1) a Fleckeiseno *(immemorist ⟨tui⟩ benefici)* immerito argumentum ab omnibus ad unum coercetur.

2) omittitur a Slaughtero ubique.

Digitized by Google

a militis assentatione discessit, sim. 1085: *serpat . . . in horum assentationem ex vituperatione militis,* Liv. XXXIV 34, 1: *in adsensum consilii sui traduxit,* cf. Hier. epist. 127, 9, Leo M. epist. 120, 4, Avell. p. 6, 19. Quod autem alter ex altero pendet genetivus, attulit Liebig (de genetivi usu Terentiano p. 23) Hec. 318: *matris vox visast Philumenae,* cf. Rud. 241: *uxoris simiai dotem.*

Ex intactis fabulis Plauti et Terenti coniecturam facere nobis licet in deperditis comoediis, quarum lacerae reliquiae nimis brevi verborum contextu sunt, verbalia rara vel semel lecta suo loco ficta esse, etsi causam et consilium fictionis detegere non possumus. Id fieri potest Plaut. frg. Colacis II (II p. 531 L): *qui data fide firmata fidentem fefellerint, subdoli subscntatores, regi qui sunt proximi, qui aliter regi dictis dicunt, aliter in animo habent.* Sed ex his quamvis paucis verbis continuis perspicitur *subsentatores* non plane ad hanc, quam quaerimus, nominis fictionem pertinere; nisi forte ex nomine verbum subsentandi colligere vis, ut *assentari* exstabat. Sensu flagitatur, ut existimaveris Plautum paris syllabae incipientis gratia ex assentatoribus mutilato[1]) verbo fecisse *subsentatores,* qui clam vel caute assentiantur[2]), ut manus *subadsentientibus umeris movetur* Quint. Inst. XI 3, 100. Similiter factos esse indicavit Ribbeckius (Coroll. com. p. LXXXVIII) *suppolitores* ex politoribus a Laberio mim. 139: *quae nam mens, quae deleritas vos suppolitores facit?* Huic quoque nomini verbum deest. Similiter Caecilius gubernatorem syllaba auxit (Non. p. 536, 10): *cui progubernator propere vertit prosumiam.*[3]) Si veri itineris maritimi narratio est, *progubernator* re vera mire dicitur; sed nescimus, quis hoc loco gubernandi officium ita administraverit, ut ad exemplum propraetoris similiumve appellationum, quas Paucker (Mél. Gréco-Rom. de l'acad. de St. Petersbourg III p. 536, adnot. 17) collegit, *progubernator* dici posset.[4])

Sine auctoris nomine Paul. Fest. p. 61, 15 M servavit: *custoditio est opera ad custodiendum quid sumpta.* Plauto hoc nomen cum glossis vicinis attribuit Reitzenstein (Quaest. Verr. p. 58 sqq.); nescimus cur Plautus pro *custodia* vel *custodela*[5]) nomen tertiae declinationis praetulerit; sed credere licet hoc ex ipso sermone ortum esse ut multa alia; in usu non fuisse videtur; Vulg. sap. 6, 19 *custodia legum,* deinde *custoditio . . . legum* testimonio est, illum, qui hunc libellum Latine vertebat varietatem Graecorum vocabulorum τήρηϲιϲ et προϲοχή melius reddere non potuisse.

---

1) nam etiam *subsentire* Ter. Heaut. 471 proprie dicitur, neque quicquam huic verbo cum illo nomine est.

2) ut in Naevi versu com. 111 a M. Caesare laudato Fronto p. 33 N: *linguis faveant, atque adnutant aut subserviunt;* cf. *subparasitor.*

3) pro *cui* fort. *quo;* Ribbeckius com. 110 *(cum ultro gubernatur)* et Buechelerus ibid. *(Cupro gubernator)* demunt Caecilio hoc nomen.

4) accedit iteratio eiusdem syllabae primae: *progubernator propere.*

5) quod nomen codicibus Plautinis non servatur, sed custodis et custodiae formis loco depulsum restitutum est.

Digitized by Google

Naevius ex nomine, quod est praemium, novam praedonum appellationem deduxit, sed immerito explicantur CGL. V 645: *praemiatores: praedones,* nam explicandi erant *praemiatores nocturni: praedones* (Non. p. 150, 28); de prosodia v. Buecheleri adnot. ad Naev. com. 17 R; legitur *nam in scaena vos nocturnos coepit praemiatores tollere.* Potest a praemio deduci; sed *praemiari* Suet. Tit. 7 sic usurpatur, ut praemiatores[1]) ii dici possint, qui sibi praemium attribuant; cf. CGL. IV praef. XVIII *praemiator: praemii atque praedae appetens.*

Certiora quam reliqua virorum nomina[2]) mulierum sunt. Titin. com. 77: *quam ego hodie extorrem hac domo faciam, pilatricem pallae evallavero pulchre.* Nonius p. 150, 33 sqq.: *possestrix a possidendo Afranius Liberto: eius monilis possestricem. ita tonstrix, ita inpulstrix, ita curstrix, ita plaustrix, ita adsestrix.* Quorum ultimum idem Nonius etiam p. 73, 29 servavit: *adsestrix femininum est ab eo, quod est assessor. Afranius Fratriis: dimittit adsestricem, me ad sese vocat.* Nonius femininum ex masculino deduxit et more grammaticorum et, quia hoc illo magis notum erat; sed Afranio in fingendo feminino hanc viam inire non opus erat (v. supra p. 113); sed ex ipsa verbi stirpe feminina derivare ei licebat. Ceterorum exemplorum, quae Nonius enumeravit, *tonstrix* inde a Plauto in usu erat; *impulstrix, curstrix, plaustrix* unde petiverit, nescimus, fortasse ex comoediis; *tonstricis* et *curstricis* forma etiam grammaticis curae erat (Ribb. coroll. com. p. LXXII sq.

Rei nominum iam commemoravi *acceptio* et *verbificatio* (p. 95); asseri potest Afran. com. 268: *silentio opus est; multa inest paratio.* Nam ex Noni comparatione p. 219, 28: *paratus generis masculini, paratio feminini* non colligi debet, utramque vocem usitatam fuisse; quod ne Sallustius quidem testatur Iug. 31, 8: *sed sane fuerit regni paratio plebi sua restituere.* Nam ortum est ex verbo, ad quod respicit, v. 31, 7: *quem regni parare aiebant.* Eadem res est Paul. dig. 30, 39, 1 *constat . . . res alienas legari posse, utique si parari possint, etiamsi difficilis earum paratio sit.*[3])

Legem, qua praeter paucos casus nomina quartae declinationis nova fingi non solebant, sequitur Laberius aliquem sic respondentem faciens mim. 70: *meo licentiatu.* A nomine licentiae hic ablativus eo suffixo *-atu* deductus est, quod ex *arbitratu magistratu* arcessitum est; quae quamquam a verbis primae declinationis deducenda sunt[4]),

1) λωποδύτας eos esse suspicatur Leo Quaest. Plaut. p. 93, adnot. 3.

2) Caecil. com. 191: *fur! depopulator! gerrae!* sed *cur* Noni codicibus traditur (118, 33). Novi Atellanae nomen erat *Ficitor* (Non. 109, 22), sed neque haec neque *ficitatis* vox (ibid.) eius inventum est, sed ex rustico sermone petitum, nobis casu semel servatum, cf. *vinitor, olivitor;* de *coloratore* v. Ribb. com. frg. p. 344[3].

3) Ter. Eun. 542: *parati nil est.*

4) magistrandi verbum ministrando contrarium memoriae prodidit Fest. p. 153, 11 M (Paul. p. 152, 2, 126, 6); de vetustissima notione et usu v. Paul. Fest. p. 126, Mommsen Ius publ. I 8 sq. et adnot. 3.

Digitized by Google

tamen ad nomina *arbiter magister* referri poterant; nam eodem suffixo condicio vel munus indicatur in denominativis *concubinatus senatus* (Plaut.) *optionatus decurionatus* (Cato frg. p. 39, 4) et aliis (v. Stolzi Gramm. histor. I p. 549). Eiusmodi nominis accusativum Lucretius invenit ad complendam antecedentis accusativi notionem, qui est *imperium* V 1142: *imperium sibi cum ac summatum quisque petebat.* Hoc nomen non in sermonem receptum est, ut paene omnia suo loco ficta. Hac de receptione discipulos Quintilianus admonuit inst. I 6, 42, ne imitentur *parricidatum, quod in Caelio vix tolerabile videtur.*[1]) Sed idem eiusmodi figurae nomen nobis servavit, quod contra hanc doctrinam, qua inter derivationem ex stirpe verbali et electum obsoleti et rari verbi non distinguitur, in usum transisse etiam aliunde scimus.[2]) Nam Inst. VIII 3, 34 sic docet: *nam et quae vetera nunc sunt, fuerunt olim nova et quaedam sunt in usu perquam recentia, ut Messalla primus reatum* dixit. Talia autem denominativa neque Plautus neque Terentius ipsi finxerunt.

Vetustarum tragoediarum frustula vix inter se conferri possunt, nedum cum fabulis integris, sed, ut fecit Ploenius[3]), ea quoque cum sermone comico et alius poeseos comparare cogimur. Qui quia delectum verborum et copiam laterculis rettulit, pauca a me ea afferenda sunt, quae cum ipso verborum contextu orta esse aut suspicari aut evincere liceat.

Ad complendam notionem verbi etiam nomen eiusdem stirpis adnominandi studio adductus addit Naevius trag. 39: *sic quasi omnis cita rapit, sed tamen inflexu flectitur.*[4]) Verbalis sextum casum in alio Naevi versu non mutandum esse, quia alteri ablativo oppositum sit, vidit Leo Anal. Plaut. II 29: *ingenio arbusta ubi nata sunt, non obsitu* (trag. 23). Pacuv. trag. 266 sq: *nam attrectatu et quassu saevum amplificatis dolorem* utraque forma, gerundii sensui similis hic solum legitur; similiter pro succutiendo propter antecedens[5]) nomen

1) veri simile est *parricidatum* suo loco tam apte dictum fuisse, quam Caelius scripsit inventis novis Cic. ep. VIII 1, 4: *quod ad Caesarem, crebri et non belli de eo rumores, sed susurratores dumtaxat veniunt,* VIII 11, 4: *multa transi, imprimis ludorum explosiones et funerum et ineptiarum ceterarum.*

2) legitur in ictorum scriptis, v. e. g. Heumann-Thon, Handl. z. d. Quellen d. röm. Rechts s. v. *reatus.*

3) de copiae verborum differentiis inter varia poeseos Rom. ant. genera intercedentibus, Diss. Argent. 1882.

4) Non. p. 192, 1 *cis,* Buecheler *cita;* hoc vel aliud adiectivum, cuius genus forma cognosci potest, poscitur, quia omnia exempla inde a p. 191, 35 femininum genus ostendunt.

5) ordinem verborum in eandem syllabam exeuntium ad electum et fictionem vocabulorum conduxisse supra compluries ostendi; eadem res ubique observari potest: velut Apul. Socr. p. 120 Oud. post *situ* et *flexu* etiam *obstitu* ex tradito *abstituto* restituendum esse ostendit Leo, arch. XII (1902) p. 99; adde exempla a me ex eodem Apuleio allata p. 114 adnot. 3; de commutatis syllabis *-tu* et *-to* alios eiusdem scripti locos contulit Leo; v. supra p. 123.

Digitized by Google

quartae declinationis *nisu* novarit *succussu* Pacuv. trag. 256 sq.: *pedetemptim ac sedato nisu ne succussu arripuit maior dolor.* Supini alterius sensui, quem supra p. 134 commemoravi, affinis est ablativus, quem Festus servat p. 330, 21 M: *spectu sine praepositione Pacuvius in Duloreste usus est, cum ait: amplus, rubicundo colore et spectu protervo*[1]), *ferox.* Verbum simplex, etsi non in crebro usu erat, tamen exstabat. A transmittendo fit Pacuv. trag. 56: *transmissu patris* (cf. 342).[2]) Quorum omnium sextus casus fingebatur; itaque in versu sine nomine poetae ac fabulae adlato *praeter rogitatum sile* (sic cum Buechelero Trag. inc. 157 R) formam dubiam pro neutro habeo, id quod sensu verborum comprobatur: rogitato responde, cetera retice. In *tio* fecit Pacuv. praet. 5: *qua vix caprigeno generi gradilis gressio est,* ubi duplex adnominatio dubitationem de consilio poetae amovet; *gressio est* potestatem, copiam gradiendi significat, cf. p. 96, sed accedit hic praeterea adiectivum *gradilis* eundem sensum efficiens; in usu erat *gressus;* Diom. I 505, 14 et 30 *gressio* artis metricae vocabulum est.[3])

Agentis nomina exempla non certa sunt, partim propter reliquum eiusdem vocis usum velut Pacuv. trag. 195: *blandam hortatricem adiugat voluptatem*, partim propter memoriam velut Acc. trag. 219: *epularum fictor, scelerum fratris delitor* (v. Ribb. ad h. l.). Pacuvius a manticulando dixit 376: *mendicus manticulator*[4]), cf. C G L. IV 344, 37: *fraudator nubilo, manticulator.*[5])

Pedestris sermonis testis Cato nobis est, quem hac licentia, quae lingua ipsa oblata erat, pro artificio in orationibus usum esse paucis exemplis ostendi potest. Nam *senatorem non ignobilem, Caelium, spatiatorem et Fescenninum* eum appellavisse Macrobius Sat. III 14, 9 tradit; de sensu v. Popma ap. Meyer orat. frg. p. 194, qui merito *ambulatorem* Cato agr. 5, 2 (de quo infra) contulit; pro erratore positum esse Festus contendit p. 344, 34 M.

Festus 237, 2 M: *penatores qui penus gestant. Cato adversus M. Acilium quarta* (frg. p. 45, 10): *postquam navitas ex navibus eduxi, non ex militibus atque nautis piscatores penatores feci, sed arma dedi.* Alligatur novum vocabulum ex peno factum usitato incipienti ex

---

1) *proptervo* traditum est.

2) differt igitur hic *transmissu* ab eo sensu locali et proprio, qui voci in usu erat Caes. Gall. V 13, 2: *sed pari spatio transmissus atque ex Gallia est in Britanniam.* a quo vocabulo Sallustium praeferentem transgrediendi nomen et verbum abhoruisse Gellius X 26, 1 sqq. narrat. (cf. Kritz ad frg. hist. I 69 sq.). Gellio *transfretatio* sueta erat, sed eum offendebat non tam fictio nominis quam gradiendi verbum de navibus dictum.

3) Enn. trag. 42: *missa sum superstitiosis hariolationibus* ideo novis non inseruerim, quia aliud actionis nomen deest. Gell. XV 18, 3: *ea Cornelii sacerdotis hariolatio.*

4) traditum est Fest. p. 133, 24 M: *modici manticulator,* emendavit Grotius.

5) emendavit Goetzius s. v. *fraudator.*

Digitized by Google

eadem littera, exeunti in eandem syllabam; accedit, quod copula omissa est; significatum *penatores* suffixo artium exercentes significante accipit; eiusmodi nomen ipsum antecedit; intellegi possunt, qui peni quaestum ita exercent, ut piscatores piscatum, vel quasi curatores peni (cf. Plaut. Pseud. 608 *procurator peni).*

Fortasse etiam *maledictores* praeter unum locum nobis non noti non omnino ab antiquis, ut opinatur Fest. p. 154, 8 M (cf. Paul. p. 152, 8), sed semel cum acumine sive a Catone (frg. p. 93, 13) sive ab alio dicti sunt.

Festus p. 242, 21 M (cf. Paul. p. 243, 4): *pelliculatio<nem Cato a pellicien>do, quod est inducen<do dixit in ea oration>e, quam scribsit de* e. q. olim secuta sunt. Quod ad formam attinet, *pelliculatio* verbale a pelliculando derivatum est; itaque, si deductio non adscripta esset, non dubitaremus nomini simplicem sensum pelliculandi i. pelliculis involvendi attribuere; quamquam etiam tum concedendum est fieri potuisse, ut Cato pelliculandi verbo alium sensum inderet, velut curandi pelliculam (cf. Hor. sat. II 5, 38).[1] Sed quoniam adscriptum est *a pelliciendo*, quaestio oritur, utrum interpreti glossarum vocabulum pelliculationis a pelliciendo dictum et ortum visum sit, an Cato ipse hoc vocabulo sic usus sit, ut ad pelliciendi verbum referret vel inde deduceret. Si igitur Catonis verbis ipsis Festus ad miram vocabuli explicationem adductus est, Catonis verborum talis conexus forsitan fuerit, ut vellet illas pelliculas, quas pro scortis rustici in Atellanis ducebant (Varro de l. l. VII 84, Fest. p. 330, 4 M, Paul. 331, 1), in mentem vocare, quae cum nullo verbo aptius quam cum pelliciendo coniungi poterant[2]; *pelliculationem* igitur dixerit de scortorum moribus pellicientibus.

Proditioni ex verbo antecedente insolitum significatum dedit Cato (Fest. p. 242, 14 M): *te C. Caecili, diem pro<di>disse militibus legionibus III, cum proditionem non haberent* frg. p. 73, 9; de hoc prodendi sensu inspicias lexica; sed *proditionem habere* dicitur ut *factionem testamenti habere* et similes locutiones, quibus ius agendi continetur (v. p. 101); itaque *proditio* fortasse vetustum vocabulum est hac in dictione servatum.

Eis quae Catonis ex orationibus petivi exemplis, unum asserere liceat C. Gracchi, quod Festus p. 201, 11 M servavit: *ostentum, quo nunc utimur interdum prodigii vice, quin participialiter quoque dici solitum sit, non dubium facit etiam C. Gracchus de legibus a se promulgatis quom ait: quod unum nobis in ostentum, ipsi in usum adportatur.* Quae verba recte Meyerus or. frg. p. 235 interpretatus est:

---

1) id quoque excogitari potest Catonem *pelliculare* sic usurpavisse, ut esset cum pelliculis, quae supra a me commemorantur, consuetudinem habere.

2) etiam *illecebrae* dicuntur meretrices Cist. 321, Truc. 481; cf. Asin. 133 *perlecebrae* de meretrice et lena.

Digitized by Google

alteris nescimus quid ad utendum adportatum esse, alteris tantum ostendi. Si nomen ipsum, etiam quarti casus usurpatio nova est, quem fingere non ausus esset, nisi fretus eadem verborum structura sequente; postea huius nominis tertius casus in usu erat, sextum fecit Gellius XX 1, 48: *atrocitatis ostentu novisque terroribus*.

In libro, quem de re rustica scripsit, Catoni non saepe occasio neque necessitas fingendi nomina erat; nam quae ei ibi opus erant, iam exstabant. Propter nominalem dictionem circumscriptivam, quam pro simplici coniugationis forma substituit, facta sunt, quae leguntur agr. 5, 2: *vilicus ne sit ambulator*[1]) (cf. 5, 5: *minus libebit ambulare*). 143, 1: *ad cenam ne quo eat neve ambulatrix siet*. Non ei inventori attribuendum est, quod legitur 144, 3: *legulos, quot opus erunt, praebeto et strictores;* item 144, 4: *adsiduos homines L praebeto, duas partes strictorum praebeto*. A nullo alio id operarum genus a stringendis oleis (144, 1) appellatum commemoratur. Tamen inter multa operarum et artificum nomina habendum est, quae in sermone cottidiano hoc suffixo idoneo ad significandos artem exercentes derivabantur, *factores* 145, 2 (64, 1. 67, 1. 13, 1) et alii, quos omnes enumerare longum est. Hic satis habeo Prisciani observationem exscribere, qui vidit, quanto usui hac in re huius figurae nomina essent, gramm. II 434, 1: *artium vero nomina tam apud Graecos pleraque quam apud nos omnia post verba naturaliter sunt accipienda, doceo post doctor, profiteor post professor, suo post sutor, scribo post scriptor, oro post orator. et sunt fere omnia professionum nomina apud Latinos verbalia et in or desinunt; nam grammaticus et philosophus et architectus et sophista et poeta Graeca sunt.*[2])

Quae de rei nominibus Catonianis dici possunt, ad historiam significatus et comparationem synonymorum vocabulorum, non ad novorum fictionem pertinent; hic igitur praetermittenda sunt.

Lucili unum iam p. 78 attuli exemplum, 758 L, cuius versus sensus apertus est, sed ignoramus, qua de causa nove *deletionem* dixerit, quod nomen nemo praeterea usurpabat.[3]) Cur *bovinator* ab eodem fictus sit, nihilo magis nescimus; in usu non erat; nam obsoletorum vocabulorum amator, qui eo Gell. XI 7, 7 utitur, eius notitiam ex Lucili versu habet, qui ab eo ipso laudatur: *si tricosus bovinatorque*

---

1) laudatur locus a Colum. I 8, 7; Martialis ambulatorem dicit et circulatorem sulphura vendentem I 41, 3 et spatiantem in porticu II 11, 2.

2) sequuntur verba denominativa philosophandi, architectandi, poetandi. Varroni eorundem nominum origo non aeque perspicua est; sed quia nondum formam deducere consuevit, etiam verbalia originem prae se ferentia ex arte, scientia, spatio deducit (de l. l. V 93), divisionis genus observans, quod Graeci in etymologicis observabant; cf. hoc de capitulo Reitzenstein, M. Terentius Varro u. Johannes Mauropus v. Euchaita (1901) p. 41, adnot. 2.

3) C G L. V 640, 24 *deletio pernicies* Goetzius ad eundem Lucili versum rettulit.

Digitized by Google

ore improbus duro (350 L). Ex eadem Gelli narratiuncula comperimus eius aetate nemini hoc vocabulum notum fuisse; idem docet Nonius p. 79, 27; is quoque versum Lucili affert. Idem docent glossae, quarum V 18, 11 et 50, 33 *bovinator tricosus et inconstans* ad Lucili versum spectant, ubi *tricosus* bovinatori adiungitur; inde glossae *bovinatores: inconstantes*[1]) omisso interpretationis dimidio factae sunt; V 638, 48: *bovinatores malitiosos* ad Noni explicationem (*quos nunc malitiosos et tergiversatores dicimus*) spectare Goetzius vidit; altera Noni explicatio, quae est *tergiversatores*, ex Gelli narratiuncula petita est. Praeter has explicationes de sensu congruentes alia exstat C G L. II 31, 13 *bovinatores* θορυβοποιοί, θρυλὸν ποιοῦντες ἢ ταραχήν. Quae a verbo bovandi originem eiusdem nominis deducere studet, neque veri simile est hanc alius loci explicationem esse. De sensu ex versu ipso nihil discimus, sed in veterum explicationibus acquiescere cogimur. Nam verbum, a quo *bovinator* ortus est, non nisi glossis traditum est. Quarum altera pars (*bovinatur: tricat insidiatur)*[2]) ad crebram illam nominis explicationem pertinet, altera (*bovinor*: *convicior*, *clamo*. Fest. p. 30, 12 M *bovinatur: conviciatur)* ad illam, quae semel legitur. Itaque Solmsen (Studien zur latein. Lautgeschichte p. 147 sqq.) probabiliter putavit verbum ab explicantibus, velut Verrio Flacco, ex nomine explicandi gratia deductum esse.[3])

A ficto amore (Lucr. IV 1192) meretricem appellatam esse *fictricem* ostendit Marx (Stud. Vindob. XVIII p. 312 sq.) Plautina nomina similia comparans[4]) et Lucili versus (268 L) sic restituens: *cum poclo bibo eodem, amplector labra labellis, fictrices compono, hoc est cum* ⟨ψ⟩*ωλοκοποῦμαι.* Cicero idem nomen denuo formavit de nat. deor III 92: *quod non ex ea* i. materia *quamvis subito fingi convertique possit; eius autem universae fictricem et moderatricem divinam esse providentiam.*[5])

---

1) forma pluralis fortasse Noni lemmati et explicationi debetur.

2) vereor, ne altero ordine glossarum omnino non verbum sed nomen explicatur; nam tres sic leguntur

IV 26, 23 *bounator: tricat insidiosus*
V 443, 50 *bobinatur: tricat insidiosus*
V 563, 30 *bobinator: tricat insidiosus.*

adiectivo, quod est *insidiosus*, nomen explicatur; *tricat* igitur in *tricat*⟨*or*⟩ supplendum aut in *tricosus* corrigendum est. nam suffixis confusionem accidisse, etsi verborum formas esse putas, ostendunt reliquae huius ordinis glossae IV 602, 2 *bovinator: tristatur* (corrige *tricator*) *insidiatur* (aut *insidiator* aut *insidiosus* antea fuerat); similiter V 271, 38 *bibinatur: tricatur insidiat.* quod si merito coniecerim, restant eae tantum verbi *bovinandi* explicationes, quae cum Festi glossa congruunt.

3) Loewe Prodromus p. 317 duplicem bovinandi sensum fuisse glossis fretus existimavit.

4) hic de novorum nominum fictione consensus Lucili et Plauti accedit illi, quem inter eius et comicorum copiam verborum fuisse statuit Fischer, de vocibus Lucilianis sel. cap. p. 70.

5) C G L. II 580, 24 sine interpretamento.

Digitized by Google

Recepit Lucilius formam vulgarem vocis, quae est *accipiter*, cui cum accipiendo nihil est, cf. Thurneysen Arch. XIII p. 19; sed propter similitudinem stirpis ad speciem verbalis transformabatur. Testantur hanc formam glossae s. v. *acceptor accipiter*, derivativum *acceptorarius*, Charisius I 98, 9 sq. (Caper VII 264, 33, cf. 107, 8): *acceptor quoque et accipiter. Vergilius enim accipiter, Lucilius autem 'exta acceptoris et unguis'* aliique, v. Thes. l. l. I p. 322, 37. Adluditur ad hanc formam vel hunc accipitris formae intellectum a Plauto Persa 409: *pecuniae accipiter avide atque invide*[1]), cf. 412: *accipin argentum? accipe sis argentum, impudens;* cf. 414. Quod ideo attuli, quia haec formae mutatio vi verbalium similiter sonantium facta est; comparetur, quae de *sonu* supra p. 119 dixi.

Dubitari potest de duabus vocibus Lucilianis, *succussor* 424 L et *succussator* 72 L, an ex equisonum sermone petitae sint; praeterea enim Nonius gradarii appellationem explicans *succussatura* utitur p. 17, 23.

Propter generis poetici similitudinem pauca exempla ex Varronis saturis Menippeis sumpta addam. Men. 436 B: *aemulum illius artis atque obstrigillatorem, quapropter aliquot annos quaesti nihil fecerit. Obstrigillator* ab obstrigillando dicitur, quod verbum ex Enni sat. 4, Varronis agr. I 2, 24, fragmentis Varronianis (Non. p. 147), Sen. epist. 115, 6, Isid. orig. X 199, Non. p. 147, 7 sensum obtrectandi invidendi adversandi habuisse videmus. Comparari cum toto fragmento potest imprimis Isidori interpretatio obtrectatoris orig. X 199: *obtrectator: malignus et qui obstringillando officiendoque non sinat progredi et augescere.* Varro Men. 75: *ubi rivus praecipitatu in nemore deorsum rapitur* sextus casus nominis in *tus* exeuntis fictus a Buechelero restitutus est, sed *praecipitatur* (Non. p. 75, 20) apte traditur.

De nomine, quod est *praebitio* v. supra p. 102. *Depolitionem* fecit a depoliendo, ut idem significaret, quod *politiones* a poliendo derivatae, *agrorum cultus diligentes* Non. p. 66, 19. Itaque Nonius Varronis verba sub *politiones* affert. Sed verba ipsa eundem sensum nomini fuisse docent, Men. 589 B: *quid mirum? ex agri depolitionibus eiciuntur, hic in cenaculo polito recipiuntur.* Qui in agris depolitis versabantur, nunc inde eiecti in cenaculo polito versantur; manserunt igitur loco, ut assueverunt, polito, itaque interrogatur *quid mirum?* Quod autem non utrimque plane idem verbum positum est, non duplex poliendi et depoliendi sensus causa erat, sed eadem grata neglegentia, quae saepe observatur.

Hoc modo nonnulla nomina semel rarove lecta sic explicavisse me spero, ut linguae natura poscit; si quaestio eodem modo continuaretur, multa alia verbalia raro vel semel lecta rectius pro testimoniis haberentur, qua fecunditate hae verbalium classes nova semper no-

---

1) cf. Isid. orig. XII 7, 55 *est enim avis rapiendis aliis avibus avida.*

Digitized by Google

mina crearent, quam pro vocabulis obsoletis vel ex quibusdam latebris sermonis raritudinis studio arcessitis.

Sed nunc aliam describendi rationem ingrediar. Reservavi usque ad hunc locum epicam poesin; de ea non a primordiis, sed a Lucreti carmine disserere incipiam. Nam ei utrumque accidit, et ut propter argumentum magna rerum nominum multitudine ei opus esset, et ut dactylico metro in eligendis formandisque vocabulis impediretur. Interest igitur ostendere, quanto auxilio hae verbalium classes ei fuerint latine vertenti et reddenti graecae doctrinae nomina.

Primae declinationis Lucreti propria esse comprobavit Wolffius (de Lucreti vocabulis singularibus p. 13): *formatura, circumcaesura, dispositura.* Quorum primum[1]) significatu simile est *figurae* IV 550: *formaturaque labrorum pro parte figurat* verba scil.; eodem in conexu IV 556: *servat enim formaturam servatque figuram* vox, si breve spatium ab ore usque ad aures percurrit. Vt ad figuram pertinet *figuro*, ita a formando *formaturam* Lucretius deduxit, quod nomen IV 556 vicinitate notae vocis, 550 verbo figurandi fulcitur. — *Circumcaesura* cum eisdem attributis bis posita περικοπή est III 219: *exstima membrorum circumcaesura*, item IV 647.[2]) Eodem versus loco tertium horum nominum dicitur bis I 1027: *tandem deveniunt in talis dispositura*s item V 192: *in talis dispositura*s e. q. s.; significat corpora res efficientia composita et disposita, vel corporum compositionem et dispositionem.

Nam his versibus allatis cognoscitur, nullum horum verbalium re vera nomen actionis esse, sed omnia de rerum condicione dici, quae prodiit ex antecedente actione. Idem significatus etiam in aliis eiusmodi figurae nominibus, quae Lucretius non invenit, sed primus in litteras recepit (Ploen. l. l. p. 26), observari potest; plane actionis nomina sunt sola *cultura* V 1367: *inde aliam atque aliam culturam dulcis agelli temptabant*, cf. V 1448 et Cato de agr. 61, 2, et *sepultura* VI 1278: *nec mos ille sepulturae remanebat in urbe.* Haud scio an toti huic verbalium classi hoc studium mutandi actionis significatum cum condicionis innatum sit, ideoque ea Lucretio idonea visa sit ad rerum condicionem describendam; sed ad hanc rem evincendam nova et alia opus est quaestione, cui hic non locus est.

De ceteris classibus nominum actionis simul agendum est. Nam alteram ex alterius inutilitate fructum cepisse apparet; nomina enim tertiae declinationis omnia dactylico metro repugnabant, si suffixo *tiōn* antecedebant aut longa syllaba aut duae breves; quae res prosodiam et artem metricam consideranti perspicua[3]) (Ploen. p. 43 sq.,

1) Arnob. II 23 *formaturas varias* instrumentorum.
2) Arnob. III 13: *terrenorum corporum circumcaesura;* Plin. nat. XVI 219: *circumcisura.*
3) abstinuit a correpta vocali finiente ŏ, quam Horatius admisit

Digitized by Google

7 sqq.) affirmatur numero perparvo nominum tertiae declinationis, quae in epica poesi primum leguntur (v. Ploeni laterculos p. 24, 28 sq., numeros p. 36). Eisdem autem evincitur non alia de causa Lucretium haec nomina repudiavisse; admisit, quae versui inseri poterant, velut duo uno in versu V 1361: *at specimen sationis et insitionis origo ipsa fuit rerum primum natura creatrix.* Vtrumque ex eadem sermonis regione ortum est, unde imaginem petivit; utrumque in Catonis de agri cultura libro legitur. Praeterea *rationis* vocabulum in Lucreti carmine non rarum est. *Statio* legitur VI 193: *in statione locata*, invenitur etiam in dictione, quae est *manere in statione* IV 388, cf. *stare* 387, 396, V 478 et 518, quam respondere graecae κατὰ χώραν μένειν vidit Lachmannus ad v. VI 193.

Quoniam haec nominum classis metro paene tota exclusa erat, quartae declinationis nomina cum illis cognata proximum refugium praebebant, neque mirum est, quod eorum numerus novis nominibus haud paucis a Lucretio adauctus est. Quae probabiliter Lucretio inventori attribuenda sunt, a Wolffio l. l. p. 24 sqq. enumerantur.[1] Quae non repeto, sed quod ex eis colligi potest, propono: non tam procul altera ab alterius classis sensu et significatu aberat, ut non facile commutatio fieri posset; potestas creandi nova verbalia quartae declinationis imminuta adhuc manserat, sed Lucretius terminos fictioni eorum constitutos eo transcendit, quod praeter sextum tertiumque alios quoque casus derivabat.

Sed ne nimis abusus esse Lucretius videatur his nominibus, primum id commemorandum est eum aliis quoque rationibus damnum reficere studuisse, quod inutilitate nominum tertiae declinationis fiebat. Dixit *retinentia* III 675, ubi *memoria* et *recordatio* extra versum dixisset (cf. Heinzi adnot. ad l. l.), et *repetentia* III 851. Etiam eorum, quae Wolffius p. 18 sq. in *men* exeuntia attulit, complura eum finxisse veri simile est. Praeterea arcessivit infinitivos IV 475: *unde sciat, quid sit scire et nescire vicissim*, IV 836 sq., 850, 843, 848, al.; v. adnotationes Lachmanni ad IV 244, Munronis ad I 331, 418.

Deinde, si multitudo nominum quartae declinationis diligentius percensetur, evincitur Lucretium multa consentientem cum usu loquentium secundum quartam declinationem finxisse et elegisse. Nam opinari licet ab initio optionem fuisse loquentibus eligendi inter suffixa *tus*, *tio*, fortasse *tura*. Inde factum est, ut eiusdem verbi complura verbalia exsisterent, significatu et usu paulatim digredientia. Velut Oscis erat *statif*[2]) idem, quod Latinis *statua*, sed forma respondet Latinorum *stationi* (Buech. Vmbr. p. 212); *statio* in Lucreti carmine locum, ubi quis stat, significat, item *status* Plaut. Poen.

---

sat. 1, 4, 93 *mentio siqua* (v. Kiefsling praef. p. XX); paulatim haec correptio crebrior fiebat, v. Marx, Goett. gel. Anz. 1896 p. 91.

1) cf. etiam Schubert, de Lucretiana verborum formatione 1865 p. 20 sq. Ploen. p. 28 sq. Heinze ad Lucr. III 381.

2) in tabula Agn., R. v. Planta., Gramm. des osc.-umbr. Dial. II. nro 4.

Digitized by Google

268; *status* habitum corporis significans certabat cum *statura;* nam statum pro statura Accium posuisse tradidit Nonius p. 226, 28, item Plaut. Amph. 266. Ceterae antiquissimae cognatorum verbalium familiae sunt *natio (natine* abl. Vmbr.) *natu natura, usio (úíttiuf* Oscorum p. 103) *usus usura.* Aliae latinae facile laterculis Rassovi p. 622 sq., Slaugtheri p. 30, Ploeni tabellis p. 26 et 28 componi et comparari possunt. Accidit, ut uni harum formarum verbi significatus maneret, cum ceterae in alias significationes abibant, nisi occasione data forte uno loco ficta sunt. Sed haec comparatio et distinctio non fieri potest, nisi singulis locis diligenter explicatis; itaque hic satis habeo ea quartae declinationis verbalia afferre, ad quorum exemplum Lucretius nova finxit:

Auctus rei nomen et aliis et Lucretio erat, *auctio* ab augendo iam Plautinis in fabulis soluta est; *adauctus* igitur consuetudinem secutus Lucretius secundum quartam declinationem dixit II 1122: *hilaro grandescere adauctu;* antecedit 1121 *auctum.*

Ab oriendo nascitur *ortus* (Lucr. I 212, V 211), itaque etiam *coortus* II 1106, VI 671, *subortus* V 303 (cf. *obortis ignibus* 300) (de significatu v. Wolff l. l. p. 26).

Ab agendi sensu proprio *actus*[1]) derivatus est, ab adigendo *adactus* V 1330.

Eundi verbale neque *itus* neque *itio* sui iuris erat (v. p. 120); in compositis nomina quartae declinationis sensum proprium accipere solebant, *abitus aditus exitus reditus.* Tertiae declinationis non nisi accedente alia causa fingebantur (v. supra p. 94 sqq.); secundum morem igitur Lucretius *initum* fecit (locos praebet Wolffius p. 26).

Intactus I 454 omnino non sui iuris est, sed nihil nisi *tactus* oppositionis causa negatione instructus (Leo Anal. Plaut. II p. 33 sqq.).

A speciendo nomina quartae declinationis derivabantur; *spectio* tantum in magistratuum sermone erat; sed exstabat *spectu* (v. supra p. 149), *aspectus* Plaut. Epid. 572, *conspectus* inde a Plauto, *prospectus* Plaut. Mil. 609, *despectus* Lucr. al.; congruit cum his *transspectus* Lucr. IV 272, cf. *transspiciuntur* 271.[2])

Haec nomina in *tus* exirent, etiamsi pedestris sermonis scriptor Lucretius fuisset; attamen de ceteris novis et de reliquis eligendis concedendum est Lucretium versu adductum esse, ut quartam declinationem praeferret; quod ostendit Heinze ad Lucr. III 381 de *adhaesu,* ad III 388 (cf. I 634 al.) de *concursu,* quorum nominum loco Cicero posuit *adhaesionem* (v. supra p. 89 sq.) et *concursionem* fin. I 17 et 20. Omnino si totam artis nominum multitudinem percensueris, quae Cicero ex graecis latine vertit[3]), numero creberrima tertiae declinationis nomina esse invenies. Sed interdum ne is quidem uno

---

1) cf. Woelfflin arch. IX p. 166; cf. *actio* et *actus* Thes. l. l.

2) de *summatus* v. supra p. 148.

3) quae collegit tractavitque Linderbauer, de verborum mutuatorum et peregrinorum apud Ciceronem usu et compensatione II 1892/93.

Digitized by Google

in suffixo perseveravit; fin. III 23: *appetitio animi quae* ὁρμὴ *Graece vocatur*, fin. V 17: *appetitum animi quem* ὁρμὴν *Graeci vocant* (Linderb. II p. 54), cf. *prima appetitio naturalis* fin. IV 25 cum *primum appetitum* fin. V 17.[1]) Permixtim etiam *assensio* et *assensus* dicuntur, ut συγκατάθεσις Graecorum exprimatur. *Visum visio visus* pro φαντασία usurpatur.[2]) Hic numerus synonymorum facile ex eorum copia augeatur, quae non plane artis nomina erant; Tusc. IV 20 *auditum* vocat ut Lucretius, sed *tactionem* et *odorationem*, idem tamen nat. deor. II 158 *odoratum* praetulit, etiam *tactum* ac. II 20: *nihil necesse est de gustatu et odoratu loqui, . . . quid de tactu?*

Adde etiam Varronis artis nomina non tam certa, ut non ab eodem *declinatio* et *declinatus* scribantur (Stuenkel, de Varroniona verborum formatione p. 16), utrumque l. l. VI 36; idem praetulit in derivando modo formam tertiae, modo quartae declinationis; dixit enim *impositionem* V 3 (:. θέσιν), sed *nominatum* compluries, rursus V 6: *demptionem, additionem, litterationem.*[3]) Eidem ex verbi notione vel stirpe nomen deducenti verbalia et infinitivi aeque valent (Stuenkel p. 14); nam stirpem declinationis suffixo carentem nostro more non posuit neque inter formarum et rerum conexum distinguere didicit.[4]) Hac in re nomina tertiae declinationis nominibus quartae numero superantur.[5]) Quod Stuenkel sic explicavit (p. 13), ut Varro ‚ad analogiam formae supini alterius in *u* exeuntis haec nova fingeret'. Id factum esse potest, sed quoniam supinum alterum semper ex adiectivo, nomine, verbo, numquam ex praepositione pendet, id rursus admonere maluerim, quod iam tetigi, hanc supini formam tantum a sexti casus sensu afuisse, ut potius infinitivi vice interdum fungi videretur. Itaque ut infinitivi ipsi, ita haec imprimis formae idoneae fuerint ad deducenda ex eis quasi ex stirpibus nomina.

Comparanti nunc Lucreti nova rei nomina cum Varronianis Ciceronianisque constabit in artis nominibus fingendis licentiam eligendi inter suffixa fuisse; qua non nimis Lucretius abusus est. Accedit, quod alia quoque re ad praeferenda nomina in *tus* exeuntia impulsus est, genere poeseos. Non dubito, quin poeta et qui carmen legebant haec nomina epicae poeseos propria esse putarent. Nam qui antea carmina dactylico metro composuerant, etiamsi non tanta rei nominum copia indigebant, quanta is, qui philosophiae doctrinas

---

1) cf. *enuntiatio* fat. 1, *enuntiatum* ibid. 19 (Linderb. II p. 40). *illa rhetorum ex contrariis conclusa, quae ipsi* ἐνθυμήματα *appellant* top. 55, sed ibid. 56: *illa ex repugnantibus sententiis . . . conclusio; quae a dialecticis tertius modus, a rhetoribus* ἐνθύμημα *dicitur* (Linderb. II p. 16).

2) compara in Thes. l. l. *appetitio* II 1 et *appetitus* I 1.

3) v. Stuenkel p. 17 et 25.

4) Stuenkel p. 14. eadem vi varia suffixa sunt e. g. V 176: *damnum a demptione*, ibid. *detrimentum a detritu.* — V 62: *a vinctura dicitur vieri*, ibid.: *et horum vinctionis vis Venus.* — V 72: *ab nuptu id est opertione* insolitum prioris vocis sensum altera nova explicat.

5) cf. Woelfflin, arch. VIII p. 426.

Digitized by Google

latino carmine reddebat, non minus versu impediti erant quam Lucretius et ad idem deverticulum adducebantur, quo Lucretius refugit. Forte accidit, ut uno Enniano exemplo haec dactylicae poeseos proprietas ad huus generis auctorem referri possit. Festus nobis prodidit p. 178 M: *quo vocabulo* (sc. occasu) *Ennius pro occasione est usus in l. II: 'hic occasus datust, at Oratius inclutus saltu', item in l. V: 'inicit inritatus; tenet occasus, iuvat res', item in l. VIII: 'aut occasus ubi tempusve audere repressit'*. Huic nomini cum solis occasu nihil est, sed praeter suffixum cum occasione convenit, cf. Plaut. Capt. 116: *si data est occasio*, Men. 552, et coniunctum cum temporis voce ad opportunum tempus significandum Men. 552, Pseud. 285, Trin. 999, Asin. 278 (cf. Leo ad h. l.). Ennius igitur occasionem ita ad occasum mutavit, ut Lucretius adhaesionem ad adhaesum. Quomodo autem utrumque verbalium genus in epica poesi mixtum sit, in Vergili Aeneide videmus, qui non modo nomina, quae sunt *ratio* II 314 et *statio* II 23, V 128, IX, 181, admisit, sed etiam *seditio* I 149, XI 340, *proditione* II 83, *superstitio* XII 817. Cuius in carmine quamquam multo maior est numerus nominum quartae declinationis, pauca in eis sunt nova, quia argumento non ut Lucretius eis rebus nomina indere cogebatur, quae latinis appellationibus carebant; tres sunt[1]): IV 284: *quo nunc reginam ambire furentem audeat adfatu?*, ablativus nove fictus ut multa alia (cf. p. 123) V 442: *variis adsultibus,* VI 579: *quantus ad aetherium caeli suspectus Olympum,* IX 527: *turris erat vasto suspectu et pontibus altis,* cf. *aspectus* sim. supra p. 156.

Tamen ad fingenda nomina epica poesis hoc modo conduxit: In Vergili carmine veteres grammatici observare consueverunt inter alia epitheta esse[2]) *addita a qualitate facti, ut est 'Lausus equum domitor debellatorque ferarum'* (Verg. Aen. VII 651) *et ipse doli fabricator*[3]) *Epeus* (II 264); quorum hoc vituperandi, illud laudandi gratia additum esse. Inde detracto nomine, cui apponitur epitheton, antonomasia fit, cuius Vergiliana rursus exempla grammatici laudant, Charis. I 273, 23: *ut cum domitor maris dicitur* (Aen. VI 799) *et intellegitur Neptunus.*[4]) Talia epitheta ab actu Vergilius non paucis dedit neque veritus est eorum gratia nova verbalia fingere; nam

---

1) cf. Ladewig, de Vergilio verborum novatore p. 11; sed *latratus* usitatior et vetustior est, v. Varro de l. l. VII 32.

2) attuli verba Diomedis I 323, 11, quocum consentiunt Anonymus Bob., Charisius, Dositheus, Donatus (locos affert Jeep, Lehre v. d. Redeteilen p. 143 et 158sqq.); omnes epitheton inter nominis qualitatem enumerantes secuti Dionysium Thracem, cf. Boelte de art. script. Lat. quaest. p. 19.

3) cf. Lucr. III 472: *morbus leti fabricator.*

4) consentiunt non verbis neque omnibus exemplis, sed re Charis. I 273, 22. Diom. I 459, 5. Don. IV 400, 15. Pomp. V 307, 12. Sacerd. VI 463, 8 quod his artium locis denuo epitheton et antonomasiam tractant, causa est doctrina rhetorica, qua posteriores artium partes completae sunt (cf. Quintiliani de eo).

Digitized by Google

omnia huius figurae nomina, quorum inventor dici potest[1]), sic posita sunt, quorum tantum genetivo attributivo carentia affero, adiectivis similia (v. supra p. 139): Aen. VIII 698: *latrator Anubis* (cf. Prop. III 11, 41: *latrantem . . . Anubim.)*, XI 680: *iuvenco pugnatori*, IX 175: *Ida venatrix*. Praecessit hac in re Lucretius; sed ne eorum quidem, quae primus recipiebat nomina (Ploen p. 25), inventor fuit[2]) praeter VI 926: *excsor moerorum* sc. aestus. Enni inventum possit esse ann. 424 V: *spiritus austri imbricitor*, qui Plauto est *auster imbricus* Merc. 876, sed id quoque considerandum est, an hoc epitheton ex cultu deorum petitum sit (cf. Preller-Jordan, Mythol. Rom. I p. 190). Nam saepe non discerni potest inter cognomina deis a poetis et a colentibus indita. Sed haec quaestio et observatio, a quibus eadem cognomenta primum indita sint, a quibus quae iam inventa erant adhibita, plane ad genus poeseos describendum pertinent.

Cognatus autem esse Ciceronis usus videtur, quo eiusmodi nominum auxilio res, quae proprie agere non possunt, explanandi gratia personas fecit, velut de leg. I 39: *perturbatricem autem harum omnium rerum Academiam*, I 58: *quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricemque virtutum*, cf. Tusc. IV 69: *o praeclaram emendatricem vitae poeticam*, de leg. I 62: *earum parens est educatrixque sapientia*, de nat. deor. II 86: *omnium autem rerum, quae natura administrantur, seminator et sator et parens, ut ita dicam, atque educator et altor est mundus* e. q. s.; de nat. deor. III 66: *qui est versus omnium seminator malorum.*[3]) Huc pertinet etiam quod Bentleius ad Hor. carm. IV 9, 39 adnotavit, optimos quosque scriptores non aliter interdum de animo, quam de persona quapiam loqui. Idem incipiens a Sall. Iug. 64, 1: *contemptor animus* longum exemplorum ordinem attulit cum verbalium tum alius figurae nominum animi vocabulo adiunctorum; ex eisdem autem apparet verbalia hac in figura non magis adiectivorum more posita esse, quam *rex, adulter carnifex*, vel Horati loco *vindex* et *consul*.

Comparavi Lucretium et cum Vergilio Ennioque, et cum Cicerone. Cum hoc eo consentitur, quod uterque philosophorum Graecorum doctrinam Romanos docere studebat. Ciceronem pro graecis philosophiae vocabulis latina creare createque tractando usitatiora et tritiora facere voluisse ultro scimus ex acad. I 27 aliisve eius dictis.[4]) Antea in scriptis ad artem rhetoricam pertinentibus eius artis vocabula graeca latine vertit. Totam hanc quaestionem, quae nomina

---

1) cf. Ladewig l. l. p. 3 et 11.

2) III 1036: *repertores doctrinarum atque leporum*, III 9: *inventor* εὑρέτης est, ut Terent. Eun. 1035 Enn. trag. 108. Non vertit latine VI 424: *presteras Grai quos ab re nominitarunt*.

3) v. Linderb. l. l. II p. 45.

4) collegit Bernhardt, de Cicerone Graecae philosophiae interprete p. 1 sqq.

Digitized by Google

graeca Cicero receperit, quae verterit, solvit Linderbauer[1]), ex cuius libellis id apparet, perpauca nomina ad nullam artem pertinentia latine versa esse; quod artis grammaticae vocabula perrara sunt, scriptorum argumenta in causa sunt. Vicerunt numero nomina tertiae declinationis; nominibus agentem significantibus minus opus erat quam rei nominibus; itaque rariora his illa sunt.

Interdum id adiumentum in vertendis graecis artis nominibus non sprevit, quo uti per verbalium naturam licebat. Adiunxit enim dativum nomini de orat. III 207: *sibi ipsi responsio.*[2]) Quae inter multa ornamenta sententiarum et verborum enumeratur, quarum appellationes *sine definitionibus et exemplis,* ut Cottam dicentem facit (208), effudit 202—207; haud raro hoc loco praepositiones aliaeque voces ex nominibus pendent, sed praeter exemplum allatum et 202: *plus ad intellegendum quam dixeris significatio* nullus casus, sed talia quale 202: *rerum . . . quasi gerantur sub adspectum paene subiectio.* Alibi autem in definienda notione per nomina ita loquitur, ut per verba, de leg. I 42: *quod si iustitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum* e. q. s., cf. alias definitiones hac tamen licentia carentes inv. I 9, Tusc. IV 11 et 14: *ut aegritudo sit animi adversante ratione contractio.*

In arte rhetorica Cicero saepe Quintiliano auctor erat; id etiam ex artis vocabulis manifestum est; velut in capite de figuris Quintilianus IX 1, 25 non modo illius doctrinam, sed totum Ciceronis locum de orat. III 201 sqq. in suam institutionem transtulit et similem locum ex orat. 134 sqq., ubi eadem lumina orationis a Cicerone enumerantur, sed verborum ope nominata. Haec latina artis rhetoricae vocabula Quintiliani temporibus nondum sic in usu rhetorum percrebruerant, ut is graeca non saepe adderet, interdum de variis aliorum vertendi conaminibus iudicaret. Nam ne Cicero quidem primus solusve de rhetorica sic scripserat, ut latinis vocibus uteretur. Cum eo in eodem studio et multis in artis vocabulis consentit, qui ad Herennium de ratione dicendi scripsit (cf. Marxi Proll. p. 130 sq.), velut in partibus eloquentiae I 3 totus cum Cic. de inv. I 9; in partibus orationis I 4 paucis exceptis cum Cic. de inv. I 9 congruit. Huic quoque scriptori artis vocabula maximam partem in *tio* exeunt[3]); hic quoque adverbia et praepositiones in vertendis vocabulis graecis nomini adiungit velut IV 34: *identidem subiectiones,* II 22, 34: *hac quoque ab ultimo repetitione.* Item in definitionibus IV 62: *imago est*

---

1) de verborum mutuatorum et peregrinorum apud Ciceronem usu et compendio I 1891/92, II 1892/93.

2) affertur hoc exemplum a Draegero synt. hist. I p. 444, Kuehnero Gramm. II p. 234; recte iudicat de eo Naegelsbach, de arte scribendi p. 259. Kuehner praeterea attulit top. 28: *traditio alteri nexu aut in iure cessio.* ea quoque definitio est, et exemplum definitionis.

3) collegit graecaque adscripsit Thielmann, de sermonis proprietate apud Cornutum et in primis Ciceronis libris p. 95.

Digitized by Google

formae cum forma cum quadam similitudine conlatio; comparetur imprimis I 3 cum Cic. de inv. I 9. Talia igitur non ex vulgari scriptoris sermone originem duxerunt, sed ex genere scribendi, quod huius disciplinae scriptores sibi concedebant; item fortasse de nonnullis eorum exemplorum iudicandum est, quae Marxius Proll. p. 169 vulgaris sermonis esse putavit; sed restant, quae eius stilo attribuenda sunt II 25: *si nulla ⟨aut⟩ a nostris civibus aut ab aliqua civitate vituperatio ex ea re suscipietur,* III 25: *in distributione vocis ab imis faucibus exclamationem quam clarissimam adhibere oportet.*[1]) Sed talia a sueto more coniungendi nomina per praepositiones non differunt. Consentiunt autem hic auctor ignotus et Cicero, quia eiusdem rhetoris praecepta repetunt. Ab eo haec artis vocabula, quae uterque praebet, exceperunt; ab eodem uterque studio vertendi artis vocabula imbutus est, id quod quisque, quantum potuit, praestabat. Hoc ex studio Marxius cognovit, qualis rhetor doctor eorum esset; nam ut in expellendis exemplis graecis, ita fortasse etiam vocabulis a L. Ploti partibus stabat et inter 'rhetores latinos' habendus est (Proleg. p. 150). Itaque eos et Ciceronem in rhetorica, Ciceronem et Lucretium in philosophia testium loco habere possumus studii illius iam vetustioris, quod in arte grammatica vicisse admonuit Marx p. 81, docendi alienas doctrinas vernaculo sermone. Quo in studio adiuvabantur verbalibus imprimis in *tio* exeuntibus; hoc modo multa verbalia ficta sunt, quae rhetoribus grammaticis rhetoribus scribentibus et docentibus opus erant, sed in cottidiano sermone non exstabant neque eo recipiebantur. Interdum ad illam licentiam scriptores refugerunt, qua nomini verbi iura addicebantur.

Id ne in hominibus eruditis mirum videatur, etiam ea scientia commemoranda est, quae sola Romanorum propria fuisse videtur, cuius eundem usum dicendi artes extrinsecus apportatae sequebantur. Iuris consultorum enim sermo ex ingenua Latinorum, vel si mavis, Italorum lingua ita prodiit, ut in eo, quae vulgaria sunt, minime mira sint. Nam in magna multitudine nominum actionis, quibus sermonis copiam ut facienda factaque diligenter nominarent, augebant, sunt, quae additamenta verbo convenientia per praepositiones assumpserunt. Qualia pauca afferam; in legibus antiquis non inveniuntur; incipit nobis Cicero a talibus de leg. III 42: *deinceps sunt cum populo actiones;* cf. Edict. perp. XIV 1 (Bruns, fontes i. R. p. 209): *de Publiciana in rem actione* (cf. 6 item saepius). S. C. Vellaean. Bruns p. 186: *mutui dationes pro aliis;* ibid. *ne eo nomine ab his petitio*[2]) *neve in eas actio daretur.* Edict. perp. Bruns p. 207, IX 5: *dabo in integrum restitutionem. Manumissio* a Gaio inst. I 18 sq. al. primum dicta esse videtur, sed iam *manu mittere* paene compositum erat; nomen ipsum pro composito haberi potest, cf. *acupictura.* Gai inst. III, 24: *per in*

1) *vocis* cum Corb. et Herbipolit; cett. *vocem.*
2) fort. ⟨*sit*⟩ supplendum est cum Mommseno.

Digitized by Google

manum conventionem. In definitione IV 15: *causae coniectio quasi causae suae in breve coactio.* Similia multa ex ceteris iuris consultorum libris colligi possunt, fortasse etiam talia, quae addito casu magis quam haec praepositionibus coniuncta verbalem structuram ostendant velut Papinian. dig. 48, 5, 40 (39) 3: *nuptias denuntiatio.* His autem iuris consultorum studium retinendi in nomine actionis, quae verbo conveniunt, iam satis adumbratum est. Singulorum tempus fictionis plerumque ignotum est; creberrima rursus tertiae declinationis nomina sunt, quartae e. g. *reatus*, cf. supra p. 158.

Etiam nomina agentis in sermone iudiciali tot sunt, ut paene ab omni actu personae agentes appellatae esse videantur; quorum sermoni sic cognatus, ut saepe inter utrumque distingui non possit, emptorum venditorumque est. Ab hac quoque parte iuris consultorum sermonem leviter tetigit Cicero, nam huc pertinent talia nomina: leg. II 48: *de creditoribus eius* e. q. s., III 40: *actor* item 42., III 47: *publice constitutis accusatoribus*, III 34: *itaque isti rationi neque lator quisquam est inventus nec auctor umquam bonus.* III 11: *intercessor rei malae salutaris esto;* dativi, qui sunt *rei malae*, nisi genetivi sunt, pendent ex nomine[1]); verba autem legis sunt a Cicerone fictae, repetita III 43. Iam *intercessor* inter nomina publica est (cf. III 42); qualia multa in orationibus adhibere Cicero coactus est; itaque eius modi nomina permulta ex eius scriptis collegit Schaefferus[2]), iudicialia II p. 1 sqq., alia vitae publicae I p. 14 sqq., magistratuum nomina I p. 10. Nam ad horum quoque appellationes fingendas magno usui erant nomina huius figurae. Sed hac de re satis habeo Priscianum laudare, qui hanc rem eodem loco observavit, quo de artificum nominibus loquitur gramm. II 432, 21: *et sciendum quod frequenter apud Graecos ex nominibus dignitatum solent derivari verba, quae actum vel administrationem ipsius dignitatis significant, ut* οἰκονόμος οἰκονομῶ, πρύτανις πρυτανεύω. *apud Latinos autem dignitatum nomina pleraque ex verbis vel nominibus nascuntur, quae faciunt verba, ut consul a consulendo, dictator autem a dictando, quaestor a quaestu, et aedilis ab aedibus, praetor a praeeundo, ductor a ducendo, imperator ab imperando. ergo rex solum, quod a regendo nascitur, peperit ex sese aliud verbum regno.*[3])

Idem igitur quasi fons sermonis semper vivi est huic multitudini nominum, quae ignorantes creatorem et tempus creationis linguae ipsi creatrici addicimus, et illis paucis, quae homines docti, sive iuris consulti erant, sive grammatici, sive rhetores, sive philosophi, magnam partem nobis noti fingebant.

---

1) cf. ad Q. fr. III 8, 6: *intercessorem dictaturae si iuverit.*
2) Über den Gebrauch der Derivaten auf -tor und -trix. Prenzlau I 1868, II 1869.
3) cf. Varro de l. l. V 80 sqq. et 87.

Digitized by Google

Quoniam autem usque ad Ciceronis tempora descendi, aliud testimonium eiusdem vivacitatis non praetermittendum est. Nam hic id nobis contingit, ut imago sermonis, quo loquentes tum utebantur, nobis servata sit, epistulis scilicet Ciceronis. Magnam in eis numerum esse nominum in *tor* et *tio* exeuntium, alii animadverterunt comparantes delectum verborum cum aliis cottidiani sermonis auctoribus; mea interest hos locos eligere, quibus epistulae speciem sermonis cottidiani eo praebent, quod verbalia suo loco nata facilitate nascendi currenti scribentis stilo non impedimento, sed commodo erant.[1])

Longo ordine nominum nova quasi elici iam compluries ostendi; ad Att. VIII 3, 3: *ille aluit auxit armavit, ille legibus per vim et contra auspicia ferendis auctor; ille Galliae ulterioris adiunctor, ille gener, ille in adoptando P. Clodio augur, ille restituendi mei quam retinendi studiosior, ille provinciae propagator, ille absentis in omnibus adiutor, idem . . . postquam esse defensor rei publicae coepit* e. q. s. *Adiunctor* et *propagator* inseruntur ceteris nominibus, quae partim eiusdem figurae sunt. Item ad Att. XVI 7, 2: *etsi, quamvis non fueris suasor et impulsor profectionis meae, adprobator*[2]) *certe fuisti.* Plancus ep. IX 7, 1: *nec te magis in culpa defensorem mihi paravi, quam praedicatorem meritorum meorum esse volui;* fortasse item Balbus ad Att. VIII 15 A 2: *auctore te, illo relatore.*

Verbo antecedenti succedit nomen ex illo, ut videtur, sumptum ep. IX 8, 1: *ut admoneam te, non ut flagitem. misi autem ad te quattuor admonitores non nimis verecundos*, etiam top. 5 admonendi verbum antecedit[3]), Ad Brut. I 16, 6: *cum in graecis civitatibus liberi tyrannorum oppressis illis eodem supplicio adficiantur, petitur, ut vindices atque oppressores dominationis salvi sint?* Ex verbo hic *oppressores* derivatum esse Becker cognovit Philol. XLIV p. 473; sed hac in origine nominis verbalis nihil contra consuetudinem factum est.

Ad Att. IV 16, 3: *huic ioculatorem senem illum, ut noras, interesse sane nolui;* Cicero ipse additis verbis, quae sunt *ut noras*, indicat illum hoc nomine dignum esse. Huc pertinet fortasse ad Att. I 13, 2: *praepositumque esse nobis pacificatorem Allobrogum,* huc *traductor susurratores peregrinator corruptrix;* quae nomina omnia occasione data commemoravi.

---

1) fictionis mentio fit a P. Meyero, de Ciceronis in epistulis ad Att. sermone p. 18. enumerationem et studium varia genera dividendi invenies apud Stinnerum, de eo quo Cicero in epist. usus est sermone 1874, p. 6 sqq; cf. Opitz, quo sermone ei qui ad Cicer. litteras dederunt usi sint p. 15; non nullas voces ex verborum contextu (p. 68) et scribentis voluntate (p. 70) prodire memor est etiam Tyrellius, The corresp. of Cicero I², quamquam exemplorum electus non idoneus est ad rem probandam; Cramer, Über die Verbalsubst. auf tor und trix bei Cicero (1848) p. 18 rem cognovit.

2) postea inde a Gellio in usu est.

3) praeterea, si recentiora tempora omittis, dicitur ab Ovidio met. 4, 663 Lucifer *admonitor . . . operum.*

Digitized by Google

Ex nominibus in *tio* exeuntibus, quae solum in epistulis Attico datis leguntur[1]) (P. Meyer l. l. p. 18), unum a verbo antecedente originem cepit, ad Att. I 1, 1: *prensat unus P. Galba . . . illius haec praepropera prensatio.* Gerundi loco positum est ad Att. I 13, 1: *nisi eam pellectione relevarit*, i. e. pellegendo, cf. cum hoc usu ad Q. fr. III 4, 6: *in ludum discendi non lusionis* et nomen infinitivi locum occupans ad Att. XVI 2, 4: *facilior enim et exploratior devitatio legionum fore videtur quam piratarum.*

Iam haec duo non inter ea sunt, quae semel leguntur; tamen ex verborum contextu forsitan prodierint; item ad Att. IV 3, 3: *ipse domum P. Sullae pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat; eam* dixit, quia antea: *expugnare et incendere ita conatus est;* de usu v. Meyer l. l. p. 20, Ad Att. XI 22, 1: *istas impetrationes nostras nihil valere;* nomen actionis de eadem re hic ponitur, de qua participium ad Att. XI, 20, 1: *si ista nobis impetrata quicquam ad spem explorati haberent;* sic pluralis numerus explicari possit, sed hac explicatione non opus est[2]), cf. Meyer p. 18, Stinner p. 8 adnot. 2. Ad Att. XI 18, 1: *quodvis . . . supplicium enim levius est hac permansione;* idem vocabulum ep. I 9, 21, ubi sine dubio usus cum illa definitione congruit, propter quam idem nomen finxit de inv. II 164. Etiam *relaxatio* et in epistula et in philosophico libro sic usurpatur, ut inter utrumque usum nullus conexus sit, ep. VII 26, 1: *vel animi etiam relaxatio,* ubi *relaxatio* inter *loci mutatio* et *morbi remissio* posita est, et de orat. II 22: *animi non contentio, sed relaxatio;* de fin. II 95: *ista relaxatio* spectat ad *relaxat* ibid. 94. Ad Att. I 16, 5: *etiam noctes certarum mulierum atque adulescentulorum nobilium introductiones;* rursus pluralis numerus transitum ad nomen actionis facilem reddidit.

In ordine ceterorum ortum est[3]) *compilatio,* sed quia libellum significat, qui compilando conscriptus erat, antecedentium pluralem non accepit ep. II 8, 1: *ut mihi gladiatorum compositiones, ut vadimonia dilata et Chresti compilationem mitteres, et ea* e. q. s.; hic

---

1) *inhibitio* et *remigatio* ad Att. XIII 21, 3 nautarum vocabula duxerim, quamquam id quoque fieri potuit, ut verba inhibendi (ibid.) et remigandi in eorum sermone essent, non nomina. sed obstat *retentio aurigae,* quod nomen ita a Cicerone, ut a Carneade ἐποχή in philosophia adhibita est ac II 59: ἐποχή, *id est adsensionis retentio,* cf. ibid. 78; praeterea iuris consultorum est. — ad Att. VI 3, 7: *huius nebulonis oratione* a Lambino ex *operatione* correctum est, sed quod Bosius praebet vel coniecit *obiratione,* aptum videtur post *abiit iratus.*

2) cf. etiam ep. IX 16, 7: *nunc venio ad iocationes tuas;* ad Att. II 8, 1 idem singulariter; Ciceronis tamen proprium esse potest; nam ad Her. III 23 artis vocabulum est, cf. Meyer p. 20.

3) ad Q. fr. I 1, 12: *aut ex domesticis convictionibus aut ex necessariis apparitionibus; apparitio* ad personae sensum abiit, ut *optio,* idem patitur *convictio,* incertum est, num alterum altero attractum sit; *apparitio* apparitoris officium est ep. XIII 54, *convictio* rei nomen ep. XVI 21, 4.

Digitized by Google

solum legitur. Sequentium formam antecepit *assessio* epist. XI 27, 4: *quae tua fuerat assessio, oratio, confirmatio animi mei fracti.* Ad Att. XI 3, 1: *et tam gravi tempore periculum tantae pecuniae et dubio rerum exitu ista, quam scribis abruptio;* revocat Atticum ad eius epistulam, qua de abrupto matrimonio[1]) scripserat, fortasse eodem vocabulo abruptionis, certe verbo abrumpendi usus. Praeterea abruptio corrigiarum in augurum sermone tunc dicebatur Cic. div. II 84, cf. Fest. p. 270, 31 M. Similiter ad epistulam antea missam legentem revocat Q. Cicero ep. XVI 27, 1: *mirificam mi verberationem cessationis epistula dedisti; verberatio* spectat ad epistulam antea missam ep. XVI 26, 1: *verberavi te cogitationis tacito dumtaxat convicio.*

Vt verteret graecum vocabulum, novum latinum finxit ep. IX 24, 3: *illi* συμπόσια *aut* σύνδειπνα, *id est compotationes aut concenationes, nos convivia, quod tum maxime simul vivitur.* Eadem versio ab eodem iam facta erat Cato 45.[2]) Comparantur utroque loco Graecorum et Latinorum eiusdem rei variae appellationes.

Etiam de aliis multis iudicari potest ea suo loco nata esse, velut de *aberratione* ep. XV 18, 1: *aliam aberrationem a molestiis nullam habemus,* sed rursus ad Att. XII 38, 3: *hanc aberrationem a dolore,* cf. 1 (in epistula ab illa dirimenda) *scribendo . . . nihil . . . levor, sed tamen aberro;* nomen aliunde non affertur. Huc alia quoque forsitan pertineant. Sed his satis erit demonstratum etiam in Ciceronis epistulis verbalium rarorum multa sic explicari, neque licere talia eis vocabulis immiscere, quibus auctoris genus scribendi agnoscatur. Nam etsi insuetum est *interfectio* ad Brut. II 3, 5[3]), nemini sic scribere non licebat. Magna igitur verbalium copia in haec duo genera segreganda est: sunt quae occasione data orta sunt, et sunt quae munerum publicorum, artificum, similiumque rerum personarumve nomina certo non a scribente ficta sunt[4]); sic nomina agentis dividere coepit Stinner l. l. p. 6 sq.

Restant nomina quartae declinationis; nam primae declinationis non inveniuntur ficta. Sunt illa quoque pauca; ep. VII 5, 2: *ut initio mea sponte, post autem invitatu tuo* e. q. s.; hic solum legitur; fictum est propter similem dictionem ablativi ope factam, quae prae-

---

1) cf. Catull. 68, 84: *abrupto . . . coniugio.*

2) ibidem, ne appellationes ipse praesumeret, ad significandam rem finxit *accubitionem epularem amicorum;* additamentis opus erat, ne corporis motus intellegeretur; qui hoc nomine ab eodem dicebatur nat. deor. I 94 et off. I 129 simili in ordine verborum.

3) Becher, Philol. XLIV p. 473.

4) Velut P. Meyer inter nomina in *or* exeuntia rariora enumeravit *glutinator* p. 22, *praediator* p. 23, *structores* p. 23, inter rei nomina *erogatio* p. 20, *cretio delegatio* p. 21; ibidem ipse ad *repraesentationis* vocabulum ascripsit e sermone iuris consultorum vocabulum desumptum esse; inutile igitur est ad describendum stilum epistularum proprium; hanc rem et alias multas Cicero non potuit nisi nominibus, quae eis erant, nominare, sive epistulam scripsit sive orationem habuit.

Digitized by Google

cedit *mea sponte* ad exemplum illorum, quae supra p. 123 sqq. commemoravi; ibidem iam ex epistulis Ciceronis locos ascripsi; hic eiusdem dictionis reliqua exempla ex eis colligam.

Quorum plurima non uno loco inveniuntur, sed crebrioris usus sunt; velut *admonitu*, cui ablativo adiungitur genetivus Cic. ep. XV 2, 5: *admonitu senatus*, ep. X 12, 3: *pullariorum admonitu*, pronomen possessivum ad Att. XIII 18: *admonitu tuo*, adiectivum ad Att. IX 10, 5: *tali admonitu*, cf. rep. II 67: *levi admonitu*, har. 56: *nulla haruspicum admonitu;* sed praeter ablativum vario modo[1]) adhibitum alius casus neque a Cicerone neque ab alio derivatur; excipitur Mart. Cap. IX 896: *edictorum tuorum admonitus . . . innotescunt.* — Ad Q. fr. II 3, 6: *magno adsensu omnium*, cf. dom. 101, nat. deor. II 4, Brut. 185[2]); sed accusativum admittit Cicero Brut. 191; omnino liberius ab eodem ponitur, ubi philosophorum graecorum συγκατάθεσις est. — Ad Brut. I 17, 1: *coactu tuo;* affertur idem ablativus ex Verr. II 34, V 75, Caes. Gall. V 27, 3, Lucr. II 273. — Ep. IX 14, 7: *omnium concessu*, cf. ep. IV 6, 3: *illius concessu.*[3]) — Ad Att. III 24, 1: *consensu consulum*, sic saepius. — Ad Att. IV 3, 2: *fracta coniectu lapidum ex area nostra*, cf. ibid. *coniectis ignibus;* nominativus legitur Sest. 115 ex coniectura, accusativus Planc. 21, ablativus de orat. III 322 de oculis coniciendis. — Ad Q. fr. II 3, 6: *maximo conventu;* dictio usitata. — Ep. XIII 29, 7: *aliorum consilio hortatu auctoritate;* sic saepius, alii casus paulatim accedunt; nominativum pluralem fecit Tacitus, dativum singularem Macrobius, pluralis inde ab Ovidio a poetis dactylicis usurpatur. — Ep. II 11, 2: *mandatu meo;* alia exempla praebet Neue I[3] p. 753. — Ad Att. VIII 9, 4: *missu Caesaris;* ab hoc solo mittendi sensu dictum esse videtur.[4])

Haec omnia Ciceronis aetate in usu erant; ad huius dictionis exemplum ipse finxit ad Att. IV, 9, 2: *dispersu enim illorum actio de pace sublata est;* et paulo liberius praepositione praemissa, sed adiunctum nomini vetusto ep. VI 6, 7: *non igitur ex alitis involatu nec e cantu sinistro occinis.*

Abstinuit Cicero etiam in epistulis ab ea licentia, qua nomine casus verbo flagitatus assumitur; excipiuntur *fautor* cum dativo coniunctus (supra p. 84) et loci indicationes (p. 72 sqq.); de ceteris eiusdem scriptis nihil affirmare possum; constat eum artis vocabula pauca hoc modo finxisse; praeterea attulit Lorenzius ad Plaut. Pseud. 409 duos locos, ubi ablativus instrumentali vi nomini adiunctus est; rep. I 2: *virtus in usu sui tota posita est; usus autem eius est maximus civitatis gubernatio et earum ipsarum rerum, quas isti in angulis per-*

---

1) antecedit *ab* Ov. Pont. I 2, 54 causam significans.
2) antecedit *cum* Cic. Cato 62.
3) plura praebet Neue I[3] p. 752; affert *ex concessu* CIL. VI 1, 461; compara ad Att. III 24, 1: *nostra concessione*, cf. CIL. XIV 1398 *ex concesi<one.*
4) adiciantur ablativi *nutu* ep. XIII 1, 5; 65, 1. *casu* e. g. ep. II 7, 2, ad Att. IV 1, 4.

Digitized by Google

sonant, reapse non oratione perfectio. Hic igitur locus definitioni similis est; altero loco Cicero post sex nomina in *tio* exeuntia pergit interrogando Pis. 40: *an exercitus nostri interitus ferro, fame, frigore, pestilentia.* Dativus pendere videtur loco a Kuehnastio (Synt. Liv. p. 130) allato Phil. I 36: *gladiatoribus clamores innumerabilium civium, quid? populi versus, quid? Pompei statuae plausus infiniti.* Forma, quae est *statuae*, sic intellegi potest; sed paulo post pergit: *quid? Apollinarium ludorum plausus.*

Ne Livi quidem exempla a Kuehnastio (l. l. p. 131) afferuntur praeter nomina praepositionibus coniuncta[1]), *usus est* c. abl., *exprobratio* (p. 145) cum dat.; addendum est ex Schaefferi tractatu (laudato p. 162) II p. 4: *accusatorem parricidii et reum* Liv. XL 8, 7, ubi accusator eundem genetivum arripuit, qui reo et accusando conveniebat, si minus in genetivis ex nomine pendentibus sic distinguere licet; nam nominalis dictio a verbali non plane discerni potest, v. Liv. VIII 32, 9: *eundem accusatorem capitis sui ac iudicem esse* et quae similia in Thesauro l. l. I p. 348, 78 sqq. suppeditantur.

Plura ex eius aliorumque libris forsitan conquiri possint; nam haec vis verbalibus usque ad ultima tempora servata est. Velut nomina agentis ex recentibus scriptis P. Geyer (arch. IX p. 577) collegit, quibus audacius accusativi adiunguntur, quam antea factum esse vidimus.[2]) Et genetivum et ablativum localem eidem nomini agenti adiunxit Gilda (chron. min. III) 33: *multorum tyrannorum depulsor tam regno quam etiam vita supra dictorum.* Instrumenti sensu ablativum eiusdem figurae nomini Nonius in interpretatione apposuit p. 35, 25 *nugator: nugis turbator.*[3]) Vt adligare alicui rei dicitur, ita etiam adligatores cum dativo coniunxit Aug. civ. XII 27: *nec institutores,*

---

1) nam ut alia, quae huc non pertinent, omittam, II 36, 2: *sibi ludis praesultatorem displicuisse, ludis* sextus casus temporalis (similia Kuehnastius attulit p. 181) est; XXIV 10, 13: *et supplicatio omnibus deis . . . indicta est* et X 47, 7: *unum diem Aesculapio supplicatio habita est* ea ambiguitas est, qua dativi et accusativus temporalis ad nomen et ad verbum referri possunt, v. supra p. 81. eadem res est Caes. Gall. II 35, 4, quem locum Kuehnastius p. 156 attulit.

2) sunt Passio Perpet. 1: *omnia donativa administrator (-tur* A, *-strans* rell. recte, cf. graecum διοικοῦν). Vita Hugberti p. 54 (Arndt, Kleine Denkm. aus der Merovingerzeit): *non surdus auditor ad se clamantes.* Vita Wandreg p. 33, 5 (Arndt ibid.): *erat homo multum index coronam capitis decoratam.* in longo advocationum ordine Mone, Lat. u. gr. Messen p. 36: *tu caecorum inluminator, peccatorum veniam promissor, caeli et terrae fabricator, gentibus intellectum ⟨donator⟩, cateiumenus ad baptismum provocator, presbiteris sacerdotium, episcopis apostolatum dator (-um* cod.). Excerpta latina barbari Frick, chron. min. p. 266, 8: *Fideas statuas compositor,* cf. ibid. 7: *Euripidus cantoconpositor.*

3) dativus obiecti loco positus agnosci potest in versu Corneli Severi allato a Charisio gramm. I 86, 7: *ignea iam caelo ducebat sidera Phoebe fraternis successor equis;* sed hic dativi usus propius ad eum accedit, quo nomini agentis et verbo substantivo saepe adiungitur; cf. supra p. 82 sq.

Digitized by Google

sed inlusores adligatoresque nostras ergastulis aerumnosis et gravissimis vinculis. Sed usque ad haec tempora viam eis exemplis monstrare non possum, quae mihi praesto sunt, si praetermitto nomina praepositiones sueto more recipientia. Nam talia sunt etiam quae Koffmane ex ecclesiasticorum scriptis collegit (Histor. latin. eccl. p. 117) paene omnia[1]); est tamen inter ea *boni existimatio;* dicitur ut *boni existimare.* Sed ne recentis aetatis scriptores hac licentia nimis abusi esse videantur[2]), Quintilianus testis est hoc dicendi genus etiam erudito eloquentiae magistro convenisse; nam inst. I 1, 28: *verus ille profectus et altis radicibus nixus* ex nomine actionis ablativus pendet, ut ex verbo nitendi pendere solebat. Sed haec exempla magis casu reperta quam consulto quaesita sunt.

Item ad continuandam fictionis verbalium descriptionem observationes a me institutae non plane sufficiunt. Sed id iam laterculis, quos Paucker[3]) verborum argenteae, ut dicitur, latinitatis confecit, discitur, paulatim, ut exspectandum est, ab unoquoque scriptore copiam et aliorum vocabulorum et verbalium augeri, vel paulatim, ut antea ita horum quoque temporum scriptis plura linguae latinae vocabula nobis innotescere. Nam praeterquam, quod omnino non multa quisque toti vocabulorum copiae addidit[4]), nisi, ut Vitruvio

---

1) Itala (Lucif. moriendum esse 2) Phil. 3, 14: *ad bravium sursum (rursum* cod.) *vocationis tendimus,* item restitutum est Itala Novatian. cib. Iud. 1 (ed. Landgraf et Weyman arch. XI p. 226, 25), ubi codices *cursum* praebent. vertitur τῆϲ ἄνω κλήϲεωϲ; Vulg. *supernae vocationis.* Itala cod. Bezae Cantabr. act. 13, 11: *ad manum deductores* vertitur χειραγωγούϲ, Vulg. *qui ei manum daret.* Itala (Tert. adv. Marc. 5, 17) Ephes. 1, 9: *secundum boni existimationem* vertitur κατὰ τὴν εὐδοκίαν, Vulg. *beneplacitum;* idem restituit Iunius Itala (Tert. adv. Marc. 5, 20) Phil. 1, 15 ubi traditur *per sermonis existimationem,* vertitur δι' εὐδοκίαν, Vulg. *propter bonam voluntatem.* ex scriptorum verbis ipsis sumpta sunt Cypr. epist. 73, 2: *ad spem vitae aeternae salutaris ingressio et purificandis ac vivificandis Dei servis dignatio;* dativus finalis additur sic ut infinitivus verbo succedit. Ps. Cypr. rebapt. 12: *post invocationem nominis eius super eos* dicitur, quia auctor antea ibid. *invocatio nominis* et compluries *invocare* sic scripserat, ut loco quem laudavit, legerat Vulg. act. 15, 17: *gentes super quas invocatum est nomen meum super eas.* Ps. Cypr. rebapt. 8: *descensione spiritus sancti et super eum mansione.* Ps. Cypr. mont. Sina. 9: *resurrectione die tertio* (cf. Serm. Ar. frg. II 17 Migne P. L. 13 p. 624 B.) cf. cum *supplicatione* supra allata p. 167 adnot. 1.

2) Nonius p. 239, 5 Sallusti verba (hist. frg. III 88 M) sub *aemulus* affert: *facta consultaque eius quidem aemulatus erat;* merito L. Mueller admonet etiam *aptare* sub *aptum* a Nonio afferri; sed p. 502, 1 idem locus a Nonio iterum affertur sub titulo *accusativo pro genetivo,* omittuntur tamen corruptela codicum haec totius loci ultima verba; verbis Noni poscitur hoc loco nomen, contra consuetudinem accusativum pro genetivo regens, aut *aemulus,* cui voci p. 239 locus subicitur, aut *aemulator,* quam formam in *aemulatus erat* p. 239, 5 latere Dietschius haud improbabiliter suspicatus est.

3) Vorarbeiten z. lat. Sprachgeschichte II: Übersicht des der sog. silb. Latin. eigenth. Wortschatzes. p. 5: *tio,* p. 9: *tus,* p. 10: *tura,* p. 11: *tor.*

4) inspiciendi sunt laterculi, quos Paucker praebet in Meletem. lexist.

Digitized by Google

accidit, artis vocabula adhibere cogebatur, etiam in eis, quae solum aut primum a singulis ponebantur, discernenda sunt et inventa et recepta. Velut eorum quae ex Plini epistulis et panegyrico attulit Paucker (Melet. lex. spec. p. 43) *indictio* paneg. 29 et *duumviratus* IV 22, 1 iuris consultorum sunt; *praelusio* et *praecursio* VI 13, 6 ex aliis artibus transferuntur; sed ad Trai. 120, 1: *quam perpetuam servationem meam* e. q. s. *servatio* facta videtur, ut per relativum coniunctio fieri possit, etsi servandi verbum non ipsum antecedit (cf. supra p. 124). Fortasse suo loco nata sunt etiam *adnotator, commendator, firmator, reformator*, quae paene omnia vocabulis eiusdem figurae usitatis succedunt. Paneg. 49: *spectator adnotatorque*[1]); ep. VI 23, 5: *fautor etiam commendatorque;* ad Trai. 29, 1: *te conditorem disciplinae militaris firmatoremque,* sed idem nomen Tac. ann. II 46: *missus tamen Drusus, ut rettulimus, paci firmator;* ep. VIII 12, 1: *reductor ac reformator.* Sunt certo nove ficta, quae semel leguntur *declarator* post *suffragator* paneg. 92: *ut idem honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator existeres;* pro *cunctator* fortasse varietatis gratia *haesitator* ep. V 10, 2: *sum et ipse in edendo haesitator, tu tamen meam quoque cunctationem tarditatemque vicisti.* Ep. I 7, 2: *simili nutu ac renutu* et figura adnominationis et antecedente verbo graeco, quod vertit, ἀνένευσεν fulcitur. Tali fulcro caret, cuius contra consuetudinem non sextus casus, si modo fictus est[2]), fingebatur paneg. 20: *cum abactus hospitum exerceret.*

Imprimis quartae declinationis verbalibus, quae raro novabantur nisi tertio sextove casu, iudicari potest, quam libere aut, si ultima tempora spectas, quorum vulgaritas vituperatur, quam temere scriptores lingua usi sint. Sed, ut magnum temporis spatium intermittam, ne Ammianus quidem Marcellinus ab hac consuetudine recedere ausus est. Quattuor enim nomina in *tus* desinentia inde ab eo nota sunt[3]), duo denominativa quorum *clarissimatus* XXI 16, 12 re et significatu, *obsidatus,* cuius alter casus semper pendet ex *pignore* XVI 12, 25, *sorte* XVII 12, 16, *specie* XXV 7 13[4]), crebro usu specie novitatis privatur; quae restant, a verbis nata sunt; XXII 2, 3: *ob rapidos circumgressus,* repetitur sensu ambitus positum ibid. 8, 30: *prope palus est Maeotis amplissimi circumgressus;* alterius sextus casus exstat XV 11, 18: *ventorum difflatu iactari;* quorum de alterius novitate dubitari potest; addendum est *imperatu* (omisit L.) XXXI 7, 4: *imperatu eiusdem Gratiani,* ibid. XVIII 6, 10: *imperatu ducis;* haec

---

spec. vocabulorum a Sallustio (p. 1), Velleio (p. 4), Valerio Max. (p. 6), Vitruvio (p. 8), Hygino (p. 17), Frontino (p. 19), Columella (p. 21 cf. 41), Petronio (p. 27), Suetonio (p. 33), Plinio min. (p. 42), primum solumve receptorum.

1) cod. Theod. XII 6, 3 iuris consultorum vocabulum est.

2) *abactus* hoc sensu alibi non legitur.

3) Liesenberg, die Sprache des Amm. Marc. I p. 14.

4) sed schol. Iuv. II 164: *qui in obsidatum datus fuerat.*

Digitized by Google

duo formata sunt ad exemplum multorum similium ablativorum etiam Ammiani temporibus usurpatorum vel ut *aevi tamen progressu* XXXI 2, 17, cf. XIV 5, 5: *aetatis progressu*[1]); *permissu imperatoris* XXXI 4, 5, cf. XXX 10, 6: *absque sui permissu; petitu Valentis* XXXI 7, 3, *aggerum obiectu celsorum* XXXI 8, 2, cf. *obiectu pulveris* XXXI 13, 2, *obiectu corporis et vocis iurgatorio sonu* XXVII 1, 5; *Gratiani monitu* XXXI 9, 1, cf. *monitu cuiusdam somnii* XXV 10, 16; *hoc monitu* XVI 7, 9; *cadendi contemptu* XXXI 13, 3; *impulsu* et alia iam inde a prioribus temporibus notissima petas ex Liesenbergi opusculo.[2])

Parvus igitur numerus novorum est, item nominum tertiae declinationis (Liesenberg I p. 11), nominum agentis (I 3); nominum in *tura* exeuntium numerus, ut solet, exiguus est; forte enim factum est, ut *praetentura* XIV 3, 2 et XXVIII 3, 7, artis militaris vocabulum, ab Ammiano primum nobis proderetur, sic ut *gladiatura* non ante Tacitum, (Dräger, Über Syntax und Stil des Tacitus p. 96).[3]) Ne quis miretur his parvulis accessionibus tantum denique multitudinem effectam esse, quantam nominum in *tio* et in *tor* exeuntium ex auctoribus post Hadrianum scribentibus Paucker Mél. Gréco-Rom. III p. 496 et 518, (cf. Meletem. lexist. altera part. I p. 33 et 53)[4]) collegit, admonendum est interea Christianorum doctrinam Romam pervenisse et lingua Romana eorum defensores et laudatores verbosa volumina scribere coepisse. Versione sacrae scripturae multa vocabula flagitabantur, et multa his suffixis fingebantur (cf. Roensch, Itala und Vulgata). In vertendo et excolendo sermone ecclesiastico, quantum ex exemplis a Koffmanio tractatis (p. 41 sqq.) video, non tam saepe ad haec verbalium genera scriptores refugiebant, saepius alius figurae nomina magno usui erant (Koffmane p. 91, 100 sqq., 105). Hae autem notiones Christianorum doctrinae extrinsecus apportatae et latine redditae cum philosophiae aliarumque artium notionibus antea ex graeco sermone petitis et versis comparandae sunt.[5]) Ab his doctrinae nominibus etiam in ecclesiasticorum sermone secernenda sunt, quae quisque sermoni, quo ipse usus est, fortasse paulum cedens praeterea copiae verborum addidit.[6])

---

1) cf. XVIII 7, 7: *saeculi progressione* (cf. supra p. 166 adnot. 3).

2) sunt etiam, quae Ammianus ex vetustorum auctorum scriptis sumpsit; etiam talia in suum usum convertit, quae vetustis temporibus non in usu erant, sed occasione data ficta et bono casu usque ad eius tempora litteris servata erant, velut *ventio, perquisitores, ambestrices arcessitu*.

3) cf. quae supra p. 122 de *venatura* et *lanistatura* dixi.

4) nomina in *tura* exeuntia, Zeitschrift f. öst. Gymn. XXVI p. 897.

5) in his quoque scriptis definitionum gratia verbalia fiunt; velut Lact. inst. V 22, 3: *patientia est . . . malorum . . . cum aequanimitate perlatio* a perferendis periculis dicitur.

6) Velut Jos. Schmidt, de nom. verb. in tor et trix desinentium apud Tert. copia ac vi, p. 11 sq. animadvertit Tertullianum interdum easdem res per nomina reddidisse, quae alibi per verba dictae essent.

Digitized by Google

Accedit denique, ut lingua ipsa paulatim numerum auxerit. Nam paulatim factum erat, ut haec verbalium classis, quia facile ex verbis deduci poterant eorumque formae perspicuae erant, aliis nominum classibus praeferrentur. Velut *aleo* ex urbano sermone expulsus est ab *aleatore* (iam Plaut. Rud. 359), unde *aleatorius* quoque deductus est; *aleo* convicii loco ponebatur a Naevio com. 118: *pessimorum pessime, audax, ganeo, lustro, aleo;* a Catullo 29, 2: *nisi impudicus et vorax et aleo* (cf. 10), a Tert. fug. in pers. 13: *inter tabernarios et ianeos et fures balnearum et aleones et lenones;* praeterea Aleones Atellana Pomponi erat.[1]) A Paulo p. 29, 5 M. Naevi versus huius vocis gratia laudatur praemissa explicatione: *aleonem aleatorem.* Contra vocabulum crebro usurpatum non item verbali superatur velut Lucr. V 1040: *et a pinnis tremulum petere auxiliatum.* Interpretatur Nonius p. 74, 15: *auxiliatum ut suppetiatum*, C G L. V 638, 14: *auxiliatum adiutum.* Similis ratio inter *poena* et *poenitio* est Cic. part. orat. 130: *quod in beneficio gratia, in iniuria poenitio nominatur.* Suspicari licet suffixa, quae sunt *io* (cf. *capio* et *captio)* et *ura*, hoc modo cum suffixis *tio* et *tura* certavisse neque satis resistere potuisse.

Sed de suffixorum certamine nihil effici potest, nisi etiam eorum verbalium significatus et usus diligentissime observatur, quae antiquitus in usu erant et lingua ipsa per annos quasi tradebantur. Haec enim, nisi nova cum eis comparanda erant, paene omnia omisi, id imprimis ostendere studens licuisse et priscis latinitatis temporibus et sequentibus verbalia in *tio tor trix,* fortasse etiam *tura,* ubicumque occasio eveniebat, fingere, et verbalia in *tu* exeuntia observatis quibusdam legibus. Nam ne id quidem aliter evinci poterat ac si exempla novorum afferebantur et causa fictionis exquirebatur. Alterum, quod ostendisse me spero illud est, scriptores cuiuslibet generis non veritos esse hac licentia ad res personasve nove significandas uti. Quod eo magis commemoratione dignum est, quo anxius artis rhetoricae magistri praescribebant, ne sine auctoritate scriptoris ab omnibus probati vocabula reciperentur[2]), neque deerant, qui oratorem nova fingere vetabant. Talem fuisse Celsum Quintilianus nobis prodidit (inst. VIII 3, 35). Cui tamen Quintilianus ipse non plane adsentitur non item adquiescens in tradita paupertate sermonis; repetit igitur eorum sententiam, quam antea iam Horatius versibus expressit (ars 48—62); eandem *propter egestatem linguae et rerum novitatem* (Lucr. I 139) Cicero et Lucretius sequi cogebantur. Qui omnes sic de ea re loquuntur, ut appareat non ab omnibus eis concessum esse, quod sibi postula-

---

1) Sall. Cat. 14, 2: *nam quicumque impudicus adulter ganeo* ⟨*aleo*⟩ *manu ventre pene bona patria laceraverat.* Sumpsi *aleo* ex codd. C. (Jord.), quibus *alea* traditur; turbatio ordinis tradita est, nam in *P ganeo* et *pene* a correctore addita sunt; restituitur autem ordo trium personarum et inversus ordo trium rerum, praemittitur *impudicus* cf. Naevi versum.

2) v. locos, quos supra p. 65, 1 attuli, cf. etiam quae Norden, de arte sermonis pedestris, hac de scriptorum abstinentia scripsit I p. 180.

Digitized by Google

bant, neque Cicero id omisit, quod Quintilianus postea commendat inst. VIII 3, 37: *sed si quid periculosius finxisse videbimur, quibusdam remediis praemuniendum est: 'ut ita dicam', 'si licet dicere', 'quodam modo', 'permittite mihi sic uti'.*

Sed talibus locutionibus Cicero non tam fictionem novorum ipsam excusabat quam sensum et usum inauditum non modo nomini sed iam verbo inditum; velut neque eum neque legentem offendebat *assensus* et *assensio* ex assentiendo facta; sed nomina et verbum pro συγκατάθεσις et συγκατατιθέναι posita explicatione et excusatione egebant. Inter novorum exempla a Quintiliano allata (inst. VIII 3, 30—37), quamquam plurima re vera derivata sunt, tamen ibidem etiam de *cervice* pro *cervicibus* posita agitur et alio loco (inst. VI 3, 53) de talium nominum fictione, quale est *Pacisculus* ex *Acisculus* factum. Accedit quod neque Horatius neque Quintilianus eam verborum fictionem intermiscere dubitat, quam Graeci ὀνοματοποιίαν vocabant, qua *balare* et *hinnire* et similia facta sunt v. Inst. I 5, 72. Haec enim est, quam Graecis magis licere opinabantur quam Romanis (cf. Inst. I 5, 72 cum VIII 3, 30 et Hor. ars 52). Haec nobis rerum confusio videretur, nisi coniunctis Quintiliani locis appareret, hanc rhetorum doctrinam a grammaticis vel philosophis petitam esse, qui de verborum origine scripserunt. Vt illorum quidam inter impositionem verborum et declinationem distinguere coeperunt[1]), ita Quintilianus praescribit. inst. VIII 3, 36: *ut iam ponere alia, quam quae illi rudes homines primique fecerunt, fas non sit, at derivare, flectere, coniungere, quod natis postea concessum est, quando desiit licere?* Verbalia igitur quae ad verbi declinationem ipsam nonnullis grammaticis veteribus pertinuisse in prooemio ostendi, inter eas voces erant, quae non frigida quadam fictione *adiectis, detractis, mutatis litteris* (Quint. inst. VI 3, 53 cf. Varro l. l. V 6), sed derivando fiebant, et ex rhetorum quoque doctrina fingere licebat.

---

1) cf. Reitzenstein, M. Terentius Varro und Johannes Mauropus von Euchaita p. 81.

Digitized by Google

ORDO RERVM.

Numeris indicantur paginae huius voluminis.

Prooemium: Quid grammatici veteres de nominibus verbalibus docuerint. Verbalia cum participiis comparantur 59, a grammaticis veteribus et inter nominis species habentur 60, et in verbi declinationem recipiuntur 61; rei propositio 67.

Caput primum: De nominibus verbi syntaxin arripientibus. Verbalia cum participiis comparantur 68. Adverbium verbalibus recipitur 69, loci indicatio 74. Praepositio ex verbali pendens 77. Nomina in *tor* exeuntia, quae dativum 82, accusativum 84, ablativum 85 recipiunt. Nomina actionis, quae casum verbi recipiunt; exeuntia in *tura* 86, in *tus* 87, in *tio* 90. Nomina alius figurae item usurpata 103.

Caput alterum. Enumerantur verbalia suo loco ex verborum contextu nata Plautina et Terentiana. Nomina agentis masculina 105, feminina 112. Nomina actionis exeuntia in *tio* 116, in *tura* 121, in *tus* 122. Verbalia quartae declinationis posita sexto casu 123, tertio 132; supina 134. Verbalia ad amissum verbi significatum redeuntia 138.

Caput tertium. Continuatur caput alterum, Terentius cum Plauto comparatur 145. Afferuntur verbalia suo loco nata ex reliquiis comoediarum 146, tragoediarum 148, Catonis librorum 149, Lucili 151 et Varronis saturarum 153. Lucretius nominum fictor 154. Verbalia quomodo a poetis epicis adhibita sint 157. Artium vocabula, philosophiae 160, cf. 156, rhetoricae 160, iurisprudentiae 161. Cicero quomodo in epistulis verbalibus usus sit 163. Recentis aetatis usus; verbalia verbi syntaxin arripientia 167; Plinius verbalium fictor 169, Ammianus 169. Conclusio 170.

Digitized by Google

Index rerum notabilium.

Ablativi in *tu* exeuntes 123 sqq. 147. 148 sq. 165 sq. 169 sq.
adiectivorum vim nanciscuntur nomina agentis 70. 139. 159
artificum appellationes 113. 115 sq. 121. 151. cf. artium appellationes 86. 121
artium vocabula 117, 1. 149. 159 sqq.
cognomina ex facto data 108 sq. 158 sq.
collocatio verborum 73. 74. 80 sq. 92 sqq.
dativus nomini adiungitur 82. 102. 114, 3
de 78 sq. 100. 136
denominativa 111. 130. 132. 144. 147
enuntiatio pendens ex nomine 93. 97. 98, 1
esse cum nomine actionis 73. 75. 77. 92 sqq. 104. 133. *esse in* sequente nomine actionis 91, cum nomine agentis 69 sqq. 78. 82. 110
facere cum nomine actionis 71. 77. 86. 104. 122. 141
genetivus nominibus adiungitur 79 sq. 82. 86. 89. 90. 146 sq.
gerundium comparatur nominibus actionis 91, 2. 164
graeca latine reddita 95. 110 sq. 141. 156 sq. 165
grammaticorum veterum doctrina laudatur 60 sqq. 68, 1. 69, 1. 71. 83
habere cum nomine actionis 77. 98, 3. 100. 101. 132. 150
infinitivus nominibus actionis comparatur 138. 155. 157
legum sermo 88. 97 sqq.
magistratuum nomina 112. 162
magnus augendi gratia nominibus adiungitur 71, ubi addas velim Plaut. Amph. 782 *praestigiatrix multo mulier maxima est* et, ne a Cicerone hoc dicendi genus alienum esse putes, Cic. ac. II 66 *magnus quidem sum opinator.*
ordo nominum eiusdem figurae 108. 109. 117. 123. 148, 5. 164. 165 al.
participia comparantur cum verbalibus 58. 59. 68. 84. 106 sq. 159. 137 sq.
soni appellationes 118. 143
suffixorum delectus 90. 94. 95. 96. 98, 4. 102. 103. 118 sq. 119, 5. 120. 124. 125. 131. 133. 141, 4. 147. 155 sqq. 166
tam nominibus adiungitur 69
varietas 105 sq. 108. 116. 120. 169

Index verbalium.

Inseruntur pauca nomina alius figurae propter usum verbalibus comparata.

Abactus 169
aberratio 165
abitio 73. 75. 95. 116
abitus 156, cf. 138
abortio, — tus 131
abruptio 165
accipiter 153
actio 76. 77. 79. 98, 5. 99 compluries. 100. 101. 102. 156, 1. 161
actor 162
actus 76. 102. 131, 1. 156. 156, 1
aductus 156
adauctus 156
adceptio 94. 147
adceptor 82. 84. 110. 153
adceptrix 110. 115
adcessio 73. 75 bis. 93 bis. 116. 141
adcubitio 165, 2
adcusator 113. 167
adcusatrix 83. 113 bis
addictio 98 bis. 157
adfatus 158
adhaesio, — sus 89 sq. 156
aditio 75. 94. 116
aditus 78, 1. 79. 102, 2. cf. 138.
adiumentum 78, 1
adiunctor 163
adiutor 78, 1. 82 ter. 83. 84. 129

Digitized by Google

adlegatio, — tus 123
adligator 168
administrator 167, 2
admiratio 93
admonitor 163. 163, 3
admonitus 166. 166, 1
adnotator 169. 169, 1
adparitio 164, 3
adpetitio, — tus 157
adpeto 84
adprobator 163
adputrati 126
adscensio 77. 142
adsensio 157. 172
adsensus 146. 157. 166. 166, 2. 172
adsentatio 146
adsentatiuncula 120. 120, 1
adsentatrix 110. 114
adsestrix 147
adspectus 131, 2. 134. 156
adsultus 158
adtrectatus 148
adventor 107
adventus 74, 1. 131, 4
adversator 114, 3
adversatrix 82. 84
adversitor 111, 2
aedificator 70. 139
aemulator 168, 2
aestimatio 98 ter. 124
aleo 171
aleator 111. 171. cf. 106, 1
altercatio 78
altrix 139
amatio 104. 107, 1. 117
amator 71. 82. 83. 84. 85. 107. 140
amatrix 112 sq.
ambestrix 115. 170, 1
ambitus 138
ambulator 115. 149
ambulatrix 151
amicus 70
ancillula ex 78
anellus in 78
animadversio 99
apertio 157, 4
apricatio 79
aratiuncula 120
arbiter 93, 1. 129
arbitrium 128
arbitratio 123
arbitratus 103. 123. 126 sq. 147 sq.
arcessitu 125. 170, 1
Argentumexterebronides 72. 72, 1.
astu 131, 4 (132)
auctio 142, 3
auctus 156
auctor 82. 83. 85. 128 sq. 162
auctoritas 81
aucupatio 95
auditor 106. 157. 167, 2
augurium 79
auscultatio 95. 116
auxiliator 114, 3
auxiliatus 171

Balneator 111 bis
balnitor 111
bellator 69. 81. 86
benefactor 68, 3
bene suasor 71
bovinator 151 sq. 152, 1, 2, 3.

Caduceator 112
calator 107
cantio, -tus 118
cantrix 116
capio 98. 98, 4. 103. 171
captio 98. 171
casus 166, 4
cavillator 110
cautio 93. 97
censio 141. 141, 4
certatio 100
circitor 111, 2
circumcaesura 90. 117 sq.
circumgressus 167
circumitio 71. 101
circumspectatrix 109. 114
cistellatrix 116
clamitatio 94. 116. 118
clarissimatus 169
clavator 111 sq.
coactio 162
coactus 166
coercitio 98
coetus 131
cogitatio 79. 80. 93. 124
cognitio 101. 142
cohortatio 93
coitio 131
colorator 147, 2
concenatio 165
concessio, -sus 166. 166, 3
conciliatrix 140. 140, 4
conciliatricula 140, 4 (141)
conclusio 157, 1
concubinatus 148
concubitus 130
concursatio 141, 2
concursio, — sus 156
conditor 82. 140. 142, 1, 2
conductor 107
conduplicatio 117, 117, 1. 141
coniector, -trix 115 sq. 116
coniectura 79
coniectus 166
coniuratio 141
conlatio 142. 161
conlator 82. 107
conlocutio 141, 2
conlusor 116
conmemoratio 81. 144
conmendator 169
conmendatrix 139
conmercium 78, 1
conmunio 78, 1
conpilatio 164
conpositor 167, 2
conpotatio 165
conpotor 116
conpotrix 83. 116
conpransor 116
conpressio 90. 126
conpressus 125. 125, 2. 129 bis
conquaestor 76. 77
conrector 109
conruptor 82. 108. 139
conruptrix 69
consilium 79
conspectus 131, 4 (132). 156
consuetio 119
consultatio 98
contemptor 70. 159
contemptrix 108. 114
contemptus 170
contentio 79 bis
contio 77, 1. 79
contortor 82. 109. 123
contutus 122
conventus 162. 166
convictio 164, 3
coortus 156
cosmis 85, 1
creditor 162
crepitus 118
cretio 165, 4
criminator 107. 108
cubitura 122
cubitus 136

Digitized by Google

cultor 82
cultura 154
cultus 80. 133. 134
cunctator 69
cura 93. 101. 122
curatio 91, 2. 93 bis. 97. 97, 2. 98. 122
curatura 122. 123
curstrix 147
custoditio 146

Datio 88 bis. 99. 161
dator 82. 105. 106. 115. 167, 2
datus 123
deambulatio 120
debellator 158
declarator 169
declinatio 124. 157
decurionatus 148
decursus 74. 76
deductor 168, 1
deieratio 100
delatio 98 bis
delegatio 165
deletio 78. 151
delitor 149
demptio 157. 157, 4
denuntiatio 162
depeculatus 133. 133, 1
depolitio 153
depopulator 147, 2
deprecator 79
depulsor 167
despectus 76. 133. 156
despicatus 132
despoliator 108
desultura 121
detritus 157
devitatio 164
dictator 82. 83, 1. 112 bis
dictatrix 82. 112
dictio 60. 90. 98 ter. 101
dictum 68
dictus 137. 137, 2
difflatus 169
dignatio 168, 2
discessio 95
discessus 74 bis. 75
dispersus 166
dispositura 154
distractio 90. 119
dolor 79
domitor 158
domum itio 71 sq. 74 sq. 120
dormitator 111

<donator> 167, 2
dubitatio 79. 93
ductor 83
ductus 126. 134. 134, 2
duellator v. *bellator* 81
duumviratus 169

Educator, -trix 159
eductio 76
egero 73
eiectus 78
eiulatio, -tus 118
emendatrix 159
eminatio 117. 141
emptor 78. 82. 84. 128
emptus 134, 2
enuntiatio 156, 1
epistula 81, 1
erogatio 165
eruptio 75
esus 132
exactio 99 bis
exagoge 77
exclamatio 161
exclusio 120
excusatio 81. 90
exercitatio 62. 63. 139. 139, 1
exercitator 62. 63
exercitio 138. 138, 4
exercitor 139
exercitus 138 sq.
exesor 159
existimatio 101. 168. 168, 1
exitio 75. 94. 116
exitus 74, 1
exorator 110
explosio 148, 1
expostulatio 77.
exprobratio 145 sq. 167
exspectatio 79. 91. 93. 94
extersus 132. 133
extortor 82. 109

Fabricator 158. 158, 3
facetiae 79
factio 98, 3. 98, 5. 101. 141. 141, 1
factor 106. 115. 151
factum 68
factus 123. 137, 1
faenerator, -trix 113
fama 79
famigeratio 117
fautor 69. 84 bis. 114, 3. 166

fautrix 69. 82 bis. 84
fetus 131
ficitor 111. 147, 2
fictor 82 bis. 84. 121. 140
fictrix 152. 152, 5
fictura 121
firmator 169
flagitator 107
formatura 154
fratrecate 126
fraudatio 90
fremitus 79. 118
frustratus 132
fuga 74. 77, 1.
fugitor 106
furtum 81, 1

Gemitus 118
gestor 106
gladiator 112
gladiatura 170
glutinator 115, 4
grallator 111. 111, 1
granatus 132
gratia 70
gratulatio 77. 79. 80
gressio 149
gubernator 82, 1
gustatus 157
gustus 133. 134

Habitus 134
haesitator 169
hariolatio 149
haustus 76. 77. 102. cf. 138
holitor 111
hortatrix 149. 146
hortatus 166
hostis 69

Iactus 76. 137
ianitor 111
ianitrix 112. 139
ictus 131
illud de 79.
imbricitor 159
inapparatio 123
inceptor 82. 109
inconsultus 123
indagator 84. 108
index 167, 2
indicatio 97. 98
indicium 104. 145
indictio 169
infinitio 123
inflexus 148

Digitized by Google

ingressio 168, 2
inhibitio 164, 1
iniectio 100
initus 156
iniussus 124
inlectus 122
inpedimentum 93
inperator 71. 82 ter. 83. 84. 140. 140, 3
inperatu 169
inperium 102, 1
inpetratio 164
inporcitor 111
inpositio 157
inpugnatio 164
inpulsor 128 sq.
inpulstrix 147
inpulsus 128. 128, 1. 170
inruptio 142
inscensio 75. 95. 116
insitio 155
insultura 121
intactus 123. 156
intercessor 162. 162, 2
interfectio 165
interitus 167
interpellatio 93. 96
interrogatio 95
introductio 164
introitus 74, 1
inventor 82. 109. 159, 2
inventus 124. 124, 1. 134
invitatus 165
invocatio 168, 2
involatus 166
ioculator 163
iter 74 ter. 75. 76. 77
itio 63. 74. 75. 120. cf. *domumitio, obviamitio*
itus 102. 120. 156. cf. 138
iudicatio 97. 98 bis 100 bis
iudicium 79. 98 ter. 100. 101
iurisdictio 98 *compluries* 99. 100
iussio 124
iussus 124

Lamentatio, -tus 118
lanistatura 122. 170, 3
largitor 70
latio 99. 101
lator 162
latrator 159
latratus 158
lectisterniator 112
lectus 122. 122, 1
legatio 76. 80
leno 70
lex 79. 81
liberator 82. 84. 108
librator 111
libritor 111
licentia 142
licentiatus 147
litterae 79. 81
litteratio 157
locatio 98. 101. 164, 2
luctus 118
ludificatus 132
lusio 164
lusor 108. 116
Lynceus 70

Magistratus 147 sq.
maledictor 71. 150
malefactor 69. 71. 107
mandatus 166
mansio 74 bis. 75. 168, 1
manticulator 149. 149, 4
manumissio 161
maronatei 126 sq.
matula 70
meditatio 124
memoratus 133. 134
mentio 90. 142. 154 sq.
mercator 75, 1. 121
mercatura 86. 121. 122
meretrix 139
messor 82. 109
metus 79. 80
missus 166
moderatio 81
moderatrix 82. 84. 110. 113. (*-tor* 113 sq.)
monetrix 114, 1
monitor 108. 109
monitus 170
monstratio 120
morsio, -sus 119
morsiuncula 91. 119
multatio 98
mutatio 94. 142. 145
muttitio 93. 96. 116. 118

Natio, -tura, -tus 130. 130, 2, 3. 134, 2. 156
nixus 168
nominatus 157
notio 94 sq. 116
nugator 71. 109
Numquameripides 72
nuptus 157, 4
nuntiatio 101
nuntius 79
nutrix 83. 84. 107. 116
nutus 166, 4

Obiectus 170
obiratio 164, 1
oblatratrix 84. 114
oblocutor 82. 84. 110
obpressio 119, 4
obpressiuncula 119
obpressor 163
obpressus 163
observatio 90
obsessor 82. 110
obsidatus 169. 169, 4
obsitus 148
obstetrix 82. 83, 1. 116
obstitus 148, 5
obstrigillator 153
obtemperatio 160
obviam itio 72. 120
occasio 158
occasiuncula 120
occasus 158
occisor 82. 109
odoratio, -tus 157
olivitor 111. 147
ominator 108
opinio 79. 81
opsonator 111, 1
opsonatus 136
optio 90. 97. 98. 98, 3. 143, 3, 4. 143 sq.
oratio 79. 141, 2
orator 73. 83. 85. 110. 143
oratrix 115. 116
oratus 126
ortus 156
osor 82. 84. 106 sq.
ostentator 107, 1
ostentus, -tum 150 sq.

Pacificator 163
pactio 90
palpatio 119
palpator 107, 1. 119
parasitatio 116
paratio, -tus 147
parricidatus 148
partio, -tus 131. 131, 3
parum loquium 72
peccatio, -tus 123. 123, 1
peculatus 133, 1
pedatus 130

Digitized by Google

pelliculatio 150
penator 149
percontatio 141, 2
percontator 108
perditus 133
perductor 105 sq.
peregrinator 69. 163
perfectio 167
perfector 82. 109
perfossor 82. 110
perieratiuncula 120
perlatio 170, 5
perlectio 164
permansio 164
permissio, -sus 170
perquisitor 105. 170, 1
persequtio 99. 100
persuastrix 82. 115
perturbatrix 159
petitio 97—100 saepe
petitus 170
pictor 78, 2
pictura 121
pilatrix 147
piscatus 136, 2
plaustrix 147
plausus 118. 131, 4 (132), 167
plicatrix 115
ploratillus 143
poenitio 171
portitor 111
possessio 91, 2
possestrix 147
postpartor 71
postulatio 77
potator 71
potestas 100
potrix 116
praebitio 102. 153
praecantrix 115 sq.
praecipitatus 153
praecursio 169
praedatus 133
praediator 165, 4
praedicator 163
praelusio 169
praemiator 147
praemonstrator 108. 123
praestigiator 116. 119
praestigiatrix 116
praesultator 167, 1
praetentura 170
praetor 82. 83, 1. 112. 128
praetura 86
pransor 106
precator 84
prensatio 164
prester 159, 2
procuratio 98. 98, 3
proditio 150. 158
proditor 82
profugus 75
progressio,-sus 170. 170,1
progubernator 146. 146, 3
promissor 167, 2
promptus 131, 4 (132). 137
propagator 163
propugnatio 79 sq.
prospectus 73. 75. 103. 156
provocatio 98. 100. 101
provocator 109. 167, 2
pugilatus 138
pugnator 159
pulsatio 141
pultatio 93. 96

Quadrupulator 111, 1
quaestio 91. 97 bis. 98. 99. 100. 141
quaestus 91, 2. 133
quassus 148
questus 118
Quodsemelarripides 73

Raptio 91, 2
raptor 82
raptura 63
ratio 81. 155. 158
ratiuncula 120
reatus 148. 148, 2
receptio 75. 94. 116
recordatio 155
reditio 93. 144. 144, 5
reditus 75. cf. 158
redux 77
reformator 169
regnator 83
relator 163
relaxatio 164
remigatio 164, 1
renutus 169
repertor 159, 2
repertus 124. 124, 3
repetentia 155
repetitio 98, 5. 101. 160
repraesentatio 165
repromissio 71
responsio 160
responsor 107
restitutio 161
resurrectio 168, 1
retentio 164, 1
retinentia 155
reversio 77. 142
revocatio 98
rex 73
risio, -sus 118
ritus 131, 4 (132)
rogatio 79
rogitatio 117
rogitatum 149
rogatus 129. 129, 3. 136
ructus 118
rumor 79

Salsurae 81, 1
saltatio 124
satio 155
satisvedatio 71
sator 82. 109. 159
satus 132
sartor 82. 109
scortator 107, 1
screator 107, 1. 110
screatus 118. 123
sector 111
seditio 158
seminator 159
sensus 79
sepultura 154
sermo 80
servatio 169
servator 83. 110
servatrix 108
servitus 103
sibilus 118
significatio 160
situs 130
sollicitudo 79
sonitus 118. 143
sonus 119. 170
spatiator 149
spectator 82. 140
spectatrix 83. 114
spectio 101. 156
spectus 149. 156
spes 79
sponsio 124, 2
sponsor 78
sputator 110
statif 155
statio 155 bis. 158
statura 156
status 155
stimulatrix 115
strepitus 118
strictor 151
studium 79

Digitized by Google

suasor 129
suasus 128. 128, 2
suavis suaviatio 119
subcessor 167, 3
subcussor 153
subcussator 153
subcussatura 153
subcussus 149
subfragator 107
subiectio 160 bis
subigitatio 117
subigitatrix 108. 114
subortus 156
subplicatio 167, 1
subpolitor 147
subpositio 90. 117. 142
subpositrix 84. 109. 114
subsentator 146
summatus 148. 156. 156, 2
sumptus 133. 133, 3. 137, 1
superstitio 158
suspectus 158
susurrator 148, 1
susurrus 119

Tactio 92. 96. 157
tactus 157
techina de 81, 1
testis 85
timor 79
tonsor 116
tonstrix 107. 116. 147
traditio 160, 2
traductor 78. 163
transfretatio 149, 2
transmissus 149. 149, 2
transspectus 156
tritor 82. 108. 123
turbator 167
tutor 82. 83. 84

Vacatio 99
velitatio 91
venator 121
venatrix 159
venatura 86. 121. 122. 170, 3
venatus 136
venditio 94. 98 bis
ventio 73. 94. 116. 121. 170, 2
ventus 94. 121
verberatio 165
verbificatio 95
verbum 78
Ϝερσορει 103, 1
victor 86. 139
victrix 86. 139. 140, 1
vinctio, -tura 157, 4
vinitor 111. 147
virgator 112
Virginesvendonides 72
visio, -sum, -sus 157
vituperatio 161
úíttiúf 103
Vlixes 70
ultor 83
vocatio 168, 1
usio 103. 133 sq. 156
usor 85
usura 86. 156
usus 86. 88. 89. 89, 1. 103. 125. 131, 4. 132. 133. 133, 4. 144. 156. 167
utilitas 103

Digitized by Google

4692

DIE TENDENZ VON CICEROS ORATOR

VON

SEBASTIAN SCHLITTENBAUER,
DR. PHIL.

Digitized by Google

Die Tendenz von Ciceros Orator

von

Sebastian Schlittenbauer.

Einleitung.

Facit haec res ne solutos, quos supra diximus, glyconeos III iambica metra existimemus subiunctis anaclomenis. His enim in componendis metris, ne nimis distracta viderentur collisis utrimque arsibus, maximum fuit studium poetarum, ne vocabuli finis inter ea intercederet; plerumque autem caesuram posuerunt post priorem anaclomeni arsin, ut

Aesch. Suppl. 507 ἄναξ ἀνάκτων, μακάρων.
= 514 τὸ πρὸς γυναικῶν ἐπιδών.
Soph. Ai. 705 ἐμοὶ ξυνείη διὰ παντὸς εὔφρων.
= 718 θυμῶν 'Ατρείδαις μεγάλων τε νεικέων.
Eur. IphA. 1036 τίς ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος.
= 1058 ἀνὰ δ' ἐλάταισι στεφανώδει τε χλόᾳ,

etsi in his ordinibus altera iambici metri arsis non soluta est. Verum ne soluta quidem illa vocabuli fine metrum terminari voluerunt; quare

Eur. Hipp. 147 ἀνίερος ἀθύτων πελάνων τρύχῃ.
= 157 λιμένα τὸν εὐξεινότατον ναύταις,

soluta utraque arsi in stropha nihilominus caesura adhibetur post priorem anaclomeni arsin. Eandem ob causam — ne solitario defungamur exemplo —

Eur. El. 169 ἔμολέ τις ἔμολε⟨ν⟩ γαλακτοπότας ἀνήρ.
= 192 χρύσεά τε χάρισι⟨ν⟩ προθήματ' ἀγλαΐας,

(supplendum enim est ν paragog. in stropha et antistr. ut numeri restituantur), inter iambicum metrum solutum et glyconeum II (antistr.: glycon. III[1])) caesura collocatur post primam glyconei syllabam perinde atque insoluto praegrediente metro, ut

Soph. Ai. 599 ἐγὼ δ' ὁ τλάμων παλαιὸς ἀφ' οὗ χρόνος.
= 612 ὃν ἐξεπέμψω πρὶν δή ποτε θουρίῳ.

At in glyconeo III, composito illo ex trochaico metro et choriambo, quia facilis erat transitus ex thesi in arsin, diaeresi intermissa longius spatium fieri non poterat.

Anapaesticorum nonnumquam solvuntur arses, theses in longam coalescunt ita, ut in dactylicam speciem converti videantur; in quo

1) Haec responsio tam saepe admissa est a Sophocle et Euripide, ut non intellegamus cur Weckleinius strophae verba transposuerit, cf. Hermann, elem. p. 529. Christ, Metrik² p. 522.

Digitized by Google

magnopere falsus est Klotzius[1]), quod negavit intra metrum posse existere alterum dactylum nisi prior ipse quoque dactylus sit, obstat enim haud exiguus metrorum numerus, ubi, ipso non reluctante sensu verborum, memoria librorum tuetur hanc formam ⏑⏑‒‒⏑⏑ sive hanc ‒‒‒⏑⏑, neque per totam metricam simile aliquid invenitur, quod eodem referendum sit. Nam quod Engerum[2]) secutus ille urget etiam in dochmiis alteram arsin non posse solvi nisi prima soluta, male haec dochmii forma ⏑‒⏑⏑⏑‒ in suspicionem vocata est, quae mille locis optima librorum fide defenditur[3]), ut

Aesch. Sept. 106 θεοὶ πολίοχοι χθονός, ἴτ' ἴτε πάντες.
= 120 σύ τ', ὦ Διογενὲς φιλόμαχον κράτος.

Sed haec minus ad rem. Ea autem, ut ad propositum revertamur, solutionis in anapaestis videtur esse vis, ut ne in mediis quidem dimetris diaeresis neglegi possit omissa hic illic si antecedit pura anapaestica forma sive spondiaca. Ex solutis anapaestis hos notavimus

Aesch. Agam. 1512 κάππεσε, κάτθανε, καὶ καταθάψομεν.
Eum. 929 ἦ τάδ' ἀκούετε, πόλεως φρούριον.
Pers. 14 κοὔτε τις ἄγγελος οὔτε τις ἱππεύς.
Prom. 137 τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα.
Suppl. 5,6 χθόνα σύγχορτον Συρίᾳ φεύγομεν,
οὔτιν' ἐφ' αἵματι δημηλασίαν.

cf. Agam. 62. 63. 68. 92. 345. 761. 765. 767. 1539. Choeph. 389. Eum. 303. 970. 971. Pers. 48. 52. Prom. 154. Sept. 809. 844. 846. 1040. 1053. Suppl. 20. 33.

Soph. Ai. 1404 χερσὶ ταχύνετε, τοὶ δ' ὑψίβατον.
El. 115 ἔλθετ', ἀρήξατε, τείσασθε πατρός.
OC. 1773 δράσω καὶ τάδε καὶ πάνθ' ὁπόσ' ἄν.
Phil. 193 καὶ τὰ παθήματα κεῖνα πρὸς αὐτόν.
Trach. 1086 δέξαι μ', ὦ Διὸς ἀκτίς, παῖσον.

cf Ant. 129. El. 112. 201. OC. 146. 1777. 1778. Trach. 1275. 1277. frgmt. 492, 1.

Euripides ut in reliquis etiam in hoc genere eos, quos Aeschylus et Sophocles sibi constituerant, fines egressus est. Aeschylus enim tribus admodum locis duo deinceps metra dactylis conclusit (Agam. 1512. Eum. 929. Suppl. 5, 6), quorum tamen locorum in duobus alterum utrum metrum ab anapaesto incipit, prius Suppl. 5, 6, alterum Eum. 929; Sophocles omnino nusquam plus singula, Euripides ne duo ne tria quidem deinceps metra solvere temperavit. Notavimus

1) R. Klotz, de numero anapaestico quaestt. metr. Lips. 1869 p. 14.
2) Philol. XII p. 457.
3) cf. Wilamowitz, Her.[2] II p. 219. C. Pickel, de versuum dochmiacorum origine, diss. phil. Argent. III pp. 168. 193.

Digitized by Google

Eur. Hec. 70 δείμασι φάσμασιν; ὦ πότνια Χθών.
Hipp. 1361 πρόσφορά μ' αἴρετε, σύντονα δ' ἕλκετε
τὸν κακοδαίμονα καὶ κατάρατον.
Ion. 224 στέμμασί γ' ἐνδυτόν, ἀμφὶ δὲ Γοργόνες.
Med. 160 ὦ μεγάλα Θέμι καὶ πότνι' Ἄρτεμι.
Troad. 112 δύστηνος ἐγὼ τῆς βαρυδαίμονος.

cf. Alc. 865. Andr. 1227. 1228. El. 1319. 1322. 1331. 1335. 1350. 1353. Hec. 68. 79. 88. 145. 151. 173. 181. 214. Hipp. 198. 215. Ion. 82. 105. 107. 108. 176, 77. 226. 229. 232. 866. 918. 921. IphA. 129. 130. 161. 598. IphT. 176. 223. Med. 166. 360. 1397. 1405, 06. Or. 1395. Troad. 102. 107. 145. 177. 199.

Anapaestica metra, sicut supra diximus, cum in dactylum exeunt non posse non vocabuli fine terminari pro certo habemus. Nam ex dimetris legitima diaeresi carentibus, quos collegit Gaisford. II pp. 94, 95, ii, qui dactylum praebent in altera sede collocatum, aut prave digesti sunt aut verba aperte corrupta, Aesch. Agam. 1528 (1487, 88 Kirchh.). Soph. Ant. 156. Eur. IphT. 461. Neque est in quo offendamus praeter

Eur. Hec. 96 ἀπ' ἐμᾶς οὖν ἀπ' ἐμᾶς τόδε παιδός,

ubi tamen suspectus esse videtur ordo verborum. Neque enim in anapaestis 59—153 alter est dimeter qui diaeresi careat, et anaphoram ἀπ' ἐμᾶς — ἀπ' ἐμᾶς aptissime credimus pro se metrum anapaesticum conficere (cf. p. 266). Quapropter lenissima transpositione genuinum verborum ordinem restituisse mihi videor, scribens

ἀπ' ἐμᾶς ἀπ' ἐμᾶς οὖν τόδε παιδός.

Quin etiam in dimetris catalecticis, qui alioquin nihil diaereseos postulant, post solutum prius metrum diaeresis facta est, ut

Aesch. Pers. 925 κλάγξω δ' αὖ γόον ἀρίδακρυν.
958 μυρία μυρία πεμπαστάν.
Soph. OR. 1311 ἰὼ δαῖμον, ἵν' ἐξήλου.
Eur. Hec. 97 πέμψατε, δαίμονες, ἱκετεύω.
174 αὐδάν, ὦ τέκνον, ὡς εἰδῆς.
IphA. 123 παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους.
IphT. 215 ψαμάθων Αὐλίδος ἐπέβασαν.

Quae cum ita sint, Soph. Trach. 986, qui ordo sic legitur in libris:

ὀδύναις; οἴμοι ἐγὼ τλάμων,

malim cum Brunckio ferre alterum insertum μοι, ut sit dimeter acatal. iusta diaeresi incisus

ὀδύναις; οἴμοι μοι ἐγὼ τλάμων,

quam paroemiacum soluto priore metro non incisum. At

Eur. Hec. 206—08 μόσχον δειλαία δειλαίαν
εἰσόψει χειρὸς ἀναρπαστὰν
σᾶς ἄπο λαιμότομόν τ' Ἀΐδᾳ,

Digitized by Google

quod tertius ordo inciditur post eam syllabam, quae sequitur alterum dactylum, palam facit sinceri dactylici generis esse eum ordinem caesura penthem. incisum.

Solutos anapaestos quantum fuerit studium exeuntibus vocabulis terminandi quo magis eluceat, quosdam locos Aristophaneos adiungimus ex proceleusmaticis magnam partem compositos, ut

Av. 328—30 προδεδόμεθ' ἀνόσιά τ' ἐπάθομεν· ὃς γὰρ
φίλος ἦν ὁμότροφά θ' ἡμῖν ἐνέμετο
πεδία παρ' ἡμῖν.
= 344—46 ἔπαγ', ἔπιθ', ἐπίφερε πολέμιον ὁρμὰν
φονίαν, πτέρυγά τε παντᾶ περίβαλε
περί τε κύκλωσαι.
Lys. 481—83 Κραναὰν κατέλαβον, ἐφ' ὅ τι τε
μεγαλόπετρον, ἄβατον ἀκρόπολιν,
ἱερὸν τέμενος.

Antistrophi verba sic ut tradita sunt scribenda censemus

= 546—48 ἔνι φύσις, ἔνι χάρις, ἔνι θράσος,
ἔνι δὲ σοφόν, ἔνι δὲ φιλόπολις
ἀρετὴ φρόνιμος,

nam eo, quem vulgo receperunt, verborum ordine

ἔνι δὲ θράσος, ἔνι δὲ σοφόν, ἔνι φιλόπολις

responsio turbatur; numeros enim opinamur esse anapaestum (antistr.: proceleusmaticum), duos proceleusmaticos, dochmium solutum (malim sic vocare quae sequuntur quam duplicem proceleusm.), proceleusmaticum, metrum anapaesticum. Addimus

Aristoph. frgmt. 698 K τίς ὄρεα βαθύκομα τάδ' ἐπέσυτο βροτῶν.
schol. Heph. p. 168 ἴθι μόλε ταχύποδος ἐπὶ δέμας ἐλάφου.

Praeterea Gaisford. II pp. 106, 07 affert Timothei

τεταμένον ὀρίγανα διὰ μυελοτρεφῆ (frgmt. 7 B),

ex Diogene Laertio VI, 79

Διόγενες ἄγε, λέγε, τίς ἔλαβέ σε μόρος
ἐς Ἄϊδος; ἔλαβέ με κυνὸς ἄγριον ὄδαξ.

Par fuit in dochmiis consuetudo, ut soluta metra verborum finibus terminarentur; sed facile perspicitur singulos poetas non eandem semper in omnibus numerorum generibus solvendi libertatem sibi sumpsisse, Aeschylus enim, quem in anapaestis largiorem solutionum vidimus quam Sophoclem, in dochmiaco numero multo rarius iis usus est.

Digitized by Google

Dochmios solutos invenimus

Aesch. Agam. 1130 γοερὰ θανατοφόρα· τέρμα δ' ἀμηχανῶ.
Coeph. 146 ἵετε δάκρυ καναχὲς ὀλόμενον,

quem ordinem supra diximus dochmium cum proceleusmatico coniunctum.

Eum. 824 = 855 ἐμὲ παλαιόφρονα, κατά τε γᾶς οἰκεῖν.
Soph. Ant. 1273 θεὸς τότ' ἄρα τότε μέγα βάρος μ' ἔχων.
1319 ἐγὼ γάρ ς' ἐγὼ ἔκανον, ὦ μέλεος,
ἐγώ, φάμ' ἔτυμον. ἰὼ πρόςπολοι.
= 1341 ςέ τ' αὖ τάνδ', ὤμοι μέλεος· οὐδ' ἔχω
ὅπα πρὸς πότερον ἴδω, πᾷ κλιθῶ.
El. 1246 ἀνέφελον ἐνέβαλες οὔ ποτε καταλύςιμον
οὐδέ ποτε ληςόμενον ἁμέτερον
οἷον ἔφυ κακόν.
= 1266 τᾶς πάρος ἔτι χάριτος, εἴ ςε θεὸς ἐπόριςεν
ἁμέτερα πρὸς μέλαθρα· δαιμόνιον
αὐτὸ τίθημ' ἐγώ,

constat hic versus ex duobus dochmiis solutis, tribus creticis, dochmio, qui diaeresi accuratissime inter se distincti sunt.

OC. 1479 διαπρύςιος ὄτοβος.
ἵλαος, ὦ δαίμων, ἵλαος, εἴ τι γᾷ.

Antistrophi verba sic habet cod. Laurentianus:

1493 ἐπιγύαλον *(hic relictum est litterarum fere octo spatium; nihil erasum est,* Iebb)
ἐναλίῳ
Ποςειδαωνίῳ θεῷ τυγχάνεις.

Primum dochmium Hermannus constituit:

ἐπιγύαλον ἐναλί —
ῳ Ποςιδωνίῳ θεῷ τυγχάνεις,

verum insolens est Ποςιδωνίῳ nominis proprii forma, neque probabile dochmium solutum in medio verbo terminari. Me si vis audire, inter ἐπιγύαλον et ἐναλίῳ vocabulum in archetypo fuit, obscuratum tamen ab librario omissum est, sed ita, ut satis relinqueretur spatii ad illud postea addendum, verba ex sensu repleta sunt. Quapropter quid aptius quam τυγχάνεις mutari in ἔτυχες et post ἐπιγύαλον collocari? Deinde apparet voce τυγχάνεις semel illata ita transposita esse verba, ut diaeresis caderet inter alterum et tertium dochmium; restituto autem verbo ἔτυχες hoc verborum ordine scribendum videtur:

ἐπὶ γύαλον ἔτυχες
ἐναλίῳ θεῷ Ποςειδωνίῳ.

Digitized by Google

Solutos dochmios vide

OR. 661 Ἄλιον· ἐπεὶ ἄθεος ἄφιλος ὅ τι πύματον.
= 690 ἴcθι δὲ παραφρόνιμον, ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα.
1314 νέφος ἐμὸν ἀπότροπον, ἐπιπλόμενον ἄφατον.
= 1322 cὺ μὲν ἐμὸc ἐπίπολοc ἔτι μόνιμοc· ἔτι γάρ.
1340 ἀπάγετ' ἐκτόπιον ὅτι τάχιcτά με.
1345 τὸν καταρατότατον, ἔτι δὲ καὶ θεοῖc.
= 1365 εἰ δέ τι πρεcβύτερον ἔτι κακοῦ κακόν.

At unus est dimeter dochmiacus apud Sophoclem, ubi ex soluto priore dochmio verbum continuatur, OC. 1464 enim haec habet Laurentianus:

κτύποc ἄφατοc ὅδε διόβολοc· ἐc δ' ἄκραν.

Hermannus scripsit:

κτύποc ἄφατοc ὅδε γε δίβολοc· ἐc δ' ἄκραν,

qua coniectura etiam diaeresis restituta foret. Fateor desiderare memet diaeresin ex animi sententia, neque tamen nimiae temeritatis esse videtur transposita voce ἄφατοc sic fere hunc dimetrum conformare:

κτύποc ὅδε διόβολοc ἄφατοc· ἐc δ' ἄκραν,

ubi neglegentia librariorum quam facile potuerit ordo verborum turbari, vix opus est ut memoretur. In stropha Hermannus adiecto vocabulo νέα dimetrum dochmiacum restituit iusta diaeresi incisum:

1449 ⟨νέα⟩ βαρύποτμα κακὰ παρ' ἀλαοῦ ξένου.

Restant iam ordines

Phil. 853,54 εἰ ταύταν τούτῳ γνώμαν ἴcχειc,
μάλα τοι ἄπορα πυκινοῖc ἐνιδεῖν πάθη,

sic enim plerique scribunt. Prior versus — sicut videtur — constat ex molosso et dochmio huius formae _ _ _ _ _ _[1]) intercedente diaeresi; quos molossos haud numquam Sophocles cum dochmiis coniunxit perinde atque creticos, ut

OC. 1570, 71 φαcὶ πολυξέcτοιc
εὐνᾶcθαι κνυζεῖcθαί τ' ἐξ ἄντρων.
Trach. 661, 62 τᾶc πειθοῦc παγχρίcτῳ cυγκραθεὶc
ἐπὶ προφάcει θηρόc.

Alter versuum Phil. 853, 54 non dubium est quin ex duobus dochmiis componatur, sed qui vulgarem lectionem defendunt praetermissae post solutum dochmium diaereseos offensam inculcant. L praebet

1) Kaibel, Electra p. 147.

Digitized by Google

πυκινοῖϲιν, unde nos suspicamur Sophoclem dedisse πυκνοῖϲιν, versum ita scripsisse:

μάλα τοι ἄπορα πυκνοῖϲιν ἐνιδεῖν πάθη,

πυκνοῖϲιν autem in πυκινοῖϲιν mutatum a magistello quodam, qui adaucto brevium syllabarum numero aliquid proficere sese putaret. Recepto πυκνοῖϲιν prior dochmius hanc habet formam ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ –, h. e. ⏑ – ⏑ – ⏑ – solutis prima et altera arsibus, quae saepissime in dochmiaca compositione invenitur.[1]) In stropha respondent

837, 38 καιρόϲ τοι πάντων γνώμαν ἴϲχων
πολὺ παρὰ πόδα κράτοϲ ἄρνυται,

quorum in altero versu plures syllabae desunt; ad lacunam referciendam Hermannus duo proposuit:

⟨πολύ τι⟩ πολὺ παρὰ πόδα κράτοϲ ἄρνυται
πολὺ παρὰ πόδα κράτοϲ ⟨ἀνδράϲιν⟩ ἄρνυται,

verumtamen vereor, ne ex sententiarum structura melior prolici possit emendatio. Chorus enim postquam in stropha dixit: *opportunum tempus cuiusvis rei consilium habens magnam ilico vim comparat*, in antistr. manifesto haec respiciens *si hoc*, inquit, *consilium habes de isto (Philocteta), prudentibus inextricabilia apparebunt mala*. Adde quod duo vocabula (γνώμα et ἴϲχειν) in paribus strophae et antistr. locis collocata sunt. Quare non video quo probabilius expleri possit illa lacuna quam inserto πυκνοῖϲι in eadem sede qua in antistr., praesertim quod sine ulla in collocandis verbis mutatione fiat; a Sophocle autem scriptum esse opinamur

πολὺ παρὰ πόδα πυκνοῖϲι κράτοϲ ἄρνυται.

Quae coniectura etiam eo commendari videtur, quod verbum πυκνοῖϲιν in antistr. vel minus ad sensum accommodatum est, neque intellegitur quid sibi velit, nisi appareret Sophoclem artificium adhibuisse vocabuli iterandi in eodem strophae et antistr. loco.[2]) De dochmiis autem ita coniunctis, ut vocabuli finis post alterius priorem thesin cadat, cf.

Soph. El. 1385 τὸ δυϲέριϲτον αἷμα φυϲῶν Ἄρηϲ.
= 1392 δολιόπουϲ ἀρωγὸϲ εἴϲω ϲτέγαϲ.

Collegimus omnia — nisi quae nos fugerunt — dochmiorum solutorum exempla quae exstant apud Aeschylum et Sophoclem. Unde

---

1) Kaibel, Electra p. 263.

2) cf. p. 256. Simillimam rem Bruhn notat ad OR. 179, ubi respondent inter se

168 ὦ πόποι, ἀνάριθμα γὰρ φέρω.
= 179 ὧν πόλιϲ ἀνάριθμοϲ ὄλλυται.

Digitized by Google

credimus palam fieri utrumque operam dedisse ut integris vocabulis metra dochmiaca terminaret, adeo ut tuo iure dubitare possis num omnino permiserint solutum dochmium cum proximo una voce cohaerere. Neque perquam dissentit Euripides, qui etsi nonnumquam diaeresin neglexit, tanto saepius observavit, ut de discribendis metris ubiubi ambigitur, ea utique videatur praeferenda discriptio, quae quam maxime vocabulorum finibus adaptetur; quod quousque pateat ut percipi possit, iam ea quae deprompta habemus ex Euripide exempla sub uno aspectu ponimus.

Andr. 842 ἀπόδοϲ, ὦ φίλοϲ, ἀπόδοϲ, ἵν᾽ ἀνταίαν.
Bacch. 979 ἀνοιϲτρήϲατέ νιν
ἐπὶ τὸν ἐν γυναικομίμῳ ϲτολᾷ.
= 999 μανείϲᾳ πραπίδι
παρακόπῳ τε λήματι ϲτέλλεται.
987 ἐϲ ὄροϲ ἐϲ ὄροϲ ἔμολ᾽ ἔμολεν, ὦ Βάκχαι;
= 1007 θηρεύου-ϲα τάδ᾽ ἕτερα μεγάλα φανερά τ᾽ ὄντ᾽ ἀεί.
990 λεαίναϲ δέ τινοϲ ὅδ᾽ ἢ Γοργόνων.
= 1010 τὰ δ᾽ ἔξω νόμιμα δίκαϲ ἐκβαλόν-τα.
992 = 1012 ἴτω δίκα φανερόϲ, ἴτω ξιφηφόροϲ.
995 = 1015 τὸν ἄθεον ἄνομον ἄδικον Ἐχίονοϲ.
1021 περίβαλε βρόχον ἐπὶ θανάϲιμον ἀγέλαν
πεϲόντα τὰν Μαινάδων,

dimeter dochmiacus et dimeter iambicus suppressa alterius metri priore thesi, quae est clausula versuum dochmiacorum apud Aeschylum et Euripidem frequentata.

1162 εἰϲ γόον, εἰϲ δάκρυα.
καλὸϲ ἀγών, ἐν αἵματι ϲτάζουϲαν.
1169—71 φέρομεν ἐξ ὄρεοϲ
ἕλικα νεότομον ἐπὶ μέλαθρα
μακάριον θήραν.
= 1185—87 νέοϲ ὁ μόϲχοϲ ἄρ-
τι γένυν ὑπὸ κόρυθ᾽ ἁπαλότριχα
κατάκομον θάλλει.

Dochmius 1169, postremam arsin solutus verbi fine terminatur; idem in antistr., insoluta postrema arsi, in medio vocabulo desinit. Alterum ordinem, ut p. 278 exposuimus, glyconeum II solutum arbitramur esse.

El. 1170 ϲχέτλια μὲν ἔπαθεϲ, ἀνόϲια δ᾽ εἰργάϲω.
Hec. 702 ὤμοι, αἰαῖ, ἔμαθον ἐνύπνιον ὀμμάτων.
1063 χρῄζων Ἰλιάδαϲ, αἵ με διώλεϲαν.
1067—69 εἴθε μοι ὀμμάτων αἱματόεν βλέφαρον
ἀκέϲαι᾽ ἀκέϲαιο τυφλόν,
Ἅλιε, φέγγοϲ ἀπαλλάξαϲ.

Digitized by Google

In dimetro dochmiaco 1067 alterum metrum, soluta arsi finali, a proximo ordine diaeresi seiungitur. Quae sequuntur verba (1068, 69) ut in eundem numerum quadrarent sic scripsit H. Weilius:

ἀκέϲϲαιο τυφλόν, ἀκέϲϲαι', Ἅλιε,
φέγγοϲ ἀπαλλάξαϲ,

tres enim effecit dochmios, quorum primus et alter ultimam arsin soluti legitima diaeresi terminantur. Eximia sane coniectura viri eximii, quae auribus valde blandiatur. Sed quos supra dedimus ordines neque per se quicquam habent suspecti, neque in dochmiorum vicinia. Quod ut comprobemus paulo altius repetendum est. Numeros statim cognoscimus Euripidem compositos voluisse ex telesillio, qui vocatur, soluta postrema arsi et ordine – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓ –, de quo mox videbimus. De telesillio vide Hephaestionem p. 67: ἔϲτι τοίνυν ἐπίϲημα ἐν τῷ ἰωνικῷ (ἀπὸ μείζονοϲ) ἑφθημιμερῆ μέν, τὰ τοιαῦτα οἷϲ ἡ Τελέϲιλλα ἐχρήϲατο,

ἅδ' Ἄρτεμιϲ, ὦ κόραι,
φεύγοιϲα τὸν Ἀλφεόν,

quamquam id minus recte Hephaestio, quod dimetrum ionicum a mai. catal. hunc versum dicit. Vera eius quae sit natura clare elucet ex

Soph. OC. 178—80 ἔτ' οὖν; — ἔτι βαῖνε πόρϲω.
— ἔτι; — προβίβαζε, κούρα,
πόρϲω· ϲὺ γὰρ ἀΐειϲ.
Eur. El. 730—32 λευκόν τε πρόϲωπον ἀοῦϲ,
τὰ δ' ἕϲπερα νῶτ' ἐλαύνει
θερμᾷ φλογὶ θεοπύρῳ,

ubi telesillius enhopliorum ordinem concludit; equidem nullus iam dubito, quin enhoplius et telesillius eiusdem sint generis, telesillium autem pro clausula esse enhoplii eundem fere in modum quo pherecrateum glyconei; quae cognatio etiam inde videtur apparere, quod telesillius eadem qua enhoplius licentia fruitur theseos initialis sive solvendae in duas breves sive contrahendae in unam longam brevemve. Neque recusat solutionem arsium, ut

Eur. IphA. 1055 εἱλιϲϲόμεναι κύκλια.
= 1077 τᾶϲ εὐπάτριδοϲ γάμον,

ubi in stropha soluta est arsis finalis, insoluta in ant.

Hel. 1314 μέτα κοῦραι ἀελλόποδεϲ.
= 1332 πόλεων δ' ἐπέλειπε βίοϲ,

soluta est postrema arsis in stropha et ant.
Vel duae arses solutae sunt

1119 Λακεδαίμονοϲ ἄπο λέχεα.

Digitized by Google

Eius autem ordinis certa suppetunt exempla cum dochmiis synaphiae artificio coniuncti, ut

Or. 1483, 84 τότε δὴ τότε διαπρεπεῖϲ
ἐγένοντο Φρύγεϲ,
ὅϲον Ἄρεοϲ ἀλκὰν ἥϲϲονεϲ Ἑλλάδοϲ.
1501, 02 Μενέλαοϲ ἀναϲχόμενοϲ
ἀνόνητον ἀπὸ
Τροίαϲ ἔλαβε τὸν Ἑλέναϲ γάμον,

cf. quae p. 279 de numeris horum versuum disputavimus.

Clausula denique in versu Bacch. 1067 — 69 est ordo – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓ –; is haud raro invenitur subiunctus ordini *Quid dedicatum*, ut

Eur. Hec. 650 ϲτένει δὲ καί τιϲ ἀμφὶ τὸν εὔροον Εὐρώταν.
Ion. 685 οὐ γάρ με ϲαίνει θέϲφατα, μή τιν᾽ ἔχῃ δόλον.
= 704 ὄλοιτ᾽ ὄλοιτο πότνιαν ἐξαπαφὼν ἐμάν.
717 λαιψηρὰ πηδᾷ νυκτιπόλοιϲ ἅμα ϲὺν Βάκχαιϲ,

aut annectitur enhoplio, ut

Her. 1029 ἴδεϲθε, διάνδιχα κλῇθρα
κλίνεται ὑψιπύλων δόμων.
1032 ἴδεϲθε τάδε τέκνα πρὸ πατρὸϲ
ἄθλια κείμενα δυϲτάνου.
Or. 1256 ϲταθεὶϲ ἐπὶ φοίνιον αἷμα
πήματα πήμαϲιν ἐξεύρῃ.
= 1276 δὸϲ ἀγγελίαν ἀγαθάν τιν᾽,
εἰ τάδ᾽ ἔρημα τὰ πρόϲθ᾽ αὐλᾶϲ,

aut enhoplii generis ordini ⏖ – ⏖ – ⏖ – ⏖ – ⏑, ut

Her. 1017 τότε μὲν περιϲαμότατοϲ καὶ ἄπιϲτοϲ
Ἑλλάδι τῶν Δαναοῦ παίδων,

ubi non possumus probare eam, quam Wilamowitzius proposuit, distributionem Her.[2] II p. 218.

Cum dochmiis coniunctus est ordo – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏓ –

Aesch. Sept. 203, 04 ἀϲτυδρομουμέναν πόλιν καὶ ϲτράτευμ᾽
ἁπτόμενον πυρὶ δαΐῳ.
= 210, 11 κἀκ χαλεπᾶϲ δύαϲ ὕπερθ᾽ ὀμμάτων
κρημναμενᾶν νεφελᾶν ὀρθοῖ.
Eur. IphT. 828—30 ἔχω ϲ᾽, Ὀρέϲτα, τηλύγετον χθονὸϲ ἀπὸ πατρίδοϲ
Ἀργόθεν, ὦ φίλοϲ,

qui sunt ordines *Quid dedicatum*, – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ – ⏑ – soluto cretico finali, dochmius.

His rebus expositis quoniam ab omni parte sanam ostendimus et telesillii et ordinis – ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ –́ ⏓ – cum dochmiis synaphiam,

Digitized by Google

satis nobis videmur Bacch. 1068, 69 contra coniecturam Weilianam defendisse.

Ex dochmiis solutis ordine sequuntur

Eur. Hel. 628 περιπετάcαcα χέρα φίλιον ἐν μακρᾷ,

prior dochmius formam habet ◡ – ◡ – ◡ – soluta prima et tertia arsi; qualem dochmium legitimum esse in hac compositione supra expositum est, cf. etiam

Soph. Ant. 1275 οἴμοι, λακπάτητον ἀντρέπων χαράν.
= 1299 τάλας, τὸν δ' ἔναντα προcβλέπω νεκρόν.

Soluti sunt dochmii

Eur. Hel. 634 περὶ δὲ γυῖα χέρας ἔβαλον, ἡδονάν.
650 πόcιν ἐμὸν ἔχομεν ἔχομεν, ὃν ἔμενον
ἔμενον ἐκ Τροίαc πολυετῆ μολεῖν,

non ferenda videntur; probabiliter coniecit Nauckius:

πόcιν ἔχομεν ἔχομεν, ὃν ἔμενον Τροίαc
πολυετῆ μολεῖν.
684 τὰ δὲ cὰ κατὰ μέλαθρα πάθεα πάθεα, μᾶ-τερ.
687 δι' ἐμὲ κατεδήcατο δύcγαμοc αἰcχύνᾳ.
694 ἐμὲ δὲ πατρίδοc ἄπο κακόποτμον ἀραίαν
ἔβαλε θεὸc ἀπό τε πόλεοc ἀπό τε cέθεν,
ὅτε μέλαθρα λέχεά τ' ἔλιπον οὐ λιποῦc'.
Her. 745 πάλιν ἔμολεν ἃ πάροc οὔποτε διὰ φρενὸc ⟨ἂν⟩
ἤλπιcεν παθεῖν γᾶc ἄναξ.
= 758 ἄφρονα λόγον οὐρανίων μακάρων κατέβαλ'
ὡc ἄρ' οὐ cθένουcιν θεοί;

in stropha voculam ἂν addidit Fix ad numeros cum antistropho exaequandos.

876 cὸν ἄνθοc πόλεοc, ὁ Διὸc ἔκγονοc.
887 ἰώ μοι μέλεοc.
888 ἰὼ Ζεῦ, τὸ cὸν γένοc ἄγονον αὐτίκα.
919 λέγε, τίνα τρόπον ἔcυτο θεόθεν ἐπὶ μέλαθρα
κακὰ τάδε τλήμονάc τε παίδων ψυχάc;

ψυχάc scripsit Wilamowitzius pro τύχαc; de primi et tertii dochmii forma vide ad Hel. 628.

1020 τὰ δ' ὑπερέβαλε παρέδραμε τὰ τότε κακά.
1023 cὺ δὲ τέκνα τρίγονα τεκόμενοc, ὦ δάιε.
1052 οἴμοι φόνοc ὅcοc ὅδ' — ἃ ἃ διά μ' ὀλεῖ-τε.
1061 ὕπνον ὕπνον ὀλόμενον, ὃc ἔκανεν ἄλοχον, ἔ-
κανε δὲ τέκεα τοξήρει ψαλμῷ.
1070 ἀπόκρυφον δέμαc ὑπὸ μέλαθρον κρύψω.

Digitized by

1084 ⟨ἢ⟩ τάχα φόνον ἕτερον ἐπὶ φόνῳ βαλών,
ἢ add. Wilamowitzius.
1178 ὦ τὸν ἐλαιοφόρον ὄχθον ἔχων ⟨ἄναξ⟩.
1180 ἐπάθομεν πάθεα μέλεα πρὸς θεῶν.
1183 τεκόμενος δ' ἔκανε φόνιον αἷμα τλάς.
1192 ἐμὸς ἐμὸς ὅδε γόνος ὁ πολύπονος ὃς ἐπὶ
δόρυ γιγαντοφόνον ἦλθεν σὺν θεοῖ-σι.
1205 πέπλον, ἀπόδικε, ῥέθος ἀελίῳ δεῖξον.
1212 δρόμον ἐπὶ φόνιον ἀνόσιον ἐξάγῃ.
Hipp. 363 τυράννου πάθεα μέλεα θρεομένας.
369 τίς σε παναμέριος ὅδε χρόνος μένει,

ubi in antistr., **insoluta** prioris dochmii ultima arsi, neglecta est diaeresis,

= 676 πάρεδρος ἢ ξυνεργὸς ἀδίκων ἔργων.
587 διὰ πύλας ἔμολεν ἔμολε σοὶ βοά.
830 αἰαῖ αἰαῖ, μέλεα μέλεα τάδε πάθη.
831 πρόσωθεν δέ ποθεν ἀνακομίζομαι.
853 δάκρυσί μου βλέφαρα
καταχυθέντα τέγγεται σᾷ τύχᾳ.
Ion. 707 καλλίφλογα πέλανον ἐπὶ
πυρὶ καθαγνίσας.
715 ἔχουσαι σκόπελον οὐράνιόν θ' ἕδραν.
764 ἔλαβον ἔπαθον ἄχος ἀβίοτον, φίλαι.
767 διανταῖος ἔτυπεν ἔτυπεν ὀδύνα.
776 τόδ' ἐπὶ τῷδε κακὸν ἄκρον ἔλακες ἔλακες
ἄχος ἐμοὶ στένειν.
782 πῶς φῄς; ἄφατον ἄφατον ἀναύδητον.
789 ὀτοτοτοῖ· τὸ δ' ἐμὸν ἄτεκνον ἄτεκνον ἔλαβεν
ἄρα βίοτον, ἐρημίᾳ δ' ὀρφανούς.
IphT. 647 σὲ δὲ τύχας μάκαρος, ὦ νεανία.
655 ἔτι γὰρ ἀμφίλογα δίδυμα μέμονε φρήν.
832 κατὰ δὲ δάκρυα, κατὰ δὲ γόος ἅμα χαρᾷ.
834 τὸν ἔτι βρέφος ἔλιπον ἀγκάλαισι νεαρὸν τροφοῦ.
870 σύγγονε. παρὰ δ' ὀλίγον
ἀπέφυγες ὄλεθρον ἀνόσιον ἐξ ἐμᾶν.
Or. 149 κάταγε κάταγε, πρόσιθ' ἀτρέμας, ἀτρέμας ἴθι·
λόγον ἀπόδος ἐφ' ὅ τι χρέος ἐμόλετέ ποτε.
= 162 ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' ἔλακεν ἔλακεν, ἀπό-
φονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι Θέμιδος ἄρ' ἐδίκασε,

in stropha et antistr. quattuor deinceps dochmii soluti verborum finibus terminantur, nam quod semel in ant. dochmius in medio vocabulo finiri videtur, commissura haec est verbi compositi, quae saepenumero pro terminatione verbi admittitur. Diaeresin autem quo clarius fiat solutorum potissimum dochmiorum propriam esse, duos

Digitized by Google

addimus longiores versus, quorum inter singula metra, insolutis postremis arsibus, nulla paene diaeresis relicta est,

Her. 1042—44 Καδμεῖοι γέροντες, οὐ cῖγα cῖ-
γα τὸν ὕπνῳ παρειμένον ἐάcετ' ἐκ-
λαθέcθαι κακῶν;
Med. 1258—60 διογενέc, κάτειργε κατάπαυcον, ἔξ-
ελ' οἴκων τάλαιναν φονίαν τ' Ἐρι-
νὺν ὑπ' ἀλαcτόρων.
= 1268—70 ὁμογενῆ μιάcματ' ἐπὶ γαῖαν αὐ-
τοφόνταιc cυνῳδὰ θεόθεν πίτνοντ'
ἐπὶ δόμοιc ἄχη,

in stropha numeri postulant mutato ordine scribi τάλαιναν φονίαν pro φονίαν τάλαιναν.

Ex solutis dochmiis praeterea sunt

Or. 177 ἐρεβόθεν ἴθι μόλε μόλε κατάπτεροc.
= 198 πατέρα τέκνα τε τάδε cέθεν ἀφ' αἵματοc.
179 τὸν Ἀγαμεμνόνιον ἐπὶ δόμον.
= 200 ὀλόμεθ' ἰcονέκυεc, ὀλόμεθα.
185 cτόματοc ἀνακέλαδον ἀπὸ λέχεοc ἥ-cυχον.
= 206 ἄγαμοc, ἔπιδ', ἄτεκνοc ἅτε βίοτον ἁ.
330 ἔλακεν ἔλακε, δεξάμενοc ἀνὰ δάπεδον.
= 346 ἕτερον ἢ τὸν ἀπὸ θεογόνων γάμων,

in stropha alterum, in antistr. prius metrum solutum est, utrumque diaeresi terminatum. Sed omissa est diaeresis in stropha post insolutam prioris metri arsin finalem, cf. Hipp. 369 = 676.

Or. 335 μέλεον, ᾧ δάκρυα δάκρυcι cυμβάλλει.
1247 τὰ πρῶτα κατὰ Πελαcγὸν ἕδοc Ἀργείων.
= 1267 κόραc διάδοτε διὰ βοcτρύχων πάντῃ,

responsio est, quam ad Hipp. 369 = 676 et Or. 330 = 346 modo notavimus.

1305 τὰν λιποπάτορα λιπόγαμόν θ', ἃ πλεῖcτουc,

pro diaeresi est commissura verbi compositi, ut Or. 162.

1307 ὅθι δάκρυα δάκρυcι ἔπεcε cιδαρέοιc.
1364 διὰ τὸν ὀλόμενον ὀλόμενον Ἰδαῖον.
= 1548 ἔπεc' ἔπεcε μέλαθρα τάδε δι' αἱμάτων.
1436 φάρεα πορφύρεα δῶρα Κλυταιμήcτρᾳ.
1456 ἅπερ ἔδρακον ἔδρακον ἐν δόμοιc τυράννων.
Phoen. 114 χαλκόδετ' ἔμβολά τε
λαϊνέοιcιν Ἀμφίονοc ὀργάνοιc.
165 πρὸc ἐμὸν ὁμογενέτορα, περὶ δ' ὠλέναc.
296 πότνια, μόλε πρόδρομοc, ἀμπέταcον πύλαc.

Digitized by

1288 δίδυμα τέκεα πότερος ἄρα πότερον αἱμάξει.
= 1300 τάλανες, ὅ τι ποτὲ μονομάχον ἐπὶ φρέν' ἠλθέτην,

praemissus est dimetro dochmiaco singularis tribrevis.

1295 πότερον ἄρα νέκυν ὀλόμενον ἀχήσω.
= 1306 πότμος ἄποτμος ὁ φόνος ἕνεκ' Ἐρινύων.
Troad. 239 τόδε, φίλαι Τρῳάδες, ὃ φόβος ἦν πάλαι.
244 τίν' ἄρα τίς ἔλαχε; τίνα πότμος εὐτυχής.
253 παρθένον, ᾇ γέρας ὁ χρυσοκόμας ἔδωκ'.
260 τί δ' ὃ νεοχμὸν ἀπ' ἐμέθεν ἐλάβετε τέκος.
287 φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα τιθέμενος πάντων.
325 πάλλε πόδ' αἰθέριον, ἄναγε χορόν, εὐάν.

Hi fere apud Euripidem dochmii soluti. Licentia eius in solvendis metris non minus hoc genere quam reliquis conspicua fit; Aeschylus quidem non nisi singulos dochmios solvit, Sophocles binos, Euripides ternos, ut Hel. 695, 96. Her. 1192, 93, quaternos, ut Or. 149, 50 = 162, 63. Ceterum diaereseos vix minor cura apud Euripidem, qui in centum fere et septem dochmiis solutis quindecies admodum eam neglexerit; quod ad unam solutionem referendum esse ne dubium relinquatur, in Hippolyto ex quadraginta duobus locis, ubi expectamus diaeresin — nam in dochmiis omnino diaeresis magis usitata est — quindecim, in Medea ex triginta sex vel sedecim loci desiderant. In solutis dochmiis tum, cum omissa est diaeresis, plerumque verbi terminatio cadit aut post priorem solutae ultimae arseos brevem, ut Andr. 842. Bacch. 995 = 1015. El. 1170. Her. 1023. 1061. 1070. 1212. IphT. 871. Or. 1364. Phoen. 1295. Troad. 244, aut post subsequentis dochmii priorem thesin, ut Her. 758. Ion. 767. Phoen. 165. Troad. 260. Ex iis, quos in priore loco posuimus, ordines Her. 1070 et Troad. 244, ubi duarum brevium vocula finem antecedentis initium proximi metri comprehendit, utraque incisione ornati sunt. Sed eas res nunc quidem tetigisse satis habemus.

Tragicos sectatus Aristophanes poeta comicus diaeresin neglectam aliquoties in insolutis dochmiis nusquam praetermisit post solutam arsin finalem, ut

Ach. 360 ὅ τι ποτ', ὦ σχέτλιε, τὸ μέγα τοῦτ' ἔχεις;
= 388 λαβὲ δ' ἐμοῦ γ' ἕνεκα παρ' Ἱερωνύμου.
362 πάνυ γὰρ ἔμεγε πόθος ὅ τι φρονεῖς ἔχει.
= 390 σκοτοδασυπυκνότριχα τὴν Ἄϊδος κυνῆν.
Av. 234 ὅσα τ' ἐν ἄλοκι θαμὰ
βῶλον ἀμφιτιττυβίζεθ' ὧδε λεπτόν.
240 τά τε κατ' ὄρεα, τά τε κοντοτράγα, τά τε κομαροφάγα,

cf. p. 252.

310 ποποποποποποποῦ μ' ἄρ' ὃς ἐκάλεσε; τίνα
τόπον ἄρα νέμεται;

315 τιτιτιτιτιτιτιτι τίνα λόγον ἄρα ποτὲ
πρὸϲ ἐμὲ φίλον ἔχων;
631 ἣν ϲὺ παρ' ἐμὲ θέμενοϲ ὁμόφροναϲ λόγουϲ.
1192 ἀέρα περινέφελον, ὃν Ἔρεβοϲ ἐτέκετο.
= 1265 μηδέ τιν' ἱερόθυτον ἀνὰ δάπεδον ⟨ἂν⟩ ἔτι,

ἂν add. Meineke.

Lys. 482 μεγαλόπετρον, ἄβατον ἀκρόπολιν.
= 547 ἔνι δὲ ϲοφόν, ἔνι δὲ φιλόπολιϲ,

cf. p. 286.

Ran. 1347 τάλαι-να προϲέχουϲ' ἔτυχον ἐμαυτῆϲ ἔργοιϲ.
Thesm. 676 ὅϲια καὶ νόμιμα μηδομένουϲ ποιεῖν.
frgmt. 697 K τί γὰρ ἐπὶ κακότροπον ἐμόλετον βίον.

Iam nobis videmur ad liquidum perduxisse id, quod voluimus, solutis metris mirum quoddam diaereseos studium inesse, maxime in anapaestico et dochmiaco generibus, quae etiam insolutis arsibus inprimis sunt propensa ad diaeresin; in iambis solutis maior pars ordinum diaeresin, minor caesuram praetulit; denique in trochaeis solutis saepissime occurrit diaeresis, caesuram quaesitam esse nusquam invenimus. Pari consuetudini reliqui numeri sunt obnoxii, quod tamen, quoniam de re ipsa dubitari non potest, amplius persequi facile supersedemus.

Digitized by Google

DE FORMIS
IAMBICI METRI EARUMQUE INTER SE RATIONIBUS.
I. DE CRETICA FORMA.

Priore parte huius disputationis absoluta reliquum est ut videamus quasnam in singulis numerorum generibus sibi scripserint synaphiae leges. Quod tamen per omnes numeros nunc quidem neque potest investigari propter huius scriptionis angustias neque, si quid video, opus est, quia id ipsum evincere nobis propositum est observatas fuisse in lyricis numeris certas incisiones, quas si in uno genere probaverimus, exsecuti nobis videmur eam quam suscepimus rem tractandam. Itaque missis iam reliquis iambicum numerum considerabimus, cuius apud poetas usus eximiam in hac re artem protulit. In quo bipartitam rem tractabimus. Videlicet separatim dicendum erit de ea compositione, quae fit ex meris iambis, et ea, quae iambicum genus cum alienis numeris copulavit, quia utraque compositio suis legibus utitur. Sunt autem quae versibus struendis adhibuerunt sive metra sive ordines, qui et ipsi duo aut plura metra comprehendunt. Et ex metris quidem constitutos dicimus versus, quorum nomen indidem est ductum, ut dimetros trimetros tetrametros. Sed satis magna pars est lyricorum versuum, quos non tam ad metra quam ad metrorum longiores minoresve complexus referri necesse est, ut Soph. Ant. 853—56 = 872—75

872 ϲέβειν μὲν εὐϲέβειά τιϲ,
κράτοϲ δ', ὅτῳ κράτοϲ μέλει,
παραβατὸν οὐδαμᾷ πέλει,
ϲὲ δ' αὐτόγνωτοϲ ὤλεϲ' ὀργά,

quem quominus unum versum esse dicamus nihil obstat, rectius dicas ex quattuor ordinibus constitutum, tribus prioribus dimetris, ultimo trimetro; sic enim distinctum hunc versum voluisse Sophoclem inde apparet, quod ad sextum usque metrum et in stropha et in antistropho post alterum quodque diligentissime diaeresin observavit, cum in prioribus cum alteris iungendis nihil eiusmodi artificii quaesiverit. Pariter ubique invenies versus ex ordinibus compositos: cui rei significandae ut in eo, quem modo ex Antigona attulimus, versu diaeresis, ita alias aliud inservit indicium; in praesens tamen satis est probavisse utraque ad versus condendos adhiberi, et metra et ordines. Quod discrimen eo usque patet, ut alius fere usus in metris

Digitized by Google

coniungendis alius obtineat in ordinibus, quae causa est, cur in utraque earum, quas supra discripsimus, parte primum de metris, deinde de ordinibus dicturi simus.

Hac via progressi a metris inter se colligandis initium capimus disputationis. Hic enim regulam quandam servasse poetas quodvis docet carmen iambico numero conscriptum. Ex tribus autem iambici metri formis quas vulgo usurpaverunt, una quae utramque thesin expressam habet, altera, quae suppressam priorem, tertia, quae posteriorem, maxime nobilitata est integra illa, cuius adhibendae usus non cohibetur nisi admista cretica bacchiacave forma — his enim uti licet nominibus quamquam ex specie magis quam e natura metrorum repetitis. Huic formae non ita multum discrepat altera, quae tamen non tam late patet, ut quovis loco legitime collocetur. Nam ut in mediis ordinibus sive versibus saepissime cum reliquis duabus alternat, ita in ineunte versu rarius locum habere videtur, ut haud immerito diu dubitatum sit, num omnino possit a cretico incipere versus iambicus. Sed confirmavit rem Aristoxeni quod nuper Oxyrhynchi repertum est frgmt. col. III, vide Blass, Neue Jahrb. 1899. p. 42. Quam ab causam non iam ausim negare intra versum, praegrediente alieno numero, supprimi posse iambici ordinis thesin initialem, quamquam haud facile adducor ut iambicam mensuram esse concedam tum, cum antecedit ordo dactylicus, praesertim catalecticus in syll., ut

Soph. Trach. 211—215 βοᾶτε τὰν ὁμόϲπορον
ἌρτεμινἈρτεμιν Ὀρτυγίαν ἐλαφαβόλον, ἀμφί-
πυρον,
γείτονάϲ τε νύμφαϲ
ἀείρομ' οὐδ' ἀπώϲομαι,

mihi quidem nemo persuadebit in concursu numerorum, unius in thesin exeuntis, incipientis a thesi alterius, utramque simul excidere posse. Itaque, etsi versus Ἄρτεμιν — νύμφαϲ medius intermissus est inter iambicos, tamen γείτονάϲ τε νύμφαϲ, quem ordinem iambis subiunctum non dubitaremus ad iambicum numerum referre, praecedente ordine dactylico malimus in trochaicis numerare, quam coniunctionem etiam apud Aeschylum et Euripidem in iambici generis canticis occurrere ostendit Wilamowitzius, comm. metr. II p. 16; I pp. 16. 26. Neque in exeunte versu ad arbitrium fere posuerunt metrum iambicum suppressa priore thesi; sed minus evitabant si etiam praecedens ordo in creticam formam desinebat, ut Aesch. Sept. 888—91 = 899—902

888 ϲιδηρόπληκτοι μὲν ὧδ' ἔχουϲιν,
ϲιδηρόπληκτοι δὲ τοὺϲ μένουϲιν,
τάχ' ἂν τιϲ εἴποι, τίνεϲ;
τάφων πατρῴων λαχαί.

Tribus hoc canticum constat versibus, quorum duo priores catalexi

Digitized by Google

clare discreti sunt; tertius efficitur iterato hoc ordine ⏑ – ⏑ – – ⏑ –, quali iteratione mitigari cretici finalis offensionem diximus.

Soph. OC. 1453, 54 = 1468, 69

1468 τί μὰν ἀφήϲει τέλοϲ; δέδια τόδ'· οὐ γὰρ ἅλιον,

de soluta cretici priore arsi infra videbimus.

Quare etiam Soph. El. 481—484 = 498—501

481 οὐ γάρ ποτ' ἀμναϲτεῖ ϲ' ὁ φύϲαϲ Ἑλλάνων ἄναξ,
οὐδ' ἁ παλαιὰ χαλκόπακτοϲ ἀμφάκηϲ γένυϲ

unum credimus versum, compositum ex duobus tetrametris huius formae – – ⏑ – – – ⏑ – ⏒ – – – ⏑ –.

Eur. Suppl. 832, 33 πικροὺϲ ἐϲεῖδεϲ γάμουϲ,
πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν.

Deinde creticus versum concludere potest si antecedens metrum eandem formam exhibet, ut Aesch. Eum. 148 = 154

148 ὕπνῳ κρατηθεῖϲ' ἄγραν ὤλεϲα.

Soph. Ant. 876—78 ἄκλαυτοϲ ἄφιλοϲ ἀνυμέναιοϲ ταλαίφρων
ἄγομαι
τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν.

Phil. 391 = 507

391 ὀρεϲτέρα παμβῶτι Γᾶ, μᾶτερ αὐτοῦ Διόϲ.

Eur. Phoen. 312—18 sic versus discribendos censeo:

τί φῶ ϲε; πῶϲ ἅπαντα καὶ
χερϲὶ καὶ λόγοιϲι πολυέλικτον ἁ-
δονὰν ἐκεῖϲε καὶ τὸ δεῦρο περιχορεύ-
ουϲα τέρψιν παλαιᾶν λάβω χαρμονᾶν;
ἰὼ τέκοϲ,
ἔρημον πατρῷον ἔλιπεϲ δόμον,

ubi etsi ἰὼ τέκοϲ praecedenti versui alligari potest ita, ut in integrum metrum ille desinat, tamen propter gravem post χαρμονᾶν interpunctionem multo probabilius hoc ipso loco versus terminatio constituitur. Qua discriptione ἰὼ τέκοϲ singulare metrum iambicum pro sui iuris versu dochmiis praemittitur, quod haud raro factum est, ut

Soph. El. 1232 ἰὼ γοναί,
γοναὶ ϲωμάτων ἐμοὶ φιλτάτων
= 1253 ὁ πᾶϲ ἐμοί,
ὁ πᾶϲ ἂν πρέποι παρὼν ἐννέπειν.

Creticus finalis qua condicione placuerit supra expositum est. Contra si neque ordo praecedit cretico finitus, neque creticum est

Digitized by Google

metrum paene ultimum, sed unum in exeunte versu, id, nedum aptam faciat clausulam, ut natura eius est concitatior, etiam obluctari videtur aequabili numerorum flumini. A quo tamen crimine defendendum putamus Aesch. Choeph. 424, 25 = 429, 30

429 μόρον κτίςαι μωμένα
ἄφερτον αἰῶνι cῷ,

ubi vel interrupta synaphia, propterea quod uterque versus in fine creticum habet, non maior paene est offensio quam in eo, qui paulo antecedit, versu 419—21 = 440—42

419 ἄνευ πολιτᾶν ἄνακτ'
ἄνευ δὲ πενθημάτων
ἔτλης ἀνοίμωκτον ἄνδρα θάψαι,

ubi elisio apertam facit synaphiam. Quapropter nulla iam difficultas relinqui videtur Choeph. 609—11 = 617—19

609 γυναικοβούλους τε μήτιδας φέρων
ἐπ' ἀνδρὶ τευχεςφόρῳ,
ἐπ' ἀνδρὶ δῄοιςιν ἐπικότῳ cέβας,

quippe, alterum versum a tertio longiore intervallo separari non posse primum docet anaphorae figura in initia eorum distributa, deinde, quod etiam tertii versus in altera sede creticus est.

Extant tamen Euripidis quidam versus cretico terminati, quibus neutrum eius offensionis remedium allatum est, ut quaesita esse violentia quaedam videatur, velut

Suppl. 807 ἐπάθομεν ὤ — τὰ κύντατ' ἄλγη κακῶν.
= 820 αἴετέ μου — cτένεις ἐπ' ἀμφοῖν ἄχη.
826 κατὰ μὲν ὄνυξιν ἠλοκίςμεθ', ἀμφὶ δὲ
cποδὸν κάρα κεχύμεθα.
Troad. 1310 ἀγόμεθα φερόμεθ' — ἄλγος ἄλγος βοᾷς.

in antistr. sic scribit Wilamowitzius:

= 1325 ἐμάθετ', ἐκλύετε; — περγάμων ὁ κτύπος.

Haec tamen deflectere ab vulgari usu nemo non iudicabit — quatenus quidem ad versus mere iambicos pertinent, nam dochmiis facillime potuit iambicus ordo ⏑ – ⏑ – – ⏑ – pro clausula subiungi, id quod supra dictum est, alia eiusdem generis exempla suo loco apparebunt.

Cretici duae formae discernendae sunt, una quae communi vocabulo coniungi patitur cum praecedente metro, ut passim in eis, quos supra ex tragicorum triade attulimus, versibus, altera quae non potest nisi ab integro vocabulo initium ducere; illa ubique contractam servat eam, quae suppressam thesin sequitur, arsin, haec admittit solutam. Quarum una haec locum habet, cum antecedentis metri soluta

Digitized by Google

est utraque aut altera arsis, lex enim est sacra atque sancta, ut inter solutum iambicum metrum et creticum utique intercedat diaeresis, ut

Aesch. Choeph. 25 ὄνυχοϲ ἄλοκι νεοτόμῳ.
= 34 μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ.

At

Choeph. 393, 94 πόποι δᾶ, νερτέρων τυραννίδεϲ
ἴδετε πολυκρατεῖϲ ἀραὶ φθινομένων.
= 406, 07 τί δ' ἂν φάντεϲ τύχοιμεν ἢ τάπερ
πάθομεν ἄχεα πρόϲ γε τῶν τεκομένων;

ubi alterum versum iambicum esse vult Wilamowitzius, Choeph. p. 190, aperte repugnat quod in stropha sexta et quae sequitur longa syllaba uno vocabulo comprehenduntur; itaque quam Wilamowitzius concedit adhiberi posse mensuram, unam esse legitimam hoc loco dochmiacam pro certo affirmare possumus; neque est cur dubitemus de hac mensura quod nulli per totum canticum sunt praeterea dochmii, quorum etiam minores ordines saepissime inveniuntur cum aliis tum imbico generi admisti, qua de re infra dicemus. Eidem qui Choeph. 393, 94 = 406, 07 versus sunt Soph. OR. 660, 61 = 689, 90

600 οὐ τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον
Ἅλιον· ἐπεὶ ἄθεοϲ ἄφιλοϲ ὅ τι πύματον.

Sophocles, quantum quidem ex iis, quae aetatem tulerunt, fabulis colligi potest, soluto metro nusquam subiunxit creticum. Apud Euripidem plura extant eius generis exempla; unde simul apparet — quod desideramus apud Aeschylum — insoluto cretico _ ∪ _ posse respondere solutum ∪ ∪ ∪ _. Extat is creticus

Eur. Andr. 484, 85 ἑνόϲ, ἃ δύναϲιϲ ἀνά τε μέλαθρα κατά τε πόλιαϲ,
ὁπόταν εὑρεῖν θέλωϲι καιρόν.
= 491, 92 ἄθεοϲ ἄνομοϲ ἄχαριϲ ὁ φόνοϲ· ἔτι ϲε, πότνια,
μετατροπὰ τῶνδ' ἔπειϲιν ἔργων.
1205 ὦ φίλοϲ, δόμον ἔλιπεϲ ἔρημον.
= 1219 ἀμπτάμενα φροῦδα πάντα κεῖται,

trimeter iambicus, cuius in primo et altero loco est creticus, in tertio baccheus. In stropha alter creticus utramque habet arsin solutam, in antistr. prior alteram, ut solutionum permutatae sedes videantur.

Or. 998—1000 τὸ χρυϲόμαλλον ἀρνὸϲ ὁπότ'
ἐγένετο τέραϲ ὀλοὸν ὀλοὸν
Ἀτρέοϲ ἱπποβώτα,

dubitari potest Ἀτρέοϲ ἱπ — utrum pro cretico metro habeatur an

Digitized by Google

pro anaclomeno. Sed creticum esse reliqua suadent exempla, anaclasis vero paene nusquam fit post solutum iambicum ordinem.

Phoen. 1030, 31 ἔφερες ἔφερες ἄχεα πατρίδι
φόνια· φόνιος ἐκ θεῶν.
= 1054, 55 τέκεα μέλεος. ἀγάμεθ' ἀγάμεθ',
ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται,

ubi quartum metrum est creticum.

1041, 42 ὁπότε πόλεος ἀφανίσει-
εν ἁ πτεροῦσσα παρθένος τιν' ἀνδρῶν
= 1065, 66 ὅθεν ἐπέσυτο τάνδε γαῖ-
αν ἁρπαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα,

soluto cretico in stropha respondet insolutus in antistropho.

1734—36 τάδε σ' ἐπέμενε μέλεα πάθεα
φυγάδα πατρίδος ἄπο γενόμενον
ὦ πάτερ, θανεῖν που,

ubi post solutum quartum metrum clausula a cretico initium capit.

1756, 57 ἱερὸν ὄρεσιν ἀνεχόρευ-
σα, χάριν ἀχάριτον ἐς θεοὺς διδοῦσα;

versus est ut 1041, 42 = 1065, 66.

Eadem haec forma etiam insolutis metris subiuncta invenitur, ubi tamen, non soluta priore cretici arsi, utrum haec ipsa forma sit an altera non omnino diiudicari potest ideo, quod persaepe etiam casui tribuenda est diaeresis intermissa, ut

Aesch. Agam. 205 ἐπεὶ δ' ἀνάγκας ἔδυ λέπαδνον.
= 215 λιτὰς δὲ καὶ κληδόνας πατρῴους,

ubi in stropha creticus communi vocabulo cohaeret cum praecedente metro, in antistr. ab integro vocabulo incipit. Quamquam verisimile est hanc formam esse ubi in stropha et antistr. diaeresis intercedit, ut

Soph. OR. 649 πιθοῦ θελήσας φρονήσας τ', ἄναξ, λίσσομαι.
= 678 γύναι, τί μέλλεις κομίζειν δόμων τόνδ' ἔσω;

ubi eo acrius exprimitur diaeresis ante quartum metrum, quod quae antecedunt metra caesura colligata sunt, vide p. 357.

Eur. Phoen. 1019 ἔβας ἔβας, ὦ πτεροῦσσα γᾶς λόχευ — μα
= 1043 χρόνῳ δ' ἔβα Πυθίαις ἀποστολαῖ — σιν,

diaeresis enim creticum antecedit ut in eiusdem cantici vv. 1030, 31 = 1054, 55. 1041, 42 = 1065, 66. Utut est, ad id quod volumus

Digitized by Google

satis videtur ea congerere, ubi soluta est prior arsis et si qua insoluta solutae respondet.[1]) Quo ex genere apud Aeschylum sunt

Prom. 164, 65 τεοῖcι, δίχα γε Διός; ὁ δ' ἐπικότως ἀεὶ
θέμενος ἄγναμπτον νόον.
= 184, 85 ἐμὰς δὲ φρένας ἐρέθιcε διάτορος φόβος·
δέδια δ' ἀμφὶ caῖc τύχαις,

ubi alter ordo a soluto cretico orditur.

Sept. 402—04 τρέμω δ' αἱματη-
φόρους μόρους ὑπὲρ φίλων
ὀλομένων ἰδέcθαι.
= 437—39 δόμον, πωλικῶν
θ' ἑδωλίων ὑπερκόπῳ
δορί ποτ' ἐκλαπάξαι.

Ab hac lege discrepat

Suppl. 780, 81 γένος γὰρ Αἰγύπτιον ὕβριν
δύcφορον ἀρcενογενές,

ubi sicut libri tradunt metrum anaclomenum uno vocabulo cohaeret cum soluto cretico; sed prohibent tam pravos numeros strophae verba

773 μέλη λιτανὰ θεοῖcι καί,

quae ut sint ipsa corrupta, nullo pacto gravissimo vitio patrocinantur. Praeterea sensu commendatur Hermanni emendatio, qua relativum οἵ post ἀρcενογενές additur, unde evadit legitimus dimeter

δύcφορον ἀρcενογενές, οἵ.

De tali autem locutione, qualis est γένος, οἵ, cf. Oberdick, Suppl. p. 169.

Sophocles habet

El. 207, 208 αἳ τὸν ἐμὸν εἷλον βίον
πρόδοτον, αἵ μ' ἀπώλεcαν.
= 227, 28 πρόcφορον ἀκούcαιμ' ἔπος,
τίνι φρονοῦντι καίρια;
OC. 1451, 52 ὁρᾷ ὁρᾷ ταῦτ' ἀεὶ χρόνος, cτρέφων μὲν ἕτερα,
= 1468, 69 τί μὰν ἀφήcει τέλος; δέδια τόδ'· οὐ γὰρ ἅλιον,

in stropha cτρέφων Hartungius scripsit pro ἐπεί.

---

1) Creticam formam soluta priore arsi ab antecedente metro vocabuli fine terminari pridem demonstravit C. Pickel, de origine versuum dochmiacorum, Diss. phil. Argent. III (1880) p. 161 sqq., hactenus utique probandus. Ceteroquin quam hac una re confisus p. 165 proposuit metrorum discriptionem Phoen. 1019—42 = 1043—66 non ab omni parte veram esse ex iis quae hucusque disputavimus satis manifestum fit; de dochmii vero origine quae inde odoratus est, esse tripodiam iambicam suppressa altera thesi, ut refellamus non opus videtur.

Digitized by Google

OR. 189 Ἀρεά τε τὸν μαλερόν, ὅϲ.
= 203 Λύκει' ἄναξ, τά τε ϲὰ χρυ-ϲοϲτρόφων.
194 ἔπουρον εἴτ' ἐϲ μέγαν
θάλαμον Ἀμφιτρίταϲ.
= 207 Ἀρτέμιδοϲ αἴγλαϲ, ξὺν αἷϲ
Λύκι' ὄρεα διᾴϲϲει.
1214 δικάζει τὸν ἄγαμον γάμον πάλαι.

In stropha turbatum ordinem verbarum sic restituit Hermannus:

= 1205 τίϲ ἄταιϲ ἀγρίαιϲ, τίϲ ἐν πόνοιϲ,

qua emendatione recepta numeri postulant ut prima verbi ἀγρίαιϲ syllaba producatur, quo fit solutae et insolutae arseos responsio.

Phil. 201 εὔϲτομ' ἔχε, παῖ. — τί τόδε; — προὐφάνη κτύποϲ.
= 210 ἀλλ' ἔχε, τέκνον, — λέγ' ὅ τι. — φροντίδαϲ νέαϲ.

Euripidea sunt:

Andr. 1205 ὦ φίλοϲ, δόμον ἔλιπεϲ ἔρημον,

de responsione cf. p. 302.

El. 479, 80 τοιῶνδ' ἄνακτα δοριπόνων
ἔκανεν ἀνδρῶν, Τυνδαρί.
Her. 116, 17 μᾶ-τερ, ἃ τὸν Ἀΐδα δόμοιϲ
πόϲιν ἀναϲτενάζειϲ.
= 128, 29 ξυνῆν ποτ', εὐκλεεϲτάταϲ
πατρίδοϲ οὐκ ὀνείδη.
411, 12 τίν' οὐκ ἀφ' Ἑλλανίαϲ
ἄγορον ἁλίϲαϲ φίλων.
= 428, 29 ἵν' ἐκπεραίνει τάλαϲ
βίοτον οὐδ' ἔβα πάλιν.
Phoen. 1027—29 τόπων νέουϲ πεδαίρουϲ'
ἄλυρον ἀμφὶ μοῦϲαν
ὀλομέναν τ' Ἐρινύν.
= 1051—53 δι' αἱμάτων δ' ἀμείβει
μυϲαρὸν εἰϲ ἀγῶνα
καταβαλὼν ἀραῖϲι,

duo sunt ordines huius formae ◡ ◡ ◡ – ◡ – –, prior cum antecedente ◡ – ◡ – ◡ – – synaphia coniunctus, posterior utrimque disterminatus.

1744 ὃϲ ἐκ δόμων νέκυϲ ἄθαπτοϲ οἴχεται.
1745, 46 μέλεοϲ, ὅν, εἴ με καὶ θανεῖν, πάτερ, χρεών,
ϲκότια γᾷ καλύψω.
1747, 48 πρὸϲ ἥλικαϲ φάνηθι ϲάϲ.
— ἅλιϲ ὀδυρμάτων ἐμῶν.
1749, 50 ϲὺ δ' ἀμφὶ βωμίουϲ λιτάϲ.
— κόρον ἔχουϲ' ἐμῶν κακῶν.

Digitized by Google

Suppl. 75, 76 χορὸς τὸν Ἅιδας σέβει,
διὰ παρῇδος ὄνυχα λευ-κόν.
= 83, 84 τὸ γὰρ θανόντων τέκνων
ἐπίφορόν τι κατὰ γυναῖ-κας.
622, 23 εἰδείης ἂν τύχας.
— ἔτι ποτ' αἶσα τίς ἄρα πό-τμος.
= 630, 31 γενοῦ τᾷδ' εὐμενής.
— τὸ σὸν ἄγαλμα, τὸ σὸν ἵδρυ-μα.
824 ἴδετε κακῶν πέλαγος, ὤ.
827 σποδὸν κάρα κεχύμεθα.
Troad. 319, 20 ἐγὼ τόδ' ἐπὶ γάμοις ἐμοῖς
ἀναφλέγω πυρὸς φῶς.
= 335, 36 βοᾶτε τὸν Ὑμέναιον, ὤ,
μακαρίαις ἀοιδαῖς.
529, 30 κεχαρμένοι δ' ἀοιδαῖς
δόλιον ἔσχον ἄταν,

de corruptis antistrophi verbis 549, 50 infra videbimus.

580, 81 ὦ Ζεῦ. — καὶ συμφορᾶς;
— τέκεα, — πρίν ποτ' ἦμεν.
= 585, 86 κακῶν — οἰκτρὰ τύχα
— πόλεος, — ἃ καπνοῦται.
1301 ἰὼ γᾶ τρόφιμε τῶν ἐμῶν τέκνων.
= 1317 ἰὼ θεῶν μέλαθρα καὶ πόλις φίλα.
1307 διάδοχά σοι γόνυ τίθημι γαίᾳ.
= 1322 ὄνομα δὲ γᾶς ἀφανὲς εἶσιν· ἄλλᾳ.

Duae igitur cum nobis distinctae sint cretici formae, iam quaeramus, num possit altera alteri respondere; quod ad confirmandum inde nihil lucri fieri, si nulla adhibita solutione in stropha diaeresis interiecta est, in antistr. non est interiecta, supra ostendimus; immo, ut indubitata sit responsio, necesse est aut hic antecedat metrum solutum, sequatur creticus legitima diaeresi intercedente, illic inter utrumque insolutum omittatur diaeresis, aut solutae cretici priori arsi respondeat insoluta, quae cum praegrediente metro una voce cohaereat. Et illius quidem responsionis nullum invenimus exemplum, huius unum

Eur. Suppl. 809, 10 δρῶσι κἀμὲ τὰν τάλαι-
ναν, τέκνων ἄπαιδα.
= 822, 23 ἐμὸν δὲ μήποτ' ἐζύγη
δέμας ἐς ἀνδρὸς εὐνάν.

Hactenus de cretici duabus formis.

Digitized by Google

II. DE BACCHIACA FORMA.

Sicut creticus ita etiam baccheus duplici forma est, nam praeter vulgarem illam, cuius exemplum praebet Aesch. Agam. 183 = 196

183 παλιμμήκη χρόνον τιθεῖcαι,

altera obvenit incisione ante posteriorem arsin insignita, qua incisione enascitur alterius arseos solvendae licentia. Sed hae bacchei formae usu maxime inter se differunt; itaque primum quae sit utriusque provincia quaerendum videtur. Vulgaris formae triplex est usus; nam certis eum terminis circumscriptum esse a poetis non mirabimur quia indoles huius formae prorsus contraria est integro metro et cretico; quare saepius versus fererunt ex omnibus bacchiacis metris compositos, exclusis reliquis duobus, ut

Aesch. Prom 115 τίc ἀχώ, τίc ὀδμὰ προcέπτα μ' ἀφεγγήc;
Soph. Phil. 396 ὅτ' ἐc τόνδ' Ἀτρειδᾶν ὕβριc πᾶc' ἐχώρει.
= 511 ἐγὼ μὲν τὸ κείνων κακὸν τῷδε κέρδοc.
Eur. Bacch. 1181 τίc ἄλλα; — τὰ Κάδμου — τί Κάδμου; — γένεθλα.
= 1197 περιccὰν — περιccῶc. — ἀγάλλῃ; — γέγηθα.
Hel. 642 πρὸc ἄλλαν ἐλαύνει θεὸc cυμφορὰν τᾶcδε κρείccω.
Or. 1437 προcεῖπεν δ' Ὀρέcταc Λάκαιναν κόραν· ὦ Διὸc παῖ, θὲc ἴχνοc πέδῳ δεῦρ' ἀποcτᾶcα κλιcμοῦ.

Ubi notandum singula metra plerumque verborum terminationibus inter se discreta esse. Thesin baccheorum brevem maluerunt esse quam longam; potuit tamen longa existere in initio versuum sive ordinum, ut

Soph. Trach. 523, 24 ἁ δ' εὐῶπιc ἁβρὰ τηλαυγεῖ παρ' ὄχθῳ.
Eur. Phoen. 1039, 40 βροντᾷ δὲ cτεναγμὸc ἀχά τ' ἦν ὅμοιοc.
= 1063, 64 Καδμείαν μέριμναν ὁρμήcαc' ἐπ' ἔργον,

Intra ordinem longa thesis non admittitur, nisi tot metra antecedunt, quot per se ordinem conficiunt, i. e. duo minime, ut

Soph. El. 481, 82 οὐ γάρ ποτ' ἀμναcτεῖ c' ὁ φύcαc Ἑλλάνων ἄναξ,

ubi tertium metrum est bacchiacum. In plurium baccheorum ordine prohibitum erat, ne decursus eorum interiecto sive integro metro sive cretico turbaretur, ita ut, ubicumque duo dumtaxat bacchei sunt, si quae sequuntur metra alterius utrius formae, versus fine ab illis

Digitized by Google

seiungi debeant. Neque tamen alienus numerus synaphia alligari nequibat, id quod perspicitur ex

Aesch. Agam. 1057, 58 ἄφερτον φίλοισιν, δυσίατον; ἀλκὰ
δ' ἑκὰς ἀποστατεῖ.
= 1064, 65 τάχος γὰρ τόδ' ἔσται, προτείνει δὲ χεὶρ ἐκ
χερὸς ὀρέγματα,

ubi tetrametro bacchiaco dochmius synaphiae artificio adnexus est; quae res clarrissime docet, ut supra diximus, aliud observasse poetas in iambis inter se colligandis, aliud in adiciendo alieno numero, sicut longe recedunt a compositione mere iambica Aesch. Pers. 130, 31 = 137, 38

137 τὸν αἰχμήεντα θοῦρον εὐνα-
τῆρα προπεμψαμένη.
Eur. Hel. 636—38 ὦ φιλτάτη πρόσοψις, οὐκ ἐμέμφθην·
ἔχω τὰ τῆς Διός τε λέκτρα Λήδας θ',
ἃν ὑπὸ λαμπάδων κόροι λεύκιπποι,

trimetri enim iambici in baccheum exeuntes, quales sunt Pers. 130 = 137. Hel. 637, qui inter iambos aut pro se versum faciunt aut in fine versus collocantur, eisdem alieni generis ordines synaphiae artificio adiuncti sunt, in Persis dactylicus, in Helena dochmiacus.

Iam apparet baccheum, intra synaphiam sequente sive integro metro sive cretico, non posse non solitarium esse. Ac plerumque invenitur cretico praemissus, ut Aesch. Agam. 361 = 378

361 ἀτολμήτων Ἄρη.

Sed ut praecedenti integro metro saepissime plures intra unum ordinem cretici adiuncti sunt, ut Aesch. Agam. 232 = 242

232 ἔμελψεν· ἁγνᾷ δ' ἀταύρωτος αὐδᾷ πατρός[1]),

ita baccheus ut singulis creticis in ordinem consociari solet, nam Soph. OR. 200, 01 = 213, 14

200 τόν, ὦ τᾶν πυρφόρων
ἀστραπᾶν κράτη νέμων

duo sunt ordines diaeresi distincti; et sic plerumque, neque omissa est diaeresis praeter

Aesch. Choeph. 26 δι' αἰῶνος δ' ἰυγμοῖσι βόσκεται κέαρ,

servata tamen in antistropho,

= 35 γυναικείοισιν ἐν δώμασιν βαρὺς πίτνων.

---

1) cf. Aesch. Agam. 225 = 235. 357 = 374. 364 = 381. 388 = 404. 389 = 405. Sept. 152 = 159. 270 = 287. 275 = 292. Suppl. 91 = 98. Soph. El. 1085 = 1093. 1407 = 1428. OR. 649 = 678. Eur. Phoen. 316. Troad. 1091 = 1110.

Digitized by Google

Quapropter si quando hunc ordinem porrectum volebant, aut baccheo continuandus erat, ut Aesch. Agam. 183 = 196

183 παλιμμήκη χρόνον τιθεῖcαι,

aut integro metro, ut Sept. 749 = 755

749 τέλειαι γὰρ παλαιφάτων ἀρᾶν,

ubi ἀρᾶν ex ἀραί restituit Bothius. Rarissime integris metris hic baccheus praemittitur, neque nisi dimetros ordines cum iis efficere solet. Sed paulum temperavisse poetas his metris colligandis num quid mirum? Scilicet tardior erat bacchei, celerior integri metri incessus, quam ut tam repentina commutatio iucunde fieri posset. Eius ordinis tria invenimus apud Aeschylum exempla, duo

Choeph. 74, 75 δακρύω δ' ὑφ' εἱμάτων
ματαίοιcι δεcπόταν,

tertium

Sept. 749, 50 τέλειαι γὰρ παλαιφάτων ἀρᾶν
βαρεῖαι καταλλαγαί.
= 755, 56 τίν' ἀνδρῶν γὰρ τοcόνδ' ἐθαύμαcαν
θεοὶ καὶ ξυνέcτιοι.

De strophae verbis transponendis quae disseruit Wilamowitzius comm. metr. II. pp. 27, 28, ut mitteremus traditum ordinem nobis non persuaserunt. Proximi in hoc cantico numeri cuius generis esse videantur mox dicendum erit. Duobus praetera locis, ubi Wilamowitzius ponit baccheum praemissum integro metro,

Agam. 229 φιλοίκτῳ, πρέπουc' ὅπωc ἐν γραφαῖc, προcεννέπειν.[1])
= 239 τὸ μέλλον δ' ἐπεὶ γένοιτ' ἂν κλύοιc· προχαιρέτω.
712 λέγοιμ' ἂν φρόνημα μὲν νηνέμου γαλάναc.[2])
= 723 τέτυκται, μέγαν τελεcθέντα φωτὸc ὄλβον,

non minus apte baccheus praecedenti versui clausulae loco adnectitur, quo fit ut sequens ab integro metro incipiat, hunc fere in modum:

227 ἔβαλλ' ἕκαcτον θυτήρων ἀπ' ὄμ-
ματοc βέλει φιλοίκτῳ,
πρέπουc' ὅπωc ἐν γραφαῖc, προcεννέπειν.

In antistropho eicienda est δέ vocula post μέλλον, Elmsleio demum auctore illata,

= 237 Δίκα δὲ τοῖc μὲν παθοῦcιν μαθεῖν
ἐπιρρέπει· τὸ μέλλον
ἐπεὶ γένοιτ' ἂν κλύοιc· προχαιρέτω.

---

1) comm. metr. II. p. 6. 2) p. 17.

Digitized by Google

De asyndeti figura ab Aeschylo admissa cf. quae Wilamowitzius dixit comm. metr. II. p. 14.

In altero loco ita disterminandum erit:

711 πάραυτα δ' ἐλθεῖν ἐς Ἰλίου πόλιν λέγοιμ' ἂν
φρόνημα μὲν νηνέμου γαλάνας.
= 722 παλαίφατος δ' ἐν βροτοῖς γέρων λόγος τέτυκται,
μέγαν τελεσθέντα φωτὸς ὄλβον.

Reliqui versus Aeschylei, qui speciem praebent huius bacchiacae formae integrum metrum antecedentis, ad unum omnes ei sunt, quibus nisi dochmiacam mensuram adhibueris, verear ne omnis numerus tolli videatur, ut

Sept. 865—67 δι' εὐωνύμων τετυμμένοι,
τετυμμένοι δῆθ', ὁμο-
σπλάγχνων τε πλευρωμάτων
⏑ ⏖ ⏖ ⏑ –
= 876—79 διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος,
στένουσι πύργοι, στένει
πέδον φίλανδρον· μενεῖ
κτέανά τ' ἐπιγόνοις,

ubi si ita discriberetur: δι' εὐω-|νύμων τετυμ-|μένοι τετυμ-|μένοι δῆθ'| ὁμοσπλάγ-|χνων τε πλευ-|ρωμάτων, praeterquam quod ex duobus baccheis in creticum prorogaretur synaphia, quod fieri non posse supra demonstravimus, plane repugnaret antistrophus; qua ad idem exemplum discripta quia prior vocis πέδον syllaba respondet tertiae verbi ὁμοσπλάγχνων, necesse est non arseos hanc sed theseos partes subire; adde quod figurae τετυμμένοι τετυμμένοι omnis frangeretur vis ac robur, si in media verba caderent metrorum fines. Praestat igitur in ineunte hoc versu dochmium distinguere et iambicum metrum, praesertim quae etiam diaeresis exprimat. Proximi ordines alter et tertius facillime iambici generis agnoscuntur, quartus dochmiaci.

Eadem mensura videtur esse

Choeph. 41—43 ἰὼ γαῖα μαῖα, μωμένα
μ' ἰάλλει δύσθεος γυνά. φοβοῦ-
μαι δ' ἔπος τόδ' ἐκβαλεῖν.
= 51—53 δι' ὤτων φρενός τε δαμίας
περαῖνον νῦν ἀφίσταται. φοβεῖ-
ται δέ τις. τὸ δ' εὐτυχεῖν,

ubi sic discripsit Wilamowitzius:

ἰὼ γαῖα μαῖα, μωμένα μ' ἰαλ-
λει δύσθεος γυνά. φοβοῦμαι δ' ἔπος τόδ'
ἐκβαλεῖν,

Digitized by Google

iambicum numerum per totum versum constituens. Quam discriptionem non negabimus aliquid commodi habere ex hac numerorum aequabilitate, neque, ut Sept. 865—67 = 876—79, syllabarum ordo iambicae mensurae resistit. Sed facit contra Wilamowitzium integri metri ἰάλ-|λει δύcθεοc = περαῖ-|νον νῦν ἀφί-|cταται longa thesis initialis in hac compositione, ubi reliquae breves servatae sint. Deinde verborum terminationes suadent eos quos ipsi supra dedimus ordines. Nam et primus ordo 41 = 51, quem compositum fecimus ex dochmio et integro iambico metro, sicut Sept. 865 = 876 diaeresi finitur in str. et ant., et quod sequitur vocabulum ἰάλλει = περαῖνον clamat bacchiacum metrum collocandum esse, bacchei enim longe maximam partem cum verbis consentiunt, ut

Soph. Trach. 651 τάλαιναν δυcτάλαινα καρδίαν.
= 659 ἀμείψαc, ἔνθα κλῄζεται θυτήρ,

cf. p. 307. 357.

Sept. 717—22 = 725—30

725 παλαιγενῆ γὰρ λέγω
παρβαcίαν ὠκύποι-
νον· αἰῶνα δ' ἐc τρίτον μένει·
Ἀπόλλωνοc εὖτε Λάϊοc
βίᾳ τρὶc εἰπόντοc ἐν
μεcομφάλοιc Πυθικοῖc.

Bis posuimus ordinem ex dochmio constantem et integro metro iambico, unum in fine prioris versus, alterum in initio sequentis; quare simillimus fit numerus ei de quo modo diximus versui; Wilamowitzius, comm. metr. II. p. 26 scribens αἰῶνα δ' ἐc τρίτον μένειν, Ἀπόλλωνοc εὖτε Λάιοc unum versum confecit, eumque, qui per iambica metra discribi possit. Qua tamen mutatione, quantum video, neque numeri neque sensus egent. In stropha, verbis ab sensu insuspectis, numerorum est ab antistr. discrimen, quod prioris dochmii locum tenet hic syllabarum ordo: θάνω-|cι καὶ χθονία, quam rem expedire equidem non audeo.

Sept. 761—63 ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων
ἐγένετο μέλεοc ἀθλίων
γάμων, ἐπ' ἄλγει δυcφορῶν.
= 768—70 τέκνοιc δ' ἀρχαίαc
ἐφῆκεν ἐπικότουc τροφᾶc,
αἰαῖ, πικρογλώccουc ἀράc,

ubi ἀρχαίαc scripsimus ex Wilamowitzii coniectura pro ἀραίαc. Duae autem res sunt, quae in ea, quam Wilamowitzius comm. metr. II. p. 28 commendavit, discriptione improbandae videntur, primum, quod αἰαῖ interiectionem in exeunte ordine pro mero iambo ponit, quae mensura alias non nisi ineunte ordine admissa est, cf. Pers. 1010 = 1018. Sept. 868, 69 = 880, 81, deinde, quod, cum reliqua sint

Digitized by Google

metra aut integra aut bacchiaca, in fine versus singularem creticum constituit[1]), nam versus finem post ἐπ' ἄλγει δυςφορῶν intercedere probabile est; at sicut nos discripsimus aptissima fit duplex diaeresis, neque interiectionis collocatio ullam habet offensionem, neque versus clausula.

Quibus locis Aeschyleis adicimus

Eur. El. 1177—79 ἰὼ Γᾶ καὶ Ζεῦ πανδερκέτα
βροτῶν, ἴδετε τάδ' ἔργα φόνι-
α μυςαρά, δίγονα cώματ' ἐν.
= 1190—92 ἰὼ Φοῖβ', ἀνύμνηcαc δίκαν,
ἄφαντα φανερὰ δ' ἐξέπρα-
ξαc ἄχεα, φόνια δ' ὤπαcαc.

Primum ordinem dochmium coniunctum cum iambico metro statuendum existimamus; quem qui volet esse trimetrum iambicum, comprobare debebit posse baccheum iteratum intra versum antecedere integro metro aut cretico, id quod fieri vetuit tragicorum usus[2]), neque intra trimetrum ordinem molossus (καὶ Ζεῦ παν-) pro baccheo admittitur, vide p. 307.

Praeterea duo sunt loci, ubi dochmius cum baccheo consociatus pro clausula est iambici versus,

Aesch. Suppl. 90—92 ἰάπτει δ' ἐλπίδων
ἀφ' ὑψιπύργων πανώλειc βροτούc,
βίαν δ' οὔτιν' ἐξοπλίζει.
= 97—99 ἰδέcθω δ' εἰc ὕβριν
βρότειον, οἵα νεάζει πυθμὴν
δι' ἁμὸν γάμον τεθαλώc.
Eur. Suppl. 802—04 ὦ παῖδεc, ὦ πικρὸν φίλων
προcηγόρημα ματέρων,
προcαυδῶ cε τὸν θανόντα.
= 815—17 δόθ', ὡc περιπτυχαῖcι δὴ
χέραc προcαρμόcαc' ἐμοῖc
ἐν ἀγκῶcι τέκνα θῶμαι.

Praeter vulgarem dochmii formam extat ⏑ – ⏑ – ⏑ –, quam illorum compositioni saepius admisceri supra diximus. Ea solutis duabus arsibus, media est interposita inter dactylicos ordines Aesch. Sept. 764—66 = 771—73

764 μαινομένᾳ κραδίᾳ
δίδυμα κάκ' ἐτέλεcεν·
πατροφόνῳ χερὶ τῶν.

Iambico denique generi coniuncta est

Eum. 158—61 ὑπὸ φρέναc, ὑπὸ λοβόν.
πάρεcτι μαcτίκτοροc δαΐου δαμίου
βαρὺ τὸ περίβαρυ κρύοc ἔχειν.

---

1) cf. p. 299, 300. 2) p. 308.

Digitized by Google

= 165—68 περὶ πόδα, περὶ κάρα.
πάρεστι γᾶς ὀμφαλὸν προσδρακεῖν αἱμάτων
βλοσυρὸν ἀρόμενον ἄγος ἔχειν,

numerus enim iambicus per totum versum deduci omnino nequit, sed dochmiacum ordinem disterminandum esse praeter diaeresin inde apparet, quod hic unus arsibus solutis insignitus est, nulla in altero ordine adhibita solutione.

Pers. 550—52 Ξέρξης δὲ πάντ' ἐπέσπε δυσφρόνως
βαρίδεσσι ποντίαις.
τίπτε Δαρεῖος μὲν οὔ-τω.
= 560—62 νᾶες πανωλέθροισιν ἐμβολαῖς,
ἠδ' Ἰαόνων χέρες.
τυτθὰ δ' ἐκφυγεῖν ἄνακτ'.

Iambica metra per hunc versum continuari non possunt. Et stropha quidem — etsi plane singularis existit metrorum ordo — hanc mensuram adhiberi patitur, siquidem metra distinguuntur: Ξέρξης δὲ πάντ' | ἐπέσπε δυσ-|φρόνως βα-|ρίδεσσι πον-|τίαις τί-|πτε Δαρεῖ-|ος μὲν οὔ-|τω κτλ. Sed in ant. eo ipso loco, quem in str. altera longa vocabuli Δαρεῖος explevit, brevis est syllaba verbi ἐκφυγεῖν, quo apparet in thesi utramque collocandam esse. Neque video, quinam numeri sint, nisi primum ordinem compositum fecerimus ex integro iambico metro et dochmio ⏑ ‒ ⏑ ‒ ⏑ ‒. Idem iambis interpositus est Sept. 751 = 757, ubi tales ordines constituendi erunt:

749 τέλειαι γὰρ παλαιφάτων ἀρᾶν
βαρεῖαι καταλλαγαί·
τὰ δ' ὀλοὰ πενομένους
παρέρχεται, πρόπρυμνα δ' ἐκβολὰν φέρει,

tertium pro se esse ordinem dochmiacum ut in Eum. pariter diaeresis pariter solutae in hoc uno arses ostendunt.

Verum ne decurtatus quidem dochmius ab iambica compositione videtur remotus esse; eius tamen coniunctionis, ut plane paucissimi sunt dochmii decurtati, non plus duo exempla inveni, unum

Aesch. Choeph. 370, 71 Ζεῦ Ζεῦ, κάτωθεν ἀμπέμπων
ὑστερόποινον ἄταν.
= 384, 85 φεῦ φεῦ, κάρανα δαΐξας;
πιστὰ γένοιτο χώρᾳ,

qui versus compositus est ex integro iambico metro, dochmio decurtato, dimetro iambico anaclom. catalect., quae clausula haud ita raro ordinibus dochmiacis subiungitur; nam Wilamowitzio ne adstipulemur, qui Choeph. p. 189 duabus primis syllabis extra numerum positis iambicum metrum dicit subiuncto sapphico enneasyllabo, obstat,

Digitized by Google

quod, ubi iambicum metrum praemissum est eius generis ordinibus, caesura cadit post priorem baseos syllabam, id quod infra demonstrabitur. Alter est dochmius decurtatus in eadem fabula

622, 23 τόδ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος
διανταίαν ὀξυπευκὲς οὐτᾷ.
= 628, 29 Δίκας δ' ἐρείδεται πυθμήν·
προχαλκεύει δ' Αἶσα φασφανουργός.

Alterum enim ordinem, quem vulgo dicunt ex baccheo compositum, integro metro, baccheo, decurtatum dochmium esse sequente dimetro iambico fortiter defendimus. Dissuadet illam mensuram longa syllaba post eum, quem in initio opinantur, baccheum pro thesi posita, integrum enim metrum praecedente baccheo in altera sede collocatum a brevi thesi necessario incipit. At nobis favent vocabulorum terminationes: baccheus quidem consuevit integro verbo definiri, in hoc ordine studio quodam post quartam syllabam diaeresis quaesita est. Quocirca potius decurtatum dochmium quam baccheum in initio huius ordinis constituendum esse existimavimus.

Sophocles semel tantum hanc bacchiacam formam cum integro metro in dimetrum coniunxit,

Trach. 209 Ἀπόλλωνα προστάταν,

unde tamen nulla fit necessitas scribendi cum Dindorfio

Ἀπόλλω προστάταν,

licet multo usitatior sit bacchei cum cretico coniunctio.

Denique Euripides hoc ordine rarissime — si omnino — usus est. Quae dubitatio inde nascitur quod nusquam apud Euripidem, quantum nosmet vidimus, in compositione mere iambica obvenit is baccheus cum integro metro consociatus, neque, ubi agnosci potest, responsione firmatur. Concedimus haud inepte hunc ordinem fieri

Or. 1441—44 Πέλοπος ἐπὶ προπάτορος ἕδραν
παλαιᾶς ἑστίας,
ἵν' εἰδῇς λόγους ἐμούς.
ἄγει δ' ἄγει νιν· ἃ δ' ἐφεί -πετ',

gravis enim, quae est post λόγους ἐμούς, interpunctio eam discriptionem commendare videtur, qua ἵν' εἰδῇς et λόγους ἐμούς uno ordine consociantur. Sed non ausim tantum tribuere interpunctioni, ut eam ob causam omnem fidem ponam in metrorum coniunctione valde singulari, neque negaverim baccheo in fine versus constituto etiam sic discribi posse:

Πέλοπος ἐπὶ προπάτορος ἕδραν
παλαιᾶς ἑστίας, ἵν' εἰδῇς
λόγους ἐμούς. ἄγει δ' ἄγει κτλ.,

id quod proposuit Leo, Plaut. cant. p. 80.

Digitized by Google

Phoen. 1350, 51 ἀνάγετ' ἀνάγετε κωκυτόν,
ἐπὶ κάρα τε λευκοπήχεις κτύπους χεροῖν,

quae libri manuscripti exhibent merito a plerisque in suspicionem vocata esse videntur. Prior versus nihil habet ab metrica difficultatis, vocabimus aut dochmium ⏑ ⏖ ⏑ – – – praemisso tribrevi aut metrum iambicum coniunctum cum dochmio decurtato; utrumque enim probabile. Alterum autem versum in trimetrum dochmiacum complendum esse consensus est virorum doctorum, quibus ex emendationibus elegantissima est Kirchhoffii

ἐπὶ κάρα τε λευκοπήχεις κτύπους ⟨τιθεμένα⟩ χεροῖν.

Denique eximius pro clausula usus est eius, de quo nunc loquimur, bacchei, sive ordinem intra versum concludentis, quod quatenus fieri possit mox videbimus, sive versum. Sed medius inter reliquas iambici metri formas hic baccheus intercalari non potest, nisi aut praecedunt duo minime metra, ut

Soph. El. 481, 82 οὐ γάρ ποτ' ἀμναστεῖ σ' ὁ φύσας Ἑλλάνων ἄναξ,

ubi tetrametri tertiam sedem obtinet baccheus, aut sequuntur, ut

Eur. Phoen. 1730, 31 παρθένου κόρας αἴνιγμ' ἀσύνετον εὑρών,

ubi alterum tetrametri metrum bacchiacum est. Antecedunt simul et sequuntur plura metra

Aesch. Agam. 184—86 τρίβῳ κατέξαινον ἄν-
θος Ἀργείων. ἐπεὶ δὲ καὶ πικροῦ
χείματος ἄλλο μῆχαρ.
= 197—99 λύθροις πατρῴους χέρας
πέλας βωμοῦ. τί τῶνδ' ἄνευ κακῶν;
πῶς λιπόναυς γένωμαι,

λύθροις ex Wilamowitzii coniectura pro ῥεέθροις.

Eur. Troad. 1307—09 διάδοχά σοι γόνυ τίθη-
μι γαίᾳ τοὺς ἐμοὺς καλοῦσα νέρ-
θεν ἀθλίους ἀκοίτας.
= 1322—24 ὄνομα δὲ γᾶς ἀφανὲς εἶ-
σιν, ἄλλᾳ δ' ἄλλο φροῦδον, οὐδ' ἔτ' ἔ-
στιν ἁ τάλαινα Τροία.

Itaque, ut medius interponi possit baccheus inter integra metra et cretica aut inter utrumque creticum, cum quattuor minime debeat esse metrorum ordo, trimetrum ita conformatum esse a poetis negabimus. Repugnare huic legi videtur unus versus

Soph. Trach. 888 ἐπεῖδες, ὦ ματαία, τάνδ' ὕβριν,

Digitized by Google

ubi sicut quidem libri scribunt in trimetri prima sede est integrum metrum, in altera baccheus, in tertia creticus. Sed hunc versum ipse sensus in integrum trimetrum redigendum esse arguit, qua de re vide p. 386.

Baccheus ubi clausulae locum obtinet singularis fere est, sive versus ex uno ordine constat, ut trimeter

Agam. 179 πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦσαι,

sive ordo in baccheum desinens singulis pluribusve ordinibus ad versus clausulam conficiendam adnexus est, ut Agam. 184—86, quem versum supra attulimus. De synaphia hanc post clausulam continuanda interrumpendave simile aliquid observatum est atque quae de singulari baccheo cum integro metro aut cretico colligando p. 308, 09 exposuimus; unde statim apparet ex ordine in baccheum exeunte non posse prorogari synaphiam tum, cum proximus ab integro metro incipit, nam quod vel singula metra consociari bacchiacum et integrum tam longe abest a vulgari usu, idem ab ordinibus inter se iungendis exclusum esse videtur. Itaque etiam inter brevissimos ordines ubi concurrunt baccheus et integrum metrum versus finem collocabimus, ut

Soph. Trach. 893—95 ἔτεκεν ἔτεκεν μεγάλαν
ἀνέορτος ἅδε νύμφα
δόμοισι τοῖσδ' Ἐρινύν.

In universum quae de integro etiam de anaclomeno metro dici possunt, praesertim cuius simillima sit indoles. Quo fit, ut exeunte iambico ordine in baccheum, si proximus incohatur a metro anaclomeno, hic ab illo versus terminatione seiungendus sit. Res ipso hiatu confirmatur

Aesch. Prom. 566, 67 ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει.
ἀλλ' ἐμὲ τὰν τάλαιναν.

Sed etiam in vv. Agam. 211—14 = 221—24

221 λαβεῖν ἀέρδην, στόματός
τε καλλιπρῴρου φυλακᾷ κατασχεῖν
φθόγγον ἀραῖον οἴκοις

non dubia est versus terminatio post alterum ordinem. Propria tamen quaedam condicio est dimetri anaclomeni in baccheum exeuntis. Nam ubicumque eius formae duo aut plures ordines sese excipiunt, eorum primus si ex antecedente aliquo ordine iambico synaphiam continuat, ab altero versus terminatione definiri debet, ut recte fecisse videatur Wilamowitzius, comm. metr. II. p. 4, quod Aesch. Agam. 184—87 = 197—200

184 τρίβῳ κατέξαινον ἄν-
θος Ἀργείων. ἐπεὶ δὲ καὶ πικροῦ
χείματος ἄλλο μῆχαρ
βριθύτερον πρόμοισιν

Digitized by Google

inter dimetrum 186 = 199, qui pro clausula est versus 184—86 = 197—99, et inter 187 = 200 incisam esse voluit synaphiam. At non alligatus ad antecedentem ordinem iambicum is dimeter progredi synaphiam in alterum tertiumque eiusdem formae patitur. Est omnino eorum, qui vulgo pro clausulis sunt, ordinum insigne specimen, quod in clausula collocati solitarii fere inveniuntur; si minus, plures in unum versum artari possunt. Quae causa est, cur post singularem ordinem telesillium enhopliis subiunctum Soph. OC. 178—80 = 194—96, Eur. El. 730—32 = 740—42[1]) versus finis statuendus sit, contra non praecedente enhoplio tres intra versuum telesillii iungantur Soph. OC. 1044—48 = 1059—63

1059 ἤ που τὸν ἐφέσπερον
πέτρας νιφάδος πελῶσ'
Οἰάτιδος ἐκ νομοῦ
πώλοισιν ἢ ῥιμφαρμάτοις
φεύγοντες ἁμίλλαις,

cf. OR. 466—68 = 476—78.

Sic etiam pherecratei II, quos nemo nescit singulos glyconeis versibus clausulae loco assignari, inter se plures colligari possunt, ut

Soph. Ai. 631, 32 θρηνήσει, χερόπλακτοι
δ' ἐν στέρνοισι πεσοῦνται.
= 643, 44 παιδὸς δύσφορον ἄταν
ἂν οὔπω τις ἔθρεψεν.

Quae res in iambicis istis dimetris quid sibi velit colligandis disterminandisve non habeo quibus melius explicem quam versibus

Aesch. Choeph. 374—78 ἐφυμνῆσαι γένοιτό μοι πυκά-
ἐντ' ὀλολυγμὸν ἀνδρὸς
θεινομένου, γυναικὸς
τ' ὀλλυμένας· τί γὰρ κεύ-
θω φρενὸς οἷον ἔμπας.
= 398—402 πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ
τόνδε κλύουσαν οἶκτον.
καὶ τότε μὲν δύσελπις,
σπλάγχνα δέ μοι κελαινοῦ-
ται πρὸς ἔπος κλυούσᾳ,

qui omnes, nullam si habueris versuum desinentium rationem, quinque sunt ordines, primus trimeter, de qua forma cf. p. 309, reliqui dimetri anaclomeni in baccheum exeuntes; quorum 375 = 399, quia clausula est trimetri 374 = 398, versus fine terminari debet. Reliqui tres 376 = 400, 377 = 401, 378 = 402, nullo antecedente ordine, ad quem tamquam clausula referendus sit 376 = 400, pro

1) vide p. 291.

Digitized by Google

se collocati sunt; ii ne continua synaphia comprehenderentur, nullum iam erat obstaculum. Atque inter dimetros 376 = 400 et 377 = 401 diaereseo sest artificium, ita tamen, ut elisio (376) indicet synaphiam, inter 377 = 401 et 378 = 402 caesurae, qualem latissime patere in his ordinibus iungendis pp. 369 sqq. demonstrabimus. Quo cum usu optime congruunt versus

Eur. Bacch. 72—77 ὦ μάκαρ, ὅϲτιϲ εὐδαί-
μων τελετὰϲ θεῶν εἰ-
δὼϲ βιοτὰν ἁγιϲτεύει
καὶ θιαϲεύεται ψυ-
χάν, ἐν ὄρεϲϲι βακχεύ-
ων ὁϲίοιϲ καθαρμοῖϲιν.
= 88—93 ὅν ποτ' ἔχουϲ' ἐν ὠδί-
νων λοχίαιϲ ἀνάγκαι-
ϲι πταμένας Διὸϲ βροντᾶϲ
νηδύοϲ ἔκβολον μά-
τηρ ἔτεκεν, λιποῦϲ' αἰ-
ῶνα κεραυνίῳ πλαγᾷ,

ubi cum non antecederet iambicus ordo, cuius clausula esset dimeter 72 = 88, ipse versum incipiens alterum sibi adiungere potuit synaphiae artificio; sequitur pro clausula ordo – ⏑⏑ – ⏑ – – –, i. e. choriambus coniunctus cum antispasto.[1]) Proximus versus 75—77 = 91—93 ex iisdem ordinibus compositus est quibus 72—74 = 88—90. Synaphia per utrumque versum tam inter primum et alterum quam inter alterum et tertium ordinem caesurae artificio facta est.

105—07 ὦ Σεμέλαϲ τροφοὶ Θῆ-
βαι ϲτεφανοῦϲθε κιϲϲῷ·
βρύετε βρύετε χλοήρει.
= 120—22 ὦ θαλάμευμα Κουρή-
των ζάθεοί τε Κρῆταϲ
Διογενέτορεϲ ἔναυλοι,

dimetro – ⏑⏑ – ⏑ – – 105 = 120 in initio versus posito caesura alligatus est alter eiusdem formae; tertium, ab integro metro orsum soluto, apparet versus fine diiungendum esse.

Quodsi vera sunt, quae modo diximus, ordines in baccheum

1) cf. Soph. Trach. 947—49 = 950—52

947 πότερα πρότερον ἐπιϲτένω,
πότερα μέλεα περαιτέρω,
δύϲκριτ' ἔμοιγε δυϲτάνῳ,

ubi idem ordo duobus dimetris iambicis adnexus est. cf. Ai. 699 = 711. OR. 872 = 882. Eur. Hec. 469, 70 = 478, 79. vide Blass, Neue Jahrb. 1899. p. 35.

Digitized by Google

desinentes magis minusve propensos esse ad synaphiam cum proximo ineundam, prout hic ab integro sive cretico metro incipiat, non omnino dissolvi illam iudicabimus, si in proximi ordinis initio creticus est, quocum facilius coniungi baccheum p. 308 cognovimus. Cuius synaphiae, alienae illius, nisi fallor, ab usu Aeschyleo ac Sophocleo, certa prodeunt exempla apud Euripidem. Verum non laxa quaedam est in hac re licentia, sed omnium qui huc pertinent versuum proprium esse videtur primum, ut singularis sit dimeter usque ad versus finem, ita, ut non nimium distet a desinente versu catalexis interior, deinde, ut hic dimeter in baccheum et ipse exeat, quod ni erat intra versum extitisset catalexis, ipse ea careret. Talia enim observata sunt

Phoen. 1026—29 Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ
τόπων νέους πεδαίρουσ'
ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν
ὀλομέναν τ' Ἐρινύν.
= 1050—53 μιαίνει δὲ πτόλιν·
δι' αἱμάτων δ' ἀμείβει
μυσαρὸν εἰς ἀγῶνα
καταβαλὼν ἀραῖσι.

Synaphia inter duos dimetros in baccheum catalecticos 1027, 28 = 1051, 52 est propter elisionem in ordine 1027; nam in dimetros hunc versum dilabi — etsi trimetris distribuendis non obstat metrorum ordo — confirmatur et totius cantici structura et librorum consensu. Ex tribus autem dimetris ordinibus baccheo definitis, ne tertio quidem per se repudiante synaphiam cum altero, post ipsum alterum versus terminationem constituit Euripides, quo factum est, ut tertius, quamvis esset brevis, solus versum conficeret.

Suppl. 606—608 κτύποι φανήσονται, τάλαι-
να, τίνα λόγον, τίν' ἂν τῶνδ'
αἰτία λάβοιμι;
= 615—17 κακῶν τ' ἀναψυχὰς θεοὶ
βροτοῖς νέμουσι, πάντων
τέρμ' ἔχοντες αὐτοί.

Una videtur legitima esse huius versus in tres dimetros discriptio; potest sane in duos trimetros distribui, unum integrum, alterum compositum ex baccheo cretico baccheo, id quod procul dubio cadit in

Aesch. Agam. 1497, 98 δίκην δ' ἐπ' ἄλλο πρᾶγμα θηγάνει βλάβης
πρὸς ἄλλαις θηγάναισι Μοῖρα.
= 1524, 25 τίς ἂν γονὰν ἀραῖον ἐκβάλοι δόμων;
κεκόλληται γένος πρὸς ἄτᾳ,

cf. Soph. El. 1420, 21 = 1440, 41.
Sed apud Eur. in Supplicibus malim tetrametrum et dimetrum ideo, quod duobus distinctis trimetris priori gravissima obtruderetur

Digitized by Google

caesura media, quae quamquam in canticis non pari studio evitata est atque in diverbiis, tamen quaevis alia discriptio, modo fieri possit, praeferenda videtur.

Quae cum ita sint, synaphiam existimabimus esse inter paenultimum et ultimum ordinem

Troad. 527—30 τίς οὐκ ἔβα νεανίδων,
τίς οὐ γεραιὸς ἐκ δόμων;
κεχαρμένοι δ' ἀοιδαῖς
δόλιον ἔσχον ἄταν.
= 547—50 βοὰν ἔμελπον εὔφρον'· ἐν
δόμοις δὲ παμφαὲς σέλας
πυρὸς μέλαιναν αἴγλαν
◡ ◡ ἔδωκεν ὕπνῳ.

Ubi non probanda videtur Wilamowitzii coniectura, comm. metr. I. p. 30: ἐν δόμοις δὲ παμφαὴς σελάνα πυρὸς μέλαιναν αἴγλαν ἔδωκεν ὕπνῳ, quae, antistrophi lacuna expleta, paenultimi ordinis baccheum finalem removit. Nam praeterquam quod requirit in stropha verborum mutationem neque sensu neque numeris probatam, tam elegans sunt antithesis παμφαὲς σέλας πυρός et μέλαιναν αἴγλαν, ut nulli ea verba suspicioni obnoxia videantur. Itaque iam in eo versatur quaestio, cuiusnam sit ille niger splendor, quem ignis in domibus incensus somno dederit; et aptissimum est duarum brevium vocabulum ante ἔδωκε supplere. Quod non invenisse me libere confessus acquiescendum censeo in emendatione Heimsoethiana: πυρὸς μέλαιναν αἴγλαν ἀπεδίωκε νυκτός, i. e. *fulgor ignis in domibus incensi expulit noctis nigrum splendorem,* quae coniectura cum numeris tum sensui optime satis facit.

Denique considerandum est, num synaphia continuari possit ex ordine in baccheum exeunte in proximum incipientem a baccheo. Quam interrumpendam esse si sequentis ordinis baccheo initiali succedit sive integrum metrum sive creticum ex iis apparet quae p. 307 explicavimus, ut consentiamus cum Wilamowitzio, quod disterminavit inter se versus Aesch. Agam. 362, 63 = 379, 80

362 πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως,
φλεόντων δωμάτων ὑπέρφευ.

Quapropter in ordinem ex omnibus baccheis compositum propagari synaphiam posse ratio defendere videtur. Neque tamen contenderim quemlibet ordinem bacchiacum synaphia alligari posse cuivis ordini in baccheum exeunti, nam

Aesch. Choeph. 378, 79 κεύ-θω φρενὸς οἷον ἔμπας
ποτᾶται; πάροιθεν δὲ πρῴρας.
= 402, 03 κελαινοῦ-ται πρὸς ἔπος κλυούσᾳ.
ὅταν δ' αὖτ' ἐπαλκὲς ◡ – –

Digitized by Google

etiam hiatus 402 obstat, ne synaphiam faciamus prioris cum altero ordine. Neque verisimile est synaphiam continuari ex trimetro in tetrametrum, ut Choeph. 339, 40 = 355, 56

339 λιπὼν ἂν εὔκλειαν ἐν δόμοιςιν
τέκνων τ' ἐν κελεύθοις ἐπιςτρεπτὸν αἰῶ,

neque ex trimetro in dimetrum, ut

Eur. Ion. 1463—65 ἄπαιδες οὐκέτ' ἐςμὲν οὐδ' ἄτεκνοι·
δῶμ' ἑςτιοῦται, γᾶ δ' ἔχει τυράννους·
ἀνηβᾷ δ' Ἐρεχθεύς.

Immo haec synaphia in dimetris fere iungendis constitisse videtur; sicut inter dimetros ea est

Eur. Troad. 318—321 φίλαν καταςτένους' ἔχεις,
ἐγὼ τόδ' ἐπὶ γάμοις ἐμοῖς
ἀναφλέγω πυρὸς φῶς
ἐς αὐγάν, ἐς αἴγλαν.
= 334—37 φέρουςα φιλτάταν βάςιν.
βοᾶτε τὸν Ὑμέναιον, ὤ,
μακαρίαις ἀοιδαῖς
ἰαχαῖς τε νύμφαν.

Concluditur versus duobus dimetris 320 = 336 et 321 = 337 (dimetri enim sunt ordines inde ab initio), uno composito ex cretico et baccheo, ut Phoen. 1028, 29 = 1052, 53, altero ex duobus baccheis.

Quam ad compositionem proxime accedit

Soph. El. 1242, 43 περιςςὸν ἄχθος ἔνδον
γυναικῶν ὂν αἰεί.
= 1263, 64 ἐπεί ςε νῦν ἀφράςτως
ἀέλπτως τ' ἐςεῖδον,

nisi quod pro cretico initiali est integrum metrum; quapropter si quis hunc versum malit constare ex duobus dimetris quam ex tetrametro, praesertim obsecundante librorum memoria, equidem non litigabo. Sed diserte notandum existimamus talem ordinem bacchiacum synaphia non posse alligari nisi cum is qui antecedit et ipse baccheo terminatur, nusquam iis, qui integro metro aut qui cretico; itaque, ut schematis rem illustremus, ut solemnis haec est clausula:

⏑ – ⏑ – (⏑) – ⏑ –
⏑ – ⏑ – ⏑ – –,

sive haec:

⏑ – ⏑ – (⏑) – ⏑ –
– ⏑ ⏑ – ⏑ – –,

sive haec:

⏑ – ⏑ – (⏑) – ⏑ –
– ⏑ – ⏑ – –

Digitized by Google

ita omnino reformidavit usus poetarum hanc:

⏑ – ⏑ – (⏑) – ⏑ –
⏑ – – ⏑ – –.

Haec fere dicenda sunt de vulgari baccheo; de quo ita disputavimus, ut ex indole eius — quantum quidem assequi poteramus — quae ratio ipsi cum reliquis iambici metri formis intercederet perspiceretur. Iam alterius bacchei, eius, qui diaeresin habet ante posteriorem arsin, quae sit propria condicio, paene ultro sese offerre videtur. Is enim, quia celerius paulo decurrit patiens solvendae posterioris arseos, media quasi indole inter integrum metrum et eum, de quo hucusque diximus, baccheum esse censebitur. Quo fit, ut iis potissimum locis adhibeatur, unde vulgarem aut omnino exclusum aut evitatum cognovimus; itaque sicut vulgari baccheo ea potissimum metra adiungi solent, quorum altera utra thesis suppressa est, i. e. aut idem baccheus (p. 307) aut creticus (p. 308), ita huic alteri integrum anaclomenumve. Deinde in clausula si volebant duplicem baccheum, cum vulgaris eius forma ordinem concludens solitaria esse deberet (p. 316), priorem posuerunt eum, qui media diaeresi insignitus est. Novissime in exeuntibus ordinibus vulgaris bacchei vice necesse erat hunc usurpari ad proximum ordinem alligandum, si vulgaris baccheus synaphiae offecisset (p. 316). Singulos qui hanc rem attingunt locos mox perlustrabimus; nunc quaedam videamus, ubi non tam ad unam earum, quas supra diximus, necessitatum quam ad arbitrium poetarum referendus est hic baccheus, maxime ubi cum vulgaribus coniunctus invenitur. Facillime enim baccheorum alter cum altero potuit in versum colligari, modo praegrederetur is, qui diaeresin habet, quia ne hoc quidem impediri licebat retardatum alterius decursum, quod reliquis metris fieri non posse p. 307 ostendimus. Ea baccheorum coniunctio esse videtur

Aesch. Agam. 210 τάλαινα παρακοπὰ πρωτοπήμων. ἔτλα δ' οὖν.
= 220 πέπλοιϲι περιπετῆ παντὶ θυμῷ προνωπῆ.

Tetrameter est versus (nam de duobus dimetris nulla est suspicio) primo metro integro, reliquis bacchiacis. Integrum metrum initiale soluta altera arsi acceleratur, in proximum baccheum acriter incidit media diaeresis in stropha et antistr., quam ob rem veri non est dissimile ex eo genere profectum esse hunc baccheum, quod optimo iure habet diaeresin, ut Aeschylus videatur progrediente versu gradatim numeros inhiberi voluisse.

Sept. 940—42 ἴτω γόοϲ — ἴτω δάκρυ
— πρόκειϲαι — κατακτάϲ,

duo priores bacchei sunt quorum propria existit media diaeresis; eaque fecit solvendi alteras arses potestatem.

Digitized by Google

979—82 ἰὼ πόνος — ἰὼ κακά.
— δώμασι καὶ χθονί. — καὶ τὸ πρόσω γ' ἐμοί,

bacchei sunt in initio versus ut Sept. 940, sequitur tetrameter dactylicus in aeolicam clausulam.

Soph. Trach. 218 ἰδού μ' ἀναταράσσει

duo sunt inter se consociati bacchei, prior, qui mediam diaeresin praebet solutamque posteriorem arsin, alter ex vulgari genere.

Iam ad eos ordines nos convertimus, ubi numerorum rationibus exigi videatur baccheus diaeresi incisus, quae rationes quales sint supra dictum est. Ac primo loco posuimus hunc baccheum praemissum integro metro aut anaclomeno, eam enim coniunctionem, sicut vulgaris formae cum decurtatis metris, iustam esse atque legitimam. Exempla prostant plura, ut

Aesch. Sept. 984 ἰὼ πάντων πολυπονώτατοι,

ἰώ interiectio extra numeros versatur; in dimetro ordine prior est huius generis baccheus soluta altera arsi, sequitur integrum metrum.

Sept. 987 ἰὼ ὅπου τιμιώτατον,

etsi insoluta est altera arsis eundem baccheum esse arbitrabimur. Res probabilior fit inde, quod, ut semel dicam, uno vocabulo artissime cohaeret is baccheus cum subsequente integro metro, at vulgaris, si proximum metrum a thesi incipit, verbi terminatione definiri solet.

Suppl. 124, 25 ἀχείματόν μ' ἔπεμπε σὺν
πνοαῖς, οὐδὲ μέμφομαι.
= 134, 35 ἔχουσα σέμν' ἐνώπι' ἀ-
σφαλές, παντὶ δὲ σθένει,

tetrameter iambicus certissimum praebet in tertia sede huius bacchei exemplum, scilicet vulgaris forma ne poterat quidem nisi in dimetros ordines cum integris metris consociari, cf. p. 309.

Eandem igitur exclusam iudicabimus a medio trimetro, quali

Soph. El. 1273 ἰὼ χρόνῳ μακρῷ φιλτάταν ὁδόν,

non offendit ea, quae diaeresi inciditur.

Phil. 1155—58 ἕρπετε· νῦν καλὸν
ἀντίφονον κορέσαι στόμα πρὸς χάριν
ἐμᾶς σαρκὸς αἰόλας·
ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω,

dimetrum iambicum 1157, qui compositus est ex baccheo et integro metro, antecedunt dactylici ordines celerrime decurrentes, subiungitur (nam synaphiam esse inde coniecerim, quod integrum est alterum iambici ordinis metrum, cf. OR. 168—70 = 178—80) enhoplius

Digitized by Google

triplici anapaesto acceleratus; quibus tam rapidis numeris num credibile est immisceri posse baccheum nisi eius generis, quod propius esse ab integro metro supra explanatum est? In stropha amissa est bacchei thesis; verba 1130—35 sic fere leguntur:

ἦ που ἐλεινὸν ὁρᾷς, φρένας εἴ τινας
ἔχεις, τὸν Ἡράκλειον
ἄθλιον ὧδέ σοι
οὐκέτι χρησόμενον τὸ μεθύστερον,
◡ ἀλλ' ἐν μεταλλαγᾷ
πολυμηχάνου ἀνδρὸς ἐρέσσῃ.

Sed gravior, ut videtur, verborum corruptela est. Inter omnes enim constat verba τὸν Ἡράκλειον ἄθλιον nullo accedente substantivo stare non posse, itaque aut Ἡράκλειον aut ἄθλιον mutari necesse est. Quae emendatio apte fieri possit equidem non habeo, neque quomodo amissa bacchei thesis expleatur: sed apparet ita fieri debere hanc medelam, ut diaeresis sit inter utramquae arsin.

Soph. Trach. 893, 94 ἔτεκεν ἔτεκεν μεγάλαν
ἀνέορτος ἅδε νύμφα

priorem ordinem efficit baccheus cum anaclomeno metro coniunctus caesurae artificio. Baccheus mediam habet diaeresin, arsium utramque solutam. Qui tantillus ordo mirum quantum vexavit homines doctos, cum pars alterum ἔτεκεν exulare iuberent, alii haererent in vocabulo μεγάλαν, alii, in quibus etiam Iebbium video, inserta inter ἔτεκεν et μεγάλαν vocula δή — panacea illa, ubicumque longa syllaba desideratur — glyconeum III refici vellent. Sed traditorum verborum numeris nihil inesse suspecti iam apparere credo.

Eur. Andr. 138—40 ἔνθ' οὐ φίλων τιν' εἰσορᾷς
σῶν, ὦ δυστυχεστάτα,
παντάλαινα νύμφα.
= 144—46 οἴκτῳ φέρουσα τυγχάνω,
μὴ παῖς τᾶς Διὸς κόρας
μ' εὖ φρονοῦσαν εἰδῇ.

Alter ordo constat ex baccheo et integro metro; baccheum in hoc idem genus referendum esse observata in stropha et antistr. diaeresis persuadet.

Her. 386, 87 περῶν δ' ἀργυρορρύταν
Ἕβρον διεπέρασε μό -χθον.
= 400, 01 κτανών· ποντίας θ' ἁλὸς
μυχοὺς εἰσέβαινε, θνα -τοῖς.

Duorum ordinum uterque compositus est ex baccheo et integro metro; diaeresis per omnes hos baccheos patet, semel (387) accedit soluta altera arsis. cf. quae ad Aesch. Sept. 987 annotavimus.

Digitized by Google

Med. 207—09 θεοκλυτεῖ δ' ἄδικα παθοῦ-
ϲα τὰν Ζηνὸϲ ὁρκίαν
Θέμιν, ἅ νιν ἔβαϲεν.

Tetametri iambici 207, 08 tertium metrum est bacchiacum diaeresi incisum, ut Aesch. Suppl. 124, 25 = 134, 35; sequitur pro clausula ordo Reizianus.

Versus Or. 1478—82 ita discribendi esse videntur:

ἔναντα δ' ἦλθεν Πυλάδηϲ ἀλίαϲτοϲ,
οἷοϲ οἷοϲ Ἕκτωρ
ὁ Φρύγιοϲ ἢ τρικόρυθοϲ Αἴ-
αϲ, ὃν εἶδον εἶδον ἐν
πύλαιϲι Πριαμίϲιν· φαϲ-
γάνων δ' ἀκμὰϲ ϲυνήψαμεν.[1])

De singulari iambico metro antecedente dactylicum ordinem cum ithyphallico coniunctum cf. Eur. Alc. 903—05 = 926—28. Qui sextum proximi iambici versus explet metrum baccheus, medius insertus inter integra metra diaeresi incidi debuit.

1492, 93 ἄθυρϲοι δ' οἷά νιν δραμόντε
Βάκχαι ϲκύμνον ἐν χεροῖν ὀρείαν.

Duo sunt trimetri, a baccheo incipiens uterque. Hic locus maxime idoneus est ad duo baccheorum genera distinguenda, nam in prioris versus altera sede cum creticus esset, vulgaris poterat anteire baccheus, in proximo versu, ubi integrum est alterum metrum, debebat is, qui diaeresi inciditur. Sed quod in priore versu baccheus initialis ab brevi thesi incipit, in altero ab longa, ea re cave credas discrimen inter utrumque baccheum confirmari, vulgaris enim et is, qui mediam habet diaeresin, baccheus aeque ab longa thesi initium capere potuerunt, neque vulgaris ille cretico praecedens longam thesin fieri noluit, ut

Eur. Suppl. 622 εἰδείηϲ ἂν φίλων
εἰδείηϲ ἂν τύχαϲ.

Or. 1497, 98 ἤτοι φαρμάκοιϲιν ἢ
μάγων τέχναιϲ ἢ θεῶν κλοπαῖϲ

versus ab eodem baccheo incipit, quam 1493 deprehendimus.

Troad. 523 Τρῳάδοϲ ἀπὸ πέτραϲ ϲταθείϲ.
= 543 νύχιον ἐπὶ κνέφαϲ παρῆν,

ordo compositus est ex baccheo et integro metro; baccheus media diaeresi inciditur, arses eius solutae sunt, ut Soph. Trach. 893. Mirum

1) Exscripsimus totum hunc locum, quia paulum declinandum nobis esse duximus a Wilamowitzii discriptione, Nachr. d. Goett. Ges. 1896. p. 218.

artificium ad hunc ordinem struendum attulit Euripides, quo factum est, ut simul intra baccheum diaeresis exprimeretur, simul post alteram arsin, utpote solutam. Itaque a tribrevi (in str. dactylo) et pyrrhichio incipit hic ordo, sicut passim ii, qui in initio habent integrum metrum solutum, a duobus tribrevibus, ut

Eur. Suppl. 978 δάκρυσι νοτερὸν ἀεὶ πέπλων,

cf. p. 271.

Troad. 560—64 λόχου δ' ἐξέβαιν' Ἄρης,
κόρας ἔργα Παλλάδος.
σφαγαὶ δ' ἀμφιβώμιοι
Φρυγῶν, ἔν τε δεμνίοις
καράτομος ἐρημία,

quinque deinceps ordinibus hic baccheus cum integro metro comprehenditur; in 564 καράτομος ἐρημία pro diaeresi est commissura verbi compositi, quam in lyricis iustae incisioni sufficere communis poetarum usus confirmavit; in eodem ordine soluta est ea, quae diaeresin sequitur, arsis.

Denique huc pertinet

Troad. 1295, 96 λέλαμπεν Ἴλιος περ-
γάμων τε πυρὶ καταίθεται τέραμνα,

ubi cur alterum metrum eidem baccheorum generi ascribendum sit, satis superque apparet ex iis quae ad Aesch. Suppl. 124, 25 = 134, 35 alias annotavimus.

Clausulae bacchiacae hunc baccheum praemissum invenimus

Eur. Suppl. 366—68 ἐκλύετε τάδε γ', ἐκλύετ' ἄνα-
κτος ὅσια περὶ θεοὺς καὶ
μεγάλα Πελασγίᾳ καὶ κατ' Ἄργος
= 370—72 ἱκόμενος ἔτι ματέρος ἄγαλ-
μα φόνιον ἐξέλοι, γᾶν
δὲ φίλιον Ἰνάχου θεῖτ' ὀνήσας.

De altero huius versus ordine mox dicendum erit; tertii ordinis paenultimum metrum est bacchiacum diaeresi incisum in stropha et antistropho; quod unum, nisi integrum sive creticum metrum volebant, baccheo finali anteire poterat. Factum est prioris bacchei incisione, ut plerique, numeris non satis perspectis, cum καὶ κατ' Ἄργος = θεῖτ' ὀνήσας peculiarem ordinem opinati ab antecedentibus seiunxissent, versum ponerent in trochaicum metrum exeuntem.

374—76 χάριν τ' ἔχει τὰν ἐς αἰ-
εί. τί μοι πόλις κρανεῖ,
ποτ'; ἆρα φίλιά μοι τεμεῖ,
καὶ τέκνοις ταφὰς ληψόμεσθα;

Digitized by Google

= 378—80 νόμους βροτῶν μὴ μιαί-
νειν. σύ τοι σέβεις δίκαν,
τὸ δ' ἧσσον ἀδικίᾳ νέμεις
δυστυχῆ τ' ἀεὶ πάντα ῥύη.

Antistrophi verba quae libris tradita sunt ἀεὶ τὸν δυστυχῆ πάντα ῥύῃ apparet vitio laborare; itaque cum Nauckio scripsimus δυστυχῆ τ' ἀεὶ πάντα ῥύῃ. Ordo finalis 376 = 380, praeterquam quod in initio creticus existit pro integro metro, in altera et tertia sede praebet eadem metra atque antecedentis carminis 368 = 372, in altera baccheum diaeresi insignem, in tertia vulgarem.

Denique baccheum diaeresi incisum pro vulgari diximus usurpari in exeunte ordine, cum synaphiam continuari volebant in talem ordinem, quo non poterat ex vulgari baccheo. Quod expectabimus fieri in quovis iambico ordine in baccheum catalect. si proximus ordo ab integro anaclomenove metro incipit (p. 316), aut in dimetro anacl. in baccheum catalect. si ad antecedentia ipse alligatus cum proximo eodem dimetro synaphiae artificio coniungitur (p. 316, 17). Illud grandi exemplo illustratur

Aesch. Agam. 233, 34 φίλου τριτόσπονδον εὔποτμον παι-
ῶνα φίλως ἐτίμα.
= 243, 44 θέλει τόδ' ἄγχιστον Ἀπίας γαί-
ας μονόφρουρον ἕρκος.

Ordines sunt coniuncti trimeter iambicus baccheo terminatus et dimeter anaclomenus catalect., qua vix ulla clausula est apud Aeschylum magis frequentata. Sed trimetri baccheus finalis diaeresi est incisus, unde omnis pendet synaphia; cf.

Prom. 566, 67 ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει.
ἀλλ' ἐμὲ τὰν τάλαιναν,

ubi in iisdem paene ordinibus vulgaris baccheus trimetrum concludens manifestam facit versus terminationem.

Aesch. Suppl. 777—79 ὄμμασιν ἐνδίκοις. σεβί-
ζου δ' ἱκέτας σέθεν, γαι-
άοχε παγκρατὲς Ζεῦ.
= 785—87 σὸν δ' ἐπίπαν ζυγὸν ταλάν-
του· τί δ' ἄνευ σέθεν θνα-
τοῖσι τέλειόν ἐστιν;

Tribus ex dimetris anacl. qui synaphia cohaerent alter et tertius in baccheos exeunt; quorum alter si vulgari forma definitus esset, clausulae partes obtinens versum terminare deberet, sicut versus finem intercedere supra diximus inter duos dimetros anacl. catalect. Agam. 184—87 = 197—200

Digitized by Google

184 τρίβῳ κατέξαινον ἄν-
θος Ἀργείων· ἐπεὶ δὲ καὶ πικροῦ
χείματος ἄλλο μῆχαρ,
βριθύτερον πρόμοισιν.

Synaphia ut fieri posset inter dimetros Suppl. 778, 79 = 786, 87 inde manavit, quod baccheus finalis 778 = 786 diaeresi incisus est, quare non difficilior fuit horum ordinum coniunctio quam in eadem fabula 94—96 = 101—03,

101 καὶ διάνοιαν μαινόλιν
κέντρον ἔχων ἄφυκτον, ἄ-
τας δ' ἀπάταν μεταγνούς,

ubi in integrum metrum alter ordo desinit.

Eur. Suppl. 366—68 ἐκλύετε τάδε γ', ἐκλύετ' ἄνα-
κτος ὅσια περὶ θεοὺς καὶ
μεγάλα Πελασγίᾳ καὶ κατ' Ἄργος.
= 370—72 ἱκόμενος ἔτι ματέρος ἄγαλ-
μα φόνιον ἐξέλοι, γᾶν
δὲ φίλιον Ἰνάχου θεῖτ' ὀνήσας.

Versum supra attulimus, ut ostenderemus ex baccheis 368 = 372 priorem esse diaeresi insignitum. Eiusdem generis est qui ordinem 367 = 371, claudit, inserviens producendae synaphiae in ordinem 368 = 372, qui ab integro metro incohatur, nam synaphiam esse, ut apud Aeschylum commune intercedens vocabulum, ita apud Euripidem indicat δέ encliticum in ineunte 372 collocatum. Euripides igitur, quia diaeresi distinxit ordines 367 = 371 et 368 = 372, baccheum finalem 367 = 371 monosyllaba voce (in str. καί, in ant. γᾶν) terminare debuit.

Apparuit duos fuisse baccheos tam specie similes quam diversos indole et usu; neque magna est fides potuisse alteri alterum respondere. Equidem quo probabilis fiat haec responsio non inveni, eamque — pro tanta, quae est inter utrumque baccheum, discrepantia — condemnatam esse a poetis fidens affirmare possum.[1])

---

1) Quae in hac parte de bacchei apud tragicos usu disputavimus probe scimus, sicut alia quaedam, omnino dissentire a carmine Bacchyl. XVI Bl, quod Wilamowitzius, Goett. Gel. Anz. 1898. p. 137 sqq. iambico numero conscriptum censet. Sed non hic est locus enarrandi, quae differant in hac re inter tragoediam et Bacchylidem. Nos quid sentiamus de numeris eius carminis separatim aliquando explicabimus.

Digitized by Google

DE INCISIONIBUS IN IAMBICO GENERE OBSERVATIS.

I. DE INCISIONIBUS INTER SINGULA METRA.

Quoniam satis expositum est, quas praecipue colligandas iambici metri formas admiserit usus poetarum, altera nobis quaestio esse videtur, si qui fuerit colligandi certus modus ac ratio ita, ut sive diaeresis intercederet sive caesura. Res est, in qua maxime sit cavendum, ne quod casui potius debetur ad artem referamus. Saepissime enim fieri poterat in aliquo versiculo struendo, ut in stropha et antistropho vocabuli terminatio aut inter duo metra caderet aut quodam sive prioris sive alterius loco, cum tamen nemo sit, qui quaesitum synaphiae genus esse suspicetur. Itaque iam cum iis versibus nobis est res, ubi inter singula metra diaeresin aut caesuram de industria factam esse eluceat. Quod genus etsi ad decurtata metra magis videtur accommodatum esse, qua de re cf. quae p. 255 strinximus, tamen aliquatenus etiam ad integra pertinere videtur, ut

Aesch. Choeph. 25—28 ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ·
δι' αἰῶνος δ' ἰυγμοῖσι βόσκεται κέαρ,
λινοφθόροι δ' ὑφασμάτων
λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσιν.
= 34—37 μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ,
γυναικείοισιν ἐν δώμασιν βαρὺς πίτνων.
κριταὶ δὲ τῶνδ' ὀνειράτων
θεόθεν ἔλακον ὑπέγγυοι.

Dimetri 25, 27, 28 = 34, 36, 37 in stropha et antistropho mediam intermissam habent diaeresin. Sane necesse erat eam fieri in ordine 25 = 34[1]), ut inter solutum metrum et creticum; neque tamen

1) Nuper Blassius (Herm. 1898. p. 181) antistrophi ineuntis quam cum numeri tum sensus patefaciunt corruptelam τορὸς γὰρ φοῖβος ὀρθόθριξ δόμων ita sanare conatus est, ut eiecto verbo φοῖβος neque alio substituto hos ordines constitueret:

τορὸς γὰρ ὀρθόθριξ δόμων
ὀνειρόμαντις ἐξ ὕπνου κότον πνέων
ἀωρόνυκτον ἀμβόαμα μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ,
γυναικείοισιν ἐν δώμασιν βαρὺς πίτνων.

Cui emendationi, quamquam haud improbabili eo nomine, quod nullam postulat in stropha mutationem, suffragari non possumus. Nam verbum

Digitized by Google

tantopere eam desiderabant 27, 28 = 36, 37, quamobrem Wilamowitzius, Choeph. p. 154 merito videtur notare singula horum ordinum metra verborum finibus disterminata esse.

Choeph. 71—74 δίκαια καὶ μὴ δίκαι'
ἀρχὰς πρέπον βιᾷ φρενῶν αἰνέςαι,
πικρὸν ςτύγος κρατούςῃ.

Sic scribimus cum Wilamowitzio, qui, postquam Ahrensius dittographias βίου φερομένων delevit, mutato quod traditum est πρέποντ' in πρέπον, verba πρέπον et ἀρχάς transponens apte sensum et numeros restituit. Is versus quosnam in ordines dispertiendus sit, intercedente diaeresi inter singula metra, non ab omni parte diiudicari potest. Facile tamen post μὴ δίκαι' dimetrum terminandum statuerim, quia antecedente metro decurtato, si intra eundem ordinem sequebatur metrum a thesi incipiens, illa non fere poterat esse nisi brevis, praesertim reliquis omnibus brevibus. Id vero utique apparet Aeschylum in hoc versu operam dedisse, ut singula metra verborum finibus notaret, neque solum ubi integrum metrum concurrit cum decurtato, sed etiam ubi integra inter se.

ὀνειρόμαντις maximopere vereor ne ab ea, quam Blassius vult, significatione alienum sit, quod, sicut ὀνειροπόλος apud Homerum, nihil significet nisi hominem sive rem somnium interpretantem; unde protinus efficitur substantivum desiderari, ad quod ὀνειρόμαντις tamquam adiectivum trahatur, ut Wilamowitzius οἶκτος posuit. Deinde quod Blassius postulante illa emendatione strophae tertium ordinem hunc facit:

πρέπει παρῆς φοίνιςς' ἀμυγμοῖς ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ,

vix probabitur vox παρηίς bisyllaba. Quacum mensura neque faciunt loci a Blassio allati (p. 182) neque qui iis adici potest Eur. Suppl. 76 διὰ παρῆδος ὄνυχα λευκόν, ubi in unam vocalem coalescere syllabas -ηι- numeri docent. In casibus obliquis enim, qui ex trisyllabo fiebant tetrasyllabi, vocales -ηι- facilius in unam conglutinari poterant. Postremo metrorum responsionem paulum claudicare apertum est. Nam brevi thesi respondere longam in minoribus fere haec licentia ordinibus versari videtur, neque non in ineunte ordine magis quam in medio. In hoc certe carmine, praesertim in quo alioquin tam accurata sit responsio, tetrametrum ordinem, qualem ponit Blassius, orsum a brevi thesi in stropha et ant., alterius et tertii metri priores theses longas habere in stropha, in antistropho breves, nemo concedet, neque id, quod, cum soluta tertii metri utraque arsi tam repente accelerati sint numeri, in stropha pro priore thesi longa syllaba est. Quibus de causis praestare videtur recepta Stanlei emendatione φοινίοις pro φοίνιςς' trimetrum distinguere in exitu versus

πρέπει παρηίς φοινίοις ἀμυγμοῖς.
= πνέων ἀωρόνυκτον ἀμβόαμα,

ubi in str. longam alterius metri thesin facile probamus propter caesuram penthem., qua thesium inaequalitas in hoc trimetro aeque excusatur atque

Choeph. 411 ἔκοψα κομμὸν Ἄριον ἔν τε Κιςςίας.
= 432 λέγεις πατρῷον μόρον· ἐγὼ δ' ἀπεςτάτουν.

Digitized by Google

Choeph. 622—27 τὸ δ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος
διανταίαν ὀξυπευκὲς οὐτᾷ
διαὶ Δίκας. τὸ μὴ θέμις γὰρ οὐ
λὰξ πέδοι πατούμενον,
τὸ πᾶν Διὸς σέβας παρεκ-
βάντες οὐ θεμιστῶς.
= 628—33 Δίκας δ' ἐρείδεται πυθμήν·
προχαλκεύει δ' Αἶσα φασφανουργός.
τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοις
αἱμάτων παλαιτέρων
τίνει μύσος χρόνῳ κλυτὴ
βυσσόφρων Ἐρινύς.

Necesse visum est propter gravem in 624 corruptelam totam stropham et antistrophum exscribere, etsi ad eam, de qua nunc loquimur, rem alter demum eius cantici versus pertinet. Praeter illam corruptelam si qua erat, facile se obferebat emendatio, ut pro προσχαλκεύει (629) restitutum est προχαλκεύει, pro διμασε δωμάτων (630) ex scholiis δόμοις αἱμάτων. Sed verba 624 adeo depravata sunt, ut non modo ipsorum sed etiam totius strophae sensus obscurari videatur. Quapropter, ut propius accedamus si non ad genuinam lectionem, ad sententiarum saltem conexum, proficiscendum est ab interpretando enuntiato initiali, si quid subsidii inde parari possit. Quo chorum, postquam proximis strophis commentatus est, quam perniciose cesserit nefaria nex Agamemnonis, iam spectantem ad ultionem imminentem hoc significare apparet: *ipsam Iustitiam* (cf. διαὶ Δίκας 624) *supplicium sumere de iis, qui tanto scelere obstricti sunt.* Et ita quidem Iustitiae fit mentio, ut in extrema sententia collocetur, quo artificio non solum maiore quadam vi denotatur sed etiam ad sequentia commode traducit. Etenim chorus ratiocinandi inde capit copiam de indebilitata vi Iustitiae, quam ut illustret duo ponit sancta vulgo hominibus habita, quae licet ipsa neglegantur tamen Δίκας ἐρείδεται πυθμήν. Quamquam haec interpretatio, qua, ut verum dicam, non video, quae aptius conveniat ad hunc locum, postulat ut vocula δέ, quam exhibent libri manuscripti inter Δίκας et ἐρείδεται, cum Wilamowitzio expungatur. Duorum autem illorum unum ait chorus λὰξ πέδοι πατούμενον, alterum παρεκβάντες, simillima sane significatione, nisi quod illud passive dictum est, hoc active, eorum qui transcenderunt recordationem movens. Unde palam fit, sicut τὸ πᾶν Διὸς σέβας tamquam res obiecta pertinet ad παρεκβάντες, ita in corruptis verbis 624 delitescere, quod ad πατούμενον relatum subiecti vice fungatur. Felici autem casu factum est, ut artius corruptelae sedem circumscribere possimus. Credo, genuinae lectionis vestigium relicta est vocula τό 624, nam priora eius enuntiati membra, versata in eadem re, optime decet ab eodem vocabulo initium capere: τό ...... πατούμενον, τὸ πᾶν Διὸς σέβας παρεκβάντες, ut anaphorae figura

Digitized by Google

acrius exprimi videantur. Neque minus verba 625 λὰξ πέδοι πατούμενον — ne his quidem a quibusdam temperatum video — suspicione vacare velim; quorum simillima est locutio apud Aeschylum

Eum. 110 καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα.

Quae cum ita sint, vitium haerere arbitrabimur in verbis 624 μὴ θέμις γὰρ οὐ, sed ea relinquunt tantum ambigui, ut certa emendatio desperanda esse videatur. Etenim γάρ vocabulum, ad sensum haud male conveniens, utrum Aeschylo debeatur an a grammatico adiectum sit ad condicionem totius enuntiati illustrandam, merito dubitabimus. Potuit quidem ἀσυνδέτως fieri huius sententiae cum antecedentibus coniunctio, perinde atque in proximis τὸ πᾶν Διὸς σέβας, ubi scholiasta: λείπει ὁ γάρ, καὶ ἔστι, τὸ γὰρ πᾶν τοῦ Διός, vide annot. p. 333. Si retinemus γὰρ in ordine 624, ablegandae sunt μὴ θέμις et οὐ, nec subsidii quicquam praestant ad emendationem, quia neutrius generis vocabulum requirimus, quod ad articulum τό referatur, simul dimidium metrum suppeditans. Quod vocabulum apparet ex iis rebus petendum esse, quae pertinent ad ius divinum humanumve. Ac sufficere crediderim ad sententiam numerosque restituendos verbum καλόν aut φίλον post γάρ insertum, quorum alterum eodem sensu usurpatum est

Soph. OC. 184—87 τόλμα ξεῖνος ἐπὶ ξένης,
ὦ τλάμων, ὅ τι καὶ πόλις
τέτροφεν ἄφιλον ἀποστυγεῖν
καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι.

Hac voce recepta sic fere scribi debebit Choeph. 624, 25:

διαὶ Δίκας. τὸ γὰρ φίλον
λὰξ πέδοι πατούμενον.

Ex his verbis quod in libris est τὸ μὴ θέμις γὰρ οὐ ita potuit fieri, ut οὐ θεμιστῶς 627, ascriptum ordini 624, pro genuinis substitutum in qualemcumque sensus speciem transformaretur.

Et haec quidem, si retinetur γάρ, erit emendatio. Sed aegre patimur extirpatam vocem θέμις eam ob unam causam, ut γάρ servari possit. Nihil enim tam dignum est ex propria sententiarum indole, quod dicamus λὰξ πέδοι πατούμενον, quam ipsum ius divinum, id quod significat vocabulum θέμις, scilicet ad id omnia redeunt, ut Iustitiae vis opponatur iuri divino, hoc violari posse, illam infractam durare; sic etiam quae sequuntur 626 τὸ πᾶν Διὸς σέβας παρεκβάντες de migrato divino iure Aeschylus intellecta voluit. At vetat admitti θέμις vocem articulus τό, quam supra diximus veram lectionem videri. Ergo, missa vocula γάρ, dabimus θέσμιον adiectivum pro substantivo usurpatum. Qua ex coniectura hanc recuperamus strophae formam adiecto antistrophi primo ordine:

Digitized by Google

τὸ δ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος
  διανταίαν ὀξυπευκὲς οὐτᾷ
διαὶ Δίκας. τὸ θέσμιον
  λὰξ πέδοι πατούμενον,
  τὸ πᾶν Διὸς σέβας παρεκ-
  βάντες οὐ θεμιστῶς
Δίκας ἐρείδεται πυθμήν.

Sententiarum autem haec est summa: *gladius pectori penitus infigitur auctore Iustitia. Nam cum divinum ius conculcatur, cum quemvis Iovis metum migraverunt contra omne deorum fas, Iustitiae stant fundamenta.* Duas res addere velim ad hanc coniecturam. Posuimus asyndetum in ordine 624; ea figura apud Aeschylum maxime est usitata in elato genere orationis, et cum aliae sunt sententiarum inter se rationes, et — sicut hoc in loco — cum posterior causam indicat.[1]) Sed error grammaticorum parum intellegens poeticae sublimitatis haud numquam intulit eam, quam sensus commendabat, particulam; quo errore in hunc versum crediderim γάρ irrepsisse. Deinde nostra coniectura ornatus quidam verborum restituitur, qui, opinor, totius loci sensum magnopere adiuvat. Id enim, quod opposita est Iustitia iuri divino, ea antithesis non potuit clarius exprimi quam ita, ut unum iuxta alterum collocaretur διαὶ Δίκας, τὸ θέσμιον. Sane haec est germana Aeschyli ars, qui paulo infra (627, 28) composuerit οὐ θεμιστῶς | Δίκας.

Hucusque de sententia restituenda disputavimus, sed opus est pauca de eius structura adicere, quia haudquaquam ex trito sermone esse videtur participium in nominativo positum mutato in sententia primaria subiecto. Est autem is, quem grammatici dicunt nominativum absolutum, qualem testantur scholiasta ad Soph. OR. 101, qui Atticae eum dialecto proprie accenset: χειμάζον: Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ αἵματος χειμάζοντος τὴν πόλιν. schol. ad Eur. Phoen. 283: μέλλων δὲ πέμπειν μ': σολοικοφανὲς τοῦτό ἐστιν· ἤτοι μέλλοντος πέμπειν με ἐν τῷδ' ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι (quae subsequuntur verba ex interpretatione sunt, quae singulari illi locutioni praetendatur) et: ἀντὶ τοῦ μέλλοντος, εὐθεῖα ἀντὶ γενικῆς. Eiusdem nominativi abs. perhibet exemplum Thuc. IV 23: καὶ τὰ περὶ Πύλον ὑπ' ἀμφοτέρων κατὰ κράτος ἐπολεμεῖτο, Ἀθηναῖοι μὲν δυοῖν ἐναντίαιν ἀεὶ τὴν νῆσον περιπλέοντες τῆς ἡμέρας . . . Πελοποννήσιοι δὲ ἐν τῇ ἠπείρῳ στρατοπεδευόμενοι καὶ προσβολὰς ποιούμενοι τῷ τείχει.

Tandem de numeris videamus. Alter igitur illius strophae versus ex quattuor dimetris compositus est diaeresi inter se distinctis, nam

---

1) G. Bromig, de asyndeti natura et apud Aeschylum usu, Monast. 1879. p. 22 sqq., unde eius asyndeti exemplum sumpsimus

Suppl. 1014—16 ὅ τί τοι μόρσιμόν ἐστιν, τὸ γένοιτ' ἄν.
Διὸς οὐ παρβατός ἐστιν μεγάλα φρὴν ἀπέρατος.

Digitized by Google

quod in stropha tertii ordinis finis cadit post alteram verbi παρεκβάντες syllabam, commissura ea est verbi compositi, quae omnino non officit diaeresi, sicut non diffitebimur dimetrum 649

τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοις,

ubi prius metrum exit in ἐπεις-, media incisione distribui. Horum ordinum primus et tertius integri sunt, alter et quartus theses initiales suppressas habent, qua de compositione infra dicendum erit. Diaeresis autem vel singula metra disterminat: quod in tanta multitudine, in summa strophae et antistrophi congruentia, apparet ex certo Aeschyli consilio ortum esse.

Sept. 402—04 πρόμαχος ὄρνυται· τρέμω δ' αἱματη-
φόρους μόρους ὑπὲρ φίλων
ὀλομένων ἰδέσθαι.
= 437—39 πρὶν ἐμὸν ἐσθορεῖν δόμον, πωλικῶν
θ' ἑδωλίων ὑπερκόπῳ
δορί ποτ' ἐκλαπάξαι.

Versus incipit a dimetro dochmiaco, sequuntur duo dimetri iambici, unus integer, alter ex cretico et baccheo compositus. Uterque ordo iambicus media est diaeresi incisus in stropha et antistropho; quae hic quidem inde profecta esse videtur, quod dochmii praecedunt tam accurata diaeresi ipsi quoque inter se distincti, nam cum praecipue in dochmiis vigeat positura κατὰ μέτρον, quid mirum eam continuari, si qui iambici ordines succedunt? Nec profecto temere est, quod in dochmiorum potissimum vicinia iambici ordines interiecta diaeresi in metra dilabuntur, ut

Soph. Ai. 405—09 εἰ τὰ μὲν φθίνει,
φίλοι, τοῖσδ' ὁμοῦ πέλας,
μώραις δ' ἄγραις προσκείμεθα,
πᾶς δὲ στρατὸς δίπαλτος ἄν
με χειρὶ φονεύοι.
= 423—27 ἐξερῶ μέγ', οἷ-
ον οὔτιν' ἁ Τροία στρατοῦ
δέρχθη χθονὸς μολόντ' ἀπὸ
Ἑλλανίδος· τανῦν δ' ἄτι-
μος ὧδε πρόκειμαι.

In antistropho cum Gleditschio pro οὔτινα scripsimus οὔτιν' ἁ. At remanet corruptela in strophae v. 406, ubi numeri requirunt integrum metrum pro baccheo φίλοι, τοῖσδ', qua iactura etiam sensui aliquid detractum videtur. Nam quod in libris verba significant: *si haec quidem, amici, pereunt* (quod ad belli gloriam amissam plerique volunt pertinere, quia scholiastae interpretatio, qua ad arma Achillis denegata referuntur, parum fulcitur toto sententiarum conexu) *una cum istis*, scil. quae iugulatae iacebant ab Aiace boves armentales, ea lo-

Digitized by Google

cutio prorsus indigna Sophocle iudicanda est. Quare ne Hermanni quidem emendationem probare possum, qui pro τοῖcδ' scribens τοιοῖcδ' ut numerorum sustulit ita verborum reliquit offensionem. Praeter hanc quas Jebbius (Ai. p. 225, 26) congessit emendationes, eae vereor ne nimium a tradita lectione recedant. Tamen verum, opinor, invenit Meklerus, qui pro φίλοι: φίλοιcι proposuit, quod adeo aptum videtur, ut omnino satis sit ad hunc locum restituendum. Itaque sic strophae verba scribenda censeo:

εἰ τὰ μὲν φθίνει,
φίλοιcι τοῖcδ' ὁμοῦ πέλαc,

i. e. *si haec pereunt, simul amicis istis, qui proximi sunt.* Interpretatio verborum τὰ μὲν φθίνει, quae secundum hanc coniecturam non possunt spectare ad ablatam belli gloriam, ex antecedentibus inde a v. 364 repetenda est. Queritur hoc et proximis versibus Aiax, quod occisis pecudibus vitiata sit pristina sua virtus (367). Deinde furorem effundit in eos, a quibus in tantam ignominiam detrusus esse sibi videtur, Ulixem et Atridas; quibus necem precatus (390), suae condicionis memor ipse sibi mortem concupiscit; implorat Tartarum ut se recipiat (395). *Nam,* sic enim pergit, *neque a deis neque ab hominibus dignus sum, quem maneat aliquid adiumenti. Sed Iovis me filia pessumdat. Quo igitur confugiam, ubi consistam?* Sequuntur verba, quorum de interpretatione ambigitur. Atqui fieri omnino nequit, ut duodequadraginta intercedentibus versibus inter ea verba (405) et gloriae perditae mentionem (367) ad hanc illa redeant; quod si voluisset Sophocles, clarius certe rem expressisset. Immo verba τὰ μέν nude sic posita, deficiente ullo substantivo, ad proxima quaeque trahi necesse est. Hoc autem loco ea comprehendunt, quae Aiax deploravit vv. 497—502, quorum haec est summa: *tam deorum quam hominum a se alienatas esse voluntates, qui Minervae ira in perniciem atque contumeliam deiectus sit.* Sed etiam quae mox dicit Aiax, 407 μώραιc δ' ἄγραιc προcκείμεθα, et quae sequuntur huic interpretationi magis favere videntur. Nam in enuntiato illo trimembri 405—09 εἰ τὰ μέν — φονεύοι quod prima posita sunt τὰ μέν, alterae μῶραι ἄγραι, cum ipsis demum μώραιc ἄγραιc factum sit, ut Aiacis gloria bellica perderetur, satis apparet hanc quidem verbis τὰ μέν non posse significari. Itaque probabilior est ea, quam supra dedimus, interpretatio horum verborum, ut quae sint desperantis de deorum aut hominum auxilio umquam sibi futuro, illos vero dudum infestos in se esse certum habet (401. 450 sqq. 455). Huc cum spectet Aiax, non video cur non suo iure metuat, ne eadem amicis suis, choro praesertim, impendeant, quin etiam optime se habere verba φίλοιcι τοῖcδ' ὁμοῦ πέλαc cum chori condicio tum Aiacis mores commonstrant. Ille enim quicumque est per Aiacem est (158, 59), Aiax rursus nititur chori in officiis (161), itaque alterius in altero omnis fortuna sita est, ut chorus Aiacis facinore per castra divulgato

Digitized by Google

in eiusdem cum illo supplicii timore versetur (254, 55). Aiacem autem vel maxime decet ista chori rerum providentia, quem insania modo solutus sic alloquitur amantissime:

349, 50 φίλοι ναυβάται, μόνοι ἐμῶν φίλων,
μόνοι ἔτ' ἐμμένοντες ὀρθῷ νόμῳ.

Neque audiendi sunt, qui vocabulum πέλας iuxta ὁμοῦ positum tamquam inutile condemnant, cum hoc ad tempus referendum sit, illud ad locum neque non ad familiaritatem.

Duo sunt quos supra exscripsimus versus (interruptam enim synaphiam indicat syllaba anceps in stropha et ant.), unus constans ex dochmio anaclomeno et duobus dimetris iambicis[1]), alter ex dimetro eiusdem generis accedente clausula Reiziana, de qua infra dicendum erit. Praecedunt hos versus quinque dochmii (400—04 = 418—22) et ipsi anaclomeni; nisi quod tertius ampliore hac est forma ⏖ ⏑⏑ – – –.[2]) Quos ita voluit diiunctos Sophocles, ut singuli pro se versum conficerent. Ea igitur cum facta sit compositio, non nimium interest in antistropho

423, 24 ἐξερῶ μέγ', οἷ-
ον οὔτιν' ἁ Τροία στρατοῦ

inter dochmium et proximum ordinem iambicum diaeresin omissam esse, nam tres deinceps dimetri iambici in stropha et antistropho mediae diaereseos artificio incisi satis superque ostendunt operam datam esse diaeresi. Neque tamen in quovis ordine iambico idem sibi indulserunt poetae, ut omnes, quorum adhuc vidimus singula metra verborum finibus terminari, dimetri sunt. Trimetros vero, quos constat vel canticis immistos aequali paene diverbiis caesurae necessitati subiectos esse, nisi si crebriores erant solutiones — id quod apud Euripidem invenimus — non facile admiserunt poetae neglecta caesura in tria metra dissecatos. Itaque ne cum dochmiis quidem consociati trimetri carent caesura, ut

Soph. El. 853—57 εἴδομεν ἃ θρόεις.
— μή μέ νυν μηκέτι παραγάγῃς,
ἵν' οὐ — τί φῄς; — πάρεισιν ἐλπίδων ἔτι.
= 864—68 ἄσκοπος ἁ λώβα.
— πῶς γὰρ οὔκ; εἰ ξένος ἄτερ ἐμᾶν
χερῶν — παπαῖ. — κέκευθεν, οὔτε του
τάφου.

---

1) De dochmio anaclomeno iambis praemisso cf. Aesch. Prom. 582, 83 = 603, 04. Eur. Alc. 218, 19 = 231, 32. Med. 155, 56 = 180, 81. Or. 993, 94.

2) Kaibel, El. p. 147. Quem tamen ordinem specie magis decepti dochmiis accensemus quam quod de natura eius constet. De quo et similibus quibusdam formis ubi primum tempus erit disputare nobis in animo est.

Digitized by Google

Numeri sunt dochmius, creticus, dochmius, trimeter iambicus, quem proximis synaphiae artificio adglutinatum esse nemo, opinor, infitiabitur. In reliquis autem cum Sophocles diligentissime observaverit diaeresin, ipsum trimetrum una caesura hephtem. incidi voluisse videtur.

Pariter cum antecedit trimeter, sequuntur dochmii, ad eandem diverbiorum normam fit illius structura, ut

Eur. Or. 1489, 90 νεκροὶ δ' ἔπιπτον, οἳ δ' ἔμελλον, οἳ δ' ἔκειντ'.
ἔμολε δ' ἁ τάλαιν' Ἑρμιόνα δόμους,

ubi trimetro adhibita est caesura penthem.

Quod discrimen intercedens inter dimetros et trimetros commode illustratur versibus

Soph. El. 1387—90 μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων ἄφυκτοι κύνες,
ὥστ' οὐ μακρὰν ἔτ' ἀμμενεῖ
τοὐμὸν φρενῶν ὄνειρον αἰωρούμενον.
= 1394—97 νεακόνητον αἷμα χειροῖν ἔχων· ὁ Μαίας δὲ παῖς
Ἑρμῆς σφ' ἄγει δόλον σκότῳ
κρύψας πρὸς αὐτὸ τέρμα κοὐκέτ' ἀμμένει.

Prior versus est trimeter dochmiacus syllaba ancipiti a proximis diremptus; sequuntur duo ordines iambici, unus dimeter alter trimeter. Et dochmii praeter primum in ant. νεακόνητον αἷ- μα omnes exeunte vocabulo terminati sunt, pariter iambici dimetri prius metrum ab altero; at trimeter in stropha habet caesuram hephthem., in antistropho penthem., nullo relicto inter singula metra diaereseos vestigio. Quapropter verisimile est ex antecedentibus dochmiis in dimetrum ordinem translatam esse diaeresin, cum in trimetro integra caesura observari deberet.

Ex dochmiis in iambos continuatam diaeresin apud Euripidem comprobat

Ion. 690—94 ἄτοπος ἄτοπα γὰρ παραδίδωσί μοι τάδε θεοῦ φήμα.
ἔχει δόλον τύχαν θ' ὁ παῖς
ἄλλων τραφεὶς ἐξ αἱμάτων.
τίς οὐ τάδε ξυνοίσεται;

Scripsimus ex Nauckii coniectura τάδε θεοῦ φήμα pro τόδε τ' εὔφημα. Prior versus, ut in iis, quae supra ex Soph. Electra attulimus, ex tribus dochmiis compositus est, quorum singulos diaeresis concludit; ea in tribus qui sequuntur dimetris iambicis ita servata est, ut prius ab altero metro vocabuli terminatione seiungatur, quo eadem horum ordinum evasit structura, quam Soph. Ai. 406—08 = 424—26 deprehendimus. Antistrophus in magna clade verborum

Digitized by Google

idem diaereseos studium ostendit; quae servata sunt sic fere distribuenda opinor:

708—12 πυρὶ καθαγνίcαc· τὸ δ' ἐμὸν εἴcεται ⏑ ⏖ – ⏑̄ –
τυραννίδοc φίλα ⏑ –
ἢ δὴ πέλαc δείπνων κυρεῖ
παῖc καὶ πατὴρ νέοc νέων.

In quo nihil nisi cum Seidlero πελάcαc v. 711 in πέλαc mutavimus, numeris aeque ac sensu postulatum. Desiderari autem existimamus dochmium post τὸ δ' ἐμὸν εἴcεται et post φίλα dimidium iambici metri. Sed agitur de sententia, quae fuerit verborum 709, 10. Suspicari aliquid licet ex vv. 704—07, quibus postquam chorus gravissime invectus est in Xuthum, quod dominam suam deceperit, proximis verbis se ipsum in fide mansurum commode potuit affirmare, ut sic fere interpretandum esse videatur: *meum vero animum fidelem* (748 δούλευμα πιcτόν) *sciet in veterem* (ἀρχαίαc suppl. Hermann) *dominatum era carissima*. Neque tamen habeo ex hac interpretatione quae verba substituam; quod qui temptabit, diaeresin — id autem metrica subicit adiumentum — iis quos supra diximus locis intermittendam curabit, cuius rei non ab omnibus sicut debuit rationem habitam esse video.

Eur. Phoen. 1291—93 ὁμογενῆ δέραν, ὁμογενῆ ψυχὰν
δι' ἀcπίδων, δι' αἱμάτων;
τάλαιν' ἐγὼ τάλαινα.
= 1303—05 μελομέναν νεκροῖc δάκρυcι θρηνήcω.
cχεδὸν τύχα πέλαc φόνου·
κρινεῖ ξίφοc τὸ μέλλον.

Versus compositus est ut Aesch. Sept. 402—04 = 437—39 (p. 334) ex dimetro dochmiaco et duobus dimetris iambicis; horum alter apud Aesch. a cretico, apud Eur. ab integro metro incipit. Ceterum diaereses tota via consentiunt; apud Euripidem per omnes tres strophae ordines etiam anaphorae artificio insigniuntur.

Hos locos invenimus, ubi studio quodam terminationes verborum inter singula metra interpositae sunt. Fateor haud ita magnum esse numerum, sed quaesitam esse diaeresin duo suppetunt indicia, unum, quod in dimetris est ea res, alterum, quod in dochmiorum plerumque vicinia, qui si quod aliud genus illi consuetudini morigerantur.

Subiungimus integra metra caesurae vinculo colligata; ubi non opus est trimetros cumulare quicumque post priorem alterius metri thesin incisi caesuram penthem. prae se ferunt, quippe quae tam familiaris sit trimetris, ut hoc non iam peculiare incisionum genus agnosci debeat. Nec, quantum videtur, exculta fuit trimetri forma,

Digitized by Google

in qua simul post alterius simul post tertii metri priorem thesin caesura intercedit, ut versui

Soph. Trach. 207 ὁ μελλόνυμφος, ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων

caesuram penthem. facile concedemus, post tertii metri priorem thesin casu factam esse verbi terminationem arbitrabimur. Detractis trimetris admodum pauca relinquuntur, ubi inter singula metra caesurae artificium factum sit; eius generis per plures ordines propagati unum extat — quantum equidem vidi — exemplum, id tamen, quod pondere suo plurium instar sit,

Soph. OR. 889—96 εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως
καὶ τῶν ἀσέπτων ἔρξεται
ἢ τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματᾴζων.
τίς ἔτι ποτ' ἐν τοῖσδ' ἀνὴρ θυμῷ βέλη
εὔξεται ψυχᾶς ἀμύνειν; εἰ γὰρ αἱ
τοιαίδε πράξεις τίμιαι,
τί δεῖ με χορεύειν;
= 903—10 ἀλλ' ὦ κρατύνων, εἴπερ ὄρθ' ἀκούεις,
Ζεῦ, πάντ' ἀνάσσων, μὴ λάθοι
σὲ τάν τε σὰν ἀθάνατον αἰὲν ἀρχάν.
φθίνοντα γὰρ Λαΐου ⏓ – ⏑ –
θέσφατ' ἐξαιροῦσιν ἤδη, κοὐδαμοῦ
τιμαῖς Ἀπόλλων ἐμφανής·
ἔρρει δὲ τὰ θεῖα.

Verba 892, 93 sicut in libris leguntur graviter corrupta sunt; de reliquis ne praeproperam suspicionem moveamus, verbum ἔρξεται id, pro quo nos cum Musgravio εὔξεται scripsimus (893), etsi defendi videtur priore scholiastae Laurent. interpretatione, plerique consentiunt abominandum esse. Nam infinitivus ἀμύνειν in hac enuntiati structura eget verbo finito ad quod referatur, neque immerito, credo, omnes amplexi sunt Musgravii εὔξεται, quod perfacile potuit depravari in ἔρξεται propter idem verbum 890, et ad sensum optime se accommodat. Verba ἐν τοῖσδ' 892 eodem spectant quo paulo infra αἱ τοιαίδε πράξεις, i. e. ad deorum religionem ludibrio ab Iocasta habitam. De interpretandis θυμῷ βέλη dissentire video homines doctos. Pars enim, θυμῷ in θυμοῦ mutantes sic voluerunt intellectum[1]): *quisnam est, qui in tam nefasta incuria iram velit coercere ac reprimere?* scil. *in Iocastam.* Alii missa lectione θυμῷ cum Hermanno scripserunt θεῶν βέλη, i. e. *quisnam talia committens deorum iram sese effugere posse gloriabitur?* Quae coniectura ipsa quoque veteribus ac probatis testimoniis nititur, siquidem altera est scholiastae Laurent. interpretatio: τίς ἂν ἀπελάσειεν αὐτοῦ τὴν τιμωρίαν τοιαῦτα πράσσων; et codex Paris. A, qui numeratur

1) Ritter, König Oedipus p. 203.

Digitized by Google

inter principalia subsidia emendationis Sophocleae, super θυμῷ βέλη scriptum habet τὴν θείαν δίκην. Nos in neutram partem rem diiudicantes unam quae explorata videtur Musgravianam correctionem εὔξεται recepimus. In antistrophi eodem loco quo in stropha θυμῷ βέλη numeri ostendunt integri metri lacunam, qua de explenda, quoniam sensui nihil deest, dubitare possis. Sed haud inepte Arndtius proposuit παλαίφατα, commendatum etiam memoria Laurentiani, qui in margine παλαιά exhibet, lacunae signo post Λαΐου posito.

Discripsimus quinque versus partim catalexi finali partim hiatu sive ancipiti syllaba ducti; quorum quattuor priores ex singulis ordinibus constant, primus, tertius, quartus trimetro, alter dimetro. Quintum versum tres conficiunt ordines diaeresi quisque definiti, trimeter, dimeter, clausula Reiziana, eadem, quae obvenit Ai. 409 = 427. Gravissimum quoddam hoc iamborum genus conspicitur propter longas theses tanto studio observatas, ut vel antecedente cretico 894 = 908 quod sequitur integrum metrum longam in initio habeat, quae res perquam est rara in hac compositione. Ad productas theses alterum accedit non minus singulare, quod per cunctos hos ordines, ubi integra metra inter se concurrunt, caesura est post alterius priorem thesin, praeter unum antistrophi v. 905, ubi paronomasiae figura uno metro comprehensa caesurae intermittendae obstitit, cf. p. 256. V. 894 = 908 etiam interpunctione caesura significatur, quo decepti plerique hoc loco versus terminatione posita in trochaicum numerum omnia converterunt, hos ordines esse arbitrati:

εὔξεται ψυχᾶς ἀμύνειν;
εἰ γὰρ αἱ τοιαίδε πράξεις τίμιαι.
= θέσφατ' ἐξαιροῦσιν ἤδη,
κοὐδαμοῦ τιμαῖς Ἀπόλλων ἐμφανής.

Soph. OC. 1077, 78 τᾶν δεινὰ τλασᾶν, δεινὰ δ' εὐ-
ρουσᾶν πρὸς αὐθαίμων πάθη.
= 1088, 89 σθένει 'πινικείῳ τὸν εὔ-
αγρον τελειῶσαι λόχον.

1078 αὐθαίμων scripsit Bothius pro αὐθομαίμων, 1088, ubi libri tradunt ἐπινικείῳ σθένει, transpositis iis verbis Hermannus numeros restituit. His iambis primum ea similitudo est cum istis ex Oedipo Rege, quod excepto primo antistrophi metro ab longa thesi incipiunt; iidem vero suum in modum colligati sunt, primum enim et alterum strophae metrum sicut in OR., in reliquis, congruentibus stropha et antistr., caesura cadit post subsequentis metri priorem arsin. Tam artificiosa enim compositio dubitari non potest quin ad certum caesurae genus referenda sit.

Soph. OR. 864 εὔσεπτον ἁγνείαν λόγων
= 874 πολλῶν ὑπερπλησθῇ μάταν.

Utrumque huius ordinis metrum longa thesi insignitur, verbi fit

Digitized by Google

terminatio eadem, quam superare invenimus OC. 1077, 78 = 1088, 89. Veram etiam in ordine OR. 864 = 874 caesuram esse agnoscet qui consideraverit, quam diligenter in reliquis metris v. 863, 64 = 873, 74 caesura observata sit, id quod infra videbimus.

Apud Euripidem paucula sunt eius modi, et ob id ipsum minus perspicua est caesura. Sed ea tam prope accedunt ad Sophoclem, ut praeteriri non posse videantur. Dimeter est eadem, qua OR. 864 = 874, forma

IphT. 1253, 54 τρίποδί τ' ἐν χρυσέῳ
θάσσεις, ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ.
= 1278, 79 ἀπὸ δὲ λαθοσύναν
νυκτωπὸν ἐξεῖλεν βροτῶν.

Prior ordo aeolici generis est *Maecenas atavis* soluta basi; alter dimeter iambicus[1]), cuius utrumque metrum ab longa thesi incipit, in eoque vocabulum finitur post alterius priorem arsin tam in stropha quam in antistropho.

Ac nescio quo pacto conspirare videntur producta thesis et caesura, hanc quidem suspicionem movet

Suppl. 606, 07 κτύποι φανήσονται, τάλαινα, τίνα λόγον, τίν' ἂν τῶνδ'.
= 615, 16 κακῶν τ' ἀναψυχὰς θεοὶ βροτοῖς νέμουσι, πάντων,

ubi cum reliquorum breves sint theses priores, alterum metrum ab longa initium capit in stropha et antistr.; simul post priorem eius arsin gravissime incidit vocabuli terminatio. Quas duas res temere convolasse haud facile quisquam sibi persuadebit.

Deinde caesura locum habuit in solutis metris, sed una fuit post alterius priorem thesin. Quam caesuram diximus non sic velimus intellectam, tamquam in talibus ordinibus ea, quae passim est post solutas arses, diaeresis (p. 271 sqq.) propter necessitatem quandam verborum non potuerit fieri (quam ob causam in dochmiis solutis interdum omissa esse videtur, cf. p. 296), sed, ut alii loci sunt, ubi solutionem diaeresis sequitur, ita alii, in quibus caesura quaesita est. In quo tantum rursus discriminis oboritur inter dimetros et trimetros, quantum in insolutis his ordinibus supra invenimus. Nam sicut omnino dimetris non propria erat certa caesura, contra trimetris adeo, ut paene nusquam deesset, ita soluto initiali metro dimetri permulti praebent diaeresin (p. 271 sqq.), trimetri nisi solutionum abundantia aliquantum a vulgari forma recedebant, caesura non poterant carere (p. 336). Re sic constituta primo loco collocabimus trimetros post solutum metrum initiale iusta caesura temperatos; caesura autem

1) Sic etiam compositus est Hipp. 530, 31 = 540, 41. Ubi tamen alterum dimetri metrum a brevi incipit, neque caesurae species servata est.

Digitized by Google

plerumque est ea, quae per totum trimetrorum genus latissime patet, penthem., ut

Aesch. Suppl. 104, 05 τοιαῦτα πάθεα μέλεα θρεομένα δ' ἐγὼ
λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ.
= 113, 14 θεοῖς δ' ἐναγέα τέλεα πελομένων
καλῶς
ἐπίδρομ' ὁπόθι θάνατος ἐπῇ.

Subiecimus eum, qui statim sequitur, dimetrum ordinem soluto priore metro, quo magis perspiceretur quod differre diximus inter dimetrum et trimetrum. In trimetro enim ordine 104 = 113 uno vocabulo cohaerent soluta primi metri arsis posterior et proxima thesis, factaque est caesura penthem., dimetri 105 = 114 in initio diaeresis duos tribreves terminans prius metrum solutum et medium secat et ab altero diiungit.

Soph. Ant. 588 Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς.
= 600 ῥίζας ὃ τέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις.

Eodem iure tenetur trimeter catalecticus, ut

El. 164 ὅν γ' ἐγὼ ἀκάματα προσμένουσ' ἄτεκνος.
= 185 ἀλλ' ἐμὲ μὲν ὁ πολὺς ἀπολέλοιπεν ἤδη.

164 ὅν γ' ἐγὼ ἀκάματα scripsimus ex Hermanni emendatione pro ὃν ἔγωγ' L. Sed hac ex coniectura necesse est Sophocli vindicemus libertatem in iambica compositione vocalis corripiendae longae finalis cum proximum verbum incipit a vocali, cf. Kaibel, El. p. 97.

Trach. 824 ὅ τ' ἔλακεν, ὁπότε τελεόμηνος ἐκφέροι
δωδέκατος ἄροτος, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων.
= 834 ὃν τέκετο θάνατος, ἔτεκε δ' αἰόλος δράκων,
πῶς ὅδ' ἂν ἀέλιον ἕτερον ἢ τανῦν ἴδοι.
Eur. Andr. 1032 μαντόσυνον, ὅτε νιν Ἀργόθεν πορευθείς.
= 1042 δύσφρονες ἐπέπεσον, οὐ φίλοισι, λῦπαι.
El. 1183 διὰ πυρὸς ἔμολον ἁ τάλαινα ματρὶ τᾷδ'.
1209 τιθεῖσα γόνατα μέλεα; τακόμαν δ' ἐγώ.
Hec. 642 ὀλέθριον ἔμολε συμφορά τ' ἀπ' ἄλλων.

In stropha, quoniam primum metrum exeunte vocabulo finitur, caesura hephthem. iniecta est,

= 634 ἐτάμεθ', ἅλιον ἐπ' οἶδμα ναυστολήσων,

etsi verbum desinit etiam post alterius metri priorem thesin.

656 δίαιμον ὄνυχα τιθεμένα σπαραγμοῖς.
950 ἂν μήτε πέλαγος ἅλιον ἀπαγάγοι πάλιν.
Hel. 1117 ὅτ' ἔμολεν ἔμολε, πεδία βαρβάρῳ πλάτᾳ
ὃς ἔδραμε ῥόθια, μέλεα Πριαμίδαις ἄγων.

Digitized by Google

= 1132 ἀλίμενα δ' ὄρεα μέλεα, βαρβάρου cτολᾶc
ὅτ' ἔcυτο πατρίδοc ἀποπρὸ χειμάτων πνοᾷ.

Versus mira arte conditi, qui binis in str. et ant. caesuris ornati sunt, et penthem. et hephtem., tam aequali verborum collocatione, ut in unoquoque proceleusmaticus tribrevis tribrevis sese excipiant.

1162 τείχεα δὲ φλογερὸc ὥcτε Διὸc ἐπέcυτο φλόξ.

Huic versui qui respondet in stropha, eum libri tradunt vitio laborantem,

= 1148 ἄδικοc προδότιc ἄπιcτοc ἄθεοc· οὐδ' ἔχω,

ea enim maior videtur esse canticorum severitas, quod anapaestus ne in prima quidem trimetri sede conceditur. Itaque transpositis verbis ἄδικοc et προδότιc ἄπιcτοc sic malim scribere cum Hermanno:

προδότιc ἄπιcτοc ἄδικοc ἄθεοc· οὐδ' ἔχω,

qua emendatione praeter sublatam difficultatem metricam etiam caesura penthem. restituitur. Immo verborum is, quem dedimus, ordo haud scio an aptior sit ad usum Euripidis et aliorum, ut qui ament verba, quae figuram faciunt, confinia inter se ponere, ut

Aesch. Agam. 736 δαίμονά τε τὰν ἄμαχον ἀπόλεμον ἀνίερον.
Choeph. 50 cέβαc δ' ἄμαχον ἀδάματον ἀπόλεμον τὸ πρίν.
Soph. Ant. 876 ἄκλαυτοc ἄφιλοc ἀνυμέναιοc ταλαίφρων ἄγομαι.
OC. 130 ἀδέρκτωc ἀφώνωc ἀλόγωc τὸ τᾶc.
Eur. Andr. 491 ἄθεοc ἄνομοc ἄχαριc ὁ φόνοc· ἔτι cε, πότνια.
Bacch. 995 τὸν ἄθεον ἄνομον ἄδικον Ἐχίονοc.
IphT. 220 ἄγαμοc ἄτεκνοc ἄπολιc ἄφιλοc.
Or. 310 ἀνάδελφοc ἀπάτωρ ἄφιλοc; εἰ δὲ cοὶ δοκεῖ.

Sed in viam redeamus; post solutum igitur primum metrum caesura penthem. est

Her. 109 ἔρειcμα θέμενοc, ἐcτάλην ἰηλέμων.

In antistropho gravissima corruptela numeri pariter ac verba depravata sunt, Weckleinius quidem hanc affert librorum lectionem:

= 121 λέπαc ζυγηφόρον πῶλον ἀνέντεc ὡc
βάροc φέρον τροχηλάτοιο πώλου,

quae ad sananda plurimum contulit Nauckius, qui et ζυγοφόροc restituit et ἅρματοc et πῶλοc. Idem suo iure verba πῶλον ἀνέντεc ὡc in suspicionem vocavit, quamquam quod nihil substitui voluit ultra modum progressus, nam quae ex hac coniectura delenda sunt strophae verba ὥcτε πολιόc vix dici potest, quantopere ad sensum quadrent. Eo autem usque pristina verba recuperata esse videntur,

Digitized by

ut appareat chorum eas, quibus ipse laborat, in aedes Amphitryonis ascendendi molestias pares ponere equo plaustri onus sustinenti. Quae comparatio simillime expressa est quam ea, quae fit in eodem strophae loco:

ἔρειcμα θέμενος, ἐcτάλην ἰηλέμων
γέρων ἀοιδὸς ὥcτε πολιὸς ὄρνις,

ubi γέρων debetur Nauckii emendationi pro γόων. Quapropter ad ipsum sensum sic conformanda esse antistrophi verba apparet: μὴ πόδα κάμητε . . . ὥcτε πῶλος . . . ἅρματος βάρος φέρων πρὸς πετραῖον λέπας, ut non opus esse videatur verbo finito ad comparationem stabiliendam, id quod voluit Wilamowitzius, qui ἔκαμε supplevit. In corruptis autem verbis cum vix aliud latere possit, quam quo depingatur molestia illa, valde probabilis est eiusdem coniectura, qua pro ἀνέντες scripsit ἄναντες. Deest ad numeros reficiendos alterius metri prior arsis, in qua quaenam vocula collocari possit nihil certi habemus. Wilamowitzius sic scripsit:

λέπας ζυγοφόρος ἔκαμ' ἄναντες ἅρματος
βάρος φέρων τροχηλάτοιο πῶλος.

Her. 779 νόμον παρέμενος, ἀνομίᾳ χάριν διδούς.

In stropha, ubi altera primi metri arsis ut Hec. 634 in integrum verbum desinit, caesura hephthem. intermissa est,

= 770 κρατεῖ, λιμένα λιπὼν γε τὸν Ἀχερόντιον.
IphA. 1487 ὦ πότνια πότνια μᾶτερ, ὡς δάκρυά γέ coι.
Or. 986 ὃς ἔτεκεν ἔτεκε γενέτορας ἐμέθεν δόμων.
1495 ἐγένετο διαπρὸ δωμάτων ἄφαντος.
Phoen. 1737 ποθεινὰ δάκρυα παρὰ φίλαιcι παρθένοις.
Troad. 1085 ἄθαπτος ἄνυδρος, ἐμὲ δὲ πόντιον cκάφος.
= 1102 δίπαλτον ἱερὸν ἀνὰ μέσον πλάταν πέσοι.
1303 ὦ τέκεα, κλύετε, μάθετε ματρὸς αὐδάν.
= 1318 τὰν φόνιον ἔχετε φλόγα δορός τε λόγχαν.

Denique in hoc genere numerari velim versum

Troad. 1310 ἀγόμεθα φερόμεθ' — ἄλγος ἄλγος βοᾷς.
= 1325 ἐμάθετ' ἐκλύετε; — Περγάμων ὁ κτύπος,

qui suppressa tertii metri priore thesi, in caesura penthem. cum vulgaribus trimetris consentit.

Qui omnes trimetri ad diverbiorum morem iusta caesura devincti sunt; et ea quidem maxima est pars, nam praeter hos pauci admodum extant, qui propriam quandam structuram, eamque a diverbiis alienam habent. Quorum de vv. Eur. Andr. 484 = 491, Ion. 122 = 138, Troad. 1313, ubi propter solutas per totum ordinem arses singula metra diaeresi finiuntur, p. 273 explicavimus. Alius generis est trimeter

Digitized by Google

Aesch. Agam. 736 δαίμονά τε τὰν ἄμαχον ἀπόλεμον ἀνίερον.
= 743 ὄμμασι λιποῦς' ὅσια προςέβα τοῦ
δύναμιν οὐ ςέβουσα πλούτου.

In stropha τόν Hermannus mutavit in τάν, in antistropho paulo difficilior ad sanandum est corruptela. Sed articulus τοῦ, qui hoc loco non potest referri nisi ad πλούτου, tam incommode collocatus est, tam denique inutilis, ut eum quidem delendum esse plerique consentiant. Itaque Hermannus pro προςέβα τοῦ proposuit προςέμολε, alii προςέςυτο, quorum tamen utroque aptius fortasse est ad reliquam locutionem verbum προςέβαλε, i. e. *attendit.* Nam cum chorus praegressis verbis iustitiam ea, quae reformidet, dixerit παλιντρόποις ὄμμασι λιποῦσαν, quid probabilius quam transeuntem eum ad ὅσια, quae diligit iustitia, ad id ipsum significandum contraria notione uti? Ea autem vis est verbi προςβάλλειν, in hoc praesertim conexu, ubi quivis facile intelleget τὰ ὄμματα, ut παλιντρόποις et προςέβαλε alterum alteri opponi videatur. Eodem attendendi sensu usurpatum est verbum προςβάλλειν

Soph. Trach. 580 χιτῶνα τόνδ' ἔβαψα, προςβαλοῦς' ὅςα
ζῶν κεῖνος εἶπε.

841 sqq.: ὧν ἅ τλάμων . . . τὰ μὲν οὔτι προςέβαλε, quem ad locum scholiasta: οὐκ ἔγνω, οὐ ςυνῆκεν. Ubi quaecumque verbi προςέβαλε facta est mutatio e falsa interpretatione enata videtur.

Iam sic credo restitutum v. Agam. 743:

ὄμμασι λιποῦς' ὅσια προςέβαλε δύναμιν οὐ.

In hoc trimetro longa est prima thesis, reliquae breves, ut

Aesch. Suppl. 572 αὐτὸς ὁ πατὴρ φυτουργὸς αὐτόχειρ ἄναξ
= 577 οὔτινος ἄνωθεν ἡμένου ςέβει κάτω,

ubi in stropha αὐτὸς ὁ, quod in cod. Med. excidit, ex scholiis suppletum est ab Heimsoethio. In Agamemnonis versu 736 = 743 solutae sunt initialis metri prior arsis, alterius utraque, tertii prior. Diaeresis est inter primum metrum et alterum, sed noluit Aeschylus alterum simul a tertio disterminari, itaque vel in tanto solutionum numero colliganda ea curavit interiecto caesurae artificio post tertii metri priorem thesin.

Haud dissimilis est compositio

Choeph. 40 τοιάνδε χάριν ἀχάριτον ἀπότροπον κακῶν.
= 50 ςέβας δ' ἄμαχον ἀδάματον ἀπόλεμον τὸ πρίν.

Solutae sunt primi metri altera arsis, utraque sequentis, tertium insolutum relictum est. Et primum quidem metrum diaeresi definitur, progrediente autem ordine non solum alterum et tertium communi

Digitized by Google

vocabulo coniunguntur, sed etiam efficitur caesura hephthem. eo, quod alterum metrum a verbo quattuor brevium incipit.

Prom. 164 τεοῖcι, δίχα γε Διόc; ὁ δ' ἐπικότωc ἀεί.
= 184 ἐμὰc δὲ φρέναc ἐρέθιcε διάτοροc φόβοc.

Solutum primum metrum in stropha et antistropho in integrum verbum exit, ita tamen, ut in antistr., succedente voce enclitica γέ, ad irritum paene cadat diaeresis; sed licet concedamus voluisse Aeschylum eam fieri, in reliquis certe nulla iam comparet. Hactenus de trimetris solutis.

Videndum deinceps est de dimetris, qui quidem solutis prioribus metris et ipsi saepius caesuram penthem. intermissam habent, ut

Aesch. Eum. 161 βαρὺ τὸ περίβαρυ κρύοc ἔχειν.
= 168 βλοcυρὸν ἀρόμενον ἄγοc ἔχειν.
381 ἄτιμ' ἀτίετα διέπομεν.
= 389 δοθέντα τέλεον; ἔπι δέ μοι,

ubi διέπομεν 381 ex διόμεναι restituit Heathius.

Suppl. 131 ἄγαμον ἀδάματον ἐκφυγεῖν.
Soph. OR. 168 ὤ πόποι, ἀνάριθμα γὰρ φέρω
πήματα· νοcεῖ δέ μοι πρόπαc.
= 178 ὧν πόλιc ἀνάριθμοc ὄλλυται·
νηλέα δὲ γένεθλα πρὸc πέδῳ.

Duo sunt dimetri coniuncti, qui praeclare ostendunt peculiarem caesurae rationem in solutis metris valere. Nam prior ordo, soluta altera arsi in stropha et antistropho, utrubique caesura penthem. incisus est; in altero ordine, cuius insoluta est altera arsis in stropha, soluta in antistr., illic omissa est caesura, hic pari studio observata. Cui rei simillimam quandam infra notabimus.

Eur. El. 1186 ἄλαcτα μέλεα καὶ πέρα.
= 1203 φρονεῖc γὰρ ὅcια νῦν, τότ' οὐ.
Hec. 923 ἐγὼ δὲ πλόκαμον ἀναδέτοιc.
= 933 λέχη δὲ φίλια μονόπεπλοc.

In eodem cantico paulo post ordo est dimeter, ubi inter prius metrum solutum et alterum diaeresis existit in str. et ant.,

928 ἀνὰ δὲ κέλαδοc ἔμολε πόλιν.
= 938 τὸν ἐμὸν ἅλιον ἐπὶ πέλαγοc,

quo manifestum est tam caesuram quam diaeresin ex certo artificio manavisse.

Hel. 1308 κρόταλα δὲ Βρόμια διαπρύcιον
ἱέντα κέλαδον ἀνεβόα.
= 1326 πέτρινα κατὰ δρία πολυνιφέα·
βροτοῖcι δ' ἄχλοα πεδία γᾶc

Digitized by Google

Her. 114 ὦ τέκεα τέκεα πατρὸς ἀπάτορ'.
= 127 ᾧ ξύνοπλα δόρατα νέα νέῳ,

vv. 127 et 126, qui inverso ordine libris traduntur, in suas sedes rettulit Musgravius.

Phoen. 1716 γενόμεθα γενόμεθ' ἄθλιοι.
Suppl. 1156 ἀέρι φερόμενον οἴχεται.
= 1162 στυγνότατον· ἔθιγέ μου φρενῶν.
Troad. 553 τότ' ἀμφὶ μέλαθρα παρθένον.
557 βρέφη δὲ φίλια περὶ πέπλους.
1067 χιόνι κατάρυτα ποταμίᾳ
τέρμονά τε πρωτόβολον ἕῳ.
= 1078 οὐράνιον ἕδρανον ἐπιβεβὼς
αἰθέρα τε πόλεος ὀλομένας.

In stropha 1068 ἕῳ scripsimus ex Wilamowitzii emendatione pro ἁλίῳ. Horum ordinum compositio quantopere aequiperet iis, quos ex Oedipo Rege supra attulimus, nemo non videt; neque opus est ut verbum adiciamus ad eam explicandam, nam cum etiam ex his Troadum ordinibus ii tantum caesuram expressam habeant, quorum prius metrum desinit in solutam arsin (1067. 1078. 1079), is vero, cuius in insolutam (1068), ne caesurae quidem particeps sit, apparet ipsa solutione duobus his locis, Oedipi Regis et Troadum, partam esse caesuram, neque ad insoluta metra eam pertinere.

Adhuc dum disputamus de caesura post solutum metrum intercedente, ad id unum intenti nihil quaesivimus de subsequente metro, solutumne sit an insolutum. In quo tamen aliquid est, quod, ut mea fert opinio, silentio praeteriri non oporteat. Spectat haec res, sicut par est cum agitur de altero metro adnectendo, ad priorem eius arsin. Ea enim si insoluta relinquebatur, diaeresis poterat fieri, ut

Aesch. Choeph. 28 λακίδες ἔφλαδον ὑπ' ἄλγεσιν.
= 37 θεόθεν ἔλακον ὑπέγγυοι,

aut caesura post priorem ipsius thesin, ut

Eur. Suppl. 1156 ἀέρι φερόμενον οἴχεται.
= 1162 στυγνότατον· ἔθιγέ μου φρενῶν,

sed non omnino debebat altera utra intercedere, ut

Aesch. Agam. 207 ἄναγνον ἀνίερον, τόθεν.
= 217 ἔθεντο φιλόμαχοι βραβῆς.

At si et ipsa soluta erat ea arsis, ita, ut duorum concurrentium metrorum solutiones se exciperent, nihil omnino poterat intercedere nisi aut diaeresis aut ea, quam supra diximus caesura; illa, ut

Aesch. Suppl. 105 λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ.
= 114 ἐπίδρομ', ὁπόθι θάνατος ἐπῇ,

Digitized by Google

haec, ut

Eur. Troad. 1067 χιόνι κατάρυτα ποταμίᾳ.
= 1078 οὐράνιον ἕδρανον ἐπιβεβώς.

Quapropter, ut exemplo huius rei indolem illustremus,

Aesch. Choeph. 40 τοιάνδε χάριν ἀχάριτον ἀπότροπον κακῶν

verbum colligans solutum alterum et insolutum tertium metrum continuari potuit usque ad priorem huius arsin, at

Agam. 736 δαίμονά τε τὰν ἄμαχον ἀπόλεμον ἀνίερον,

ubi soluta est prior tertii metri arsis, ultra priorem thesin verbum progredi non potuit. Hanc contra legem revera non facit versus

Eur. Troad. 520, 21 βρέμοντα χρυσεοφάλαρον ἔνοπλον ἐν πύλαις Ἀχαιοί,

nam post alterius metri priorem thesin intercedit verbi compositi χρυσεοφάλαρον commissura, qualem in lyricis utriusque incisionis loco fieri posse dudum cognovimus. Itaque caesuram ponimus inter primum et alterum sicut inter alterum et tertium metrum; qua cum compage optime consentit ant.,

= 540, 41 λάϊνα δάπεδά τε φόνια πατρίδι Παλλάδος θέσαν θεᾶς,

unde sequitur de industria hoc caesurae genus immissum esse. Diaeresis et caesura intra unum ordinem sunt

Aesch. Prom. 902 ἀπόλεμος ὅδε γ' ὁ πόλεμος, ἄπορα πόριμος· οὐδ' ἔχω τίς ἄν,

primum enim inter et alterum metrum diaeresis, inter alterum et tertium caesura cadit; quamquam is est verborum ordo, ut etiam primum et alterum metrum ad caesuram revocari possint, quod haud inepte fieri tota huius ordinis compositio testificatur.

Sed diaereseos quae extant exempla inter soluta metra intercedentis cum p. 271 sqq. congesta sint, ad eam, quam supra statuimus legem confirmandam restare videtur, ut reliquos locos afferamus, ubi in solutis metris post alterius cuiusque priorem thesin caesura facta est. In quibus duo sunt Sophoclei

Ant. 876 ἄκλαυτος ἄφιλος ἀνυμέναι-ος.
Trach. 649 χρόνον, πελάγιον, ἴδριες οὐδ-έν.

Praeterea Euripidei

El. 1178 βροτῶν, ἴδετε τάδ' ἔργα φόνια μυσαρά, δίγονα σώματ' ἐν,

ubi inter metra soluta alterum et tertium caesura intermittitur;

Digitized by Google

eadem — ne quid omittamus, quod huc pertinere videatur — etiam per reliquum ordinem patet, ac vel inter primum et alterum metrum, ubi, vocabuli terminatione intercedente post alteram arsin, proximum est monosyllabum, caesuram malimus quam diaeresin agnoscere, praesertim cui normae antistrophus conveniat, quae sic habet:

= 1191 ἄφαντα φανερὰ δ' ἐξέπραξας ἄχεα, φόνια δ' ὤπασας.
IphA. 1477 στέφεα περίβολα δίδοτε, φέρετε· πλόκαμος ὅδε καταστέφειν.
Phoen. 1710 ἴθ' εἰς φυγὰν τάλαιναν· ὄρεγε χέρα φίλαν,

quo in trimetro, solutis alterius metri posteriore arsi tertii priore, caesura posita est post tertii priorem thesin.

Phoen. 1751 ἴθ' ἀλλὰ Βρόμιος ἵνα τε σηκὸς ἄβατος ὄρεσι μαινάδων.

Soluta sunt primum et alterum metrum, eaque caesurae artificio coniuncta; idem simul inter reliqua metra cadit, quo fit, ut huius versus compositio similis evadat Electrae 1178 = 1191, si detraxeris solutiones, quae quidem non ab omni parte congruunt.

Troad. 316 γόοισι τὸν θανόντα πατέρα πατρίδα τε,

inter alterum et tertium metrum caesura est ut Phoen. 1710; neque eam postulavit antistrophus, ubi insoluta est tertii metri prior arsis,

= 333 ἕλισσε τᾷδ' ἐκεῖσε μετ' ἐμέθεν ποδῶν.
835 βεβᾶσι· σὺ δὲ πρόσωπα νεαρὰ χάρισι παρὰ Διὸς θρόνοις.
= 855 ὃν ἀστέρων τέθριππος ἔλαβε χρύσεος ὄχος ἀναρπάσας,

ubi inter soluta metra alterum et tertium caesura intercedit.

1315 μέλας γὰρ ὄσσε κατεκάλυ-
ψε θάνατος ὅσιον ἀνοσίαις σφαγαῖσιν,

κατεκάλυψε ex Hermanni emendatione pro κατακαλύψει. Caesura est inter solutum tertium et quartum metrum, et sic etiam in reliquis praeter quarti et quinti commissuram. In antistrophum idem cadit, quod supra ad primum metrum El. 1178 diximus, inter alterum enim et tertium, tertium et quartum metrum ita facta est caesura, ut integro verbo alteram antecedentis metri arsin claudenti subiungatur monosyllabum artius cum illo cohaerens,

= 1331, 32 ἰὼ τάλαινα πόλις. ὅμως
δὲ πρόφερε πόδα σὸν ἐπὶ πλάτας Ἀχαιῶν,

quod cum saepius fieri videamus, non dubitabimus in eadem caesurae condicione habere.

Digitized by Google

Denique

Troad. 1313 Πρίαμε Πρίαμε cὺ μὲν ὀλόμενος ἄταφος ἄφιλος.
= 1329 τρομερὰ τρομερὰ μέλεα, φέρετ' ἐμὸν ἴχνος. ἴτ' ἐπί,

ubi diaeresin reliquis locis servatam prohibuit verborum ordo inter alterum et tertium antistrophi metrum intercedere, una fieri potuit horum colligatio per caesuram post tertii priorem thesin collocatam.

Inter soluta igitur metra quia legitimas esse aut diaeresin aut caesuram post alterius priorem thesin evincit usus poetarum, unam, ut

Aesch. Suppl. 105 λιγέα βαρέα δακρυοπετῆ,

alteram, ut

Eur. Hel. 1326 πέτρινα κατὰ δρία πολυνιφέα,

apparet, si ita fere transpositum erit:

πολυνιφέα πέτρινα κατὰ δρία,

funditus perire iambicum numerum. Quam observationem secuti brevium syllabarum ordinem vel tum, cum reliqua quadrant in iambicam mensuram, si discrepant verborum terminationes ad alium numerum relegare debemus, in quo cuiusnam ille generis sit, ex ipsis verborum finibus diiudicandum erit, ut

Aesch. Choeph. 146 ἵετε δάκρυ καναχὲς ὀλόμενον,

quae duodecim breves syllabae, nisi essent certae incisionum regulae, facillime constituerent dimetrum iambicum solutum. At obstat trium brevium vox καναχέc ita collocata, ut tertia eius syllaba totius ordinis octava sit, quo neque diaeresis efficitur neque ea, quam soluta metra flagitant, caesura. Ea causa fuit, cur p. 281 profiteremur non posse referri hunc ordinem ad iambicum numerum, sed dochmium eum diximus adnexo proceleusmatico.

Alterum exemplum est

Eur. Alc. 907 ἔφερε κακὸν ἄλις, ἄτεκνος ὤν.
= 930 ἔθανε δάμαρ, ἔλιπε φιλίαν,

ubi propter stropham quidem non omnino exclusa videtur iambica mensura, siquidem vocabuli terminatio est post septimam brevem, i. e. eo ipso loco, quo legitime cadit caesura penthem. Sed, praeterquam quod probabilem facit alienum numerum incisio post quintam brevem immissa in stropha et ant., quae nulla est caesura in iambis, quamcumque eius mensurae suspicionem tollit antistrophus, ut quae sexta septima octava syllabis uno verbo comprehensis iambico numero neque diaeresin relinquat neque caesuram. Ordinem propter illam incisionem p. 276 in glyconeis II numeravimus. Haec fere sunt, quae de diaeresi sive caesura inter integra metra collocata dicenda videbantur.

Digitized by Google

Iam de decurtatis metris tractandum est, quam quaestionem ita instaurabimus, ut primum in universum quaedam de eo genere disputemus, deinde singulis locis quaenam propria inesse artificia videantur. Ex toto autem hoc genere ea inprimis considerabimus, ubi alterum metrum suppressa priore thesi ab arsi incipit, quae est cretica forma. Ad hoc metrum cum antecedente colligandum multum intererat, uter esset creticorum, isne, qui insolutam habet priorem arsin, an, cuius solvi possit, vide p. 301. Quorum unus, sicut exposuimus, et diaeresin patitur intercedere neque communi vocabulo iuncturam fieri vetat, alter diaeresi debet a praegresso metro disterminari. Itaque apparet esse, ubi una diaeresis permissa sit inter antecedens aliquod metrum et proximum creticum, scil. tum, cum prior huius arsis aut soluta est aut quae possit solvi, ut

Eur. Phoen. 1041, 42 ὁπότε πόλεος ἀφανίσειεν ἁ πτεροῦσ-
σα παρθένος τιν' ἀνδρῶν.
= 1065, 66 ὅθεν ἐπέσυτο τάνδε γαῖαν ἁρπαγαῖ-
σι δαιμόνων τις ἄτα,

ubi in altera sede creticus est eius generis, cui necessario diaeresis praemittatur. Neque aliter credo rem sese habere in versu

1019, 20 ἔβας ἔβας, ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευ-
μα νερτέρου τ' Ἐχίδνας.
= 1043, 44 χρόνῳ δ' ἔβα Πυθίαις ἀποστολαῖ-
σιν Οἰδίπους ὁ τλάμων,

ubi in aequali ac v. 1041, 42 = 1065, 66 metrorum ordine, etiamsi certi indicii nihil accedit, diaeresis, quae est inter primum et alterum metrum, ex eodem fonte fluxisse videtur, cf. p. 303. Et mirum sane, quod cum hoc versu ut reliqua sic etiam diaeresis consentit in versu

Her. 111, 12 ἔπεα μόνον καὶ δόκημα νυκτερω-
πὸν ἐννύχων ὀνείρων.
= 123, 24 λαβοῦ χερῶν καὶ πέπλων, ὅτου λέλοι-
πε ποδὸς ἀμαυρὸν ἴχνος.

Quae cretica forma eodem iure diaeresin requirit si baccheus praegreditur, id quod docent

Soph. OR. 1214 δικάζει τὸν ἄγαμον γάμον πάλαι.
Eur. Troad. 1301 ἰὼ γᾶ τρόφιμε τῶν ἐμῶν τέκνων.

Hactenus ab ipso cretico pendet, quomodo fiat eius ad antecedentia alligatio; reliqua, si quidem universum poetarum usum spectas, omnia ad id quod praecedit metrum revertuntur. Ea enim consuetudo obtinuit, ut, integrum metrum ubi praeibat, commune vocabulum mallent intercedere, ubi baccheus, diaeresin, ita, ut in quadringentis ordinibus, qui coniuncta habent integrum metrum et creticum, ducenties sexagies communi vocabulo facta sit colligatio,

Digitized by Google

centies quadragies diaeresis, in ducentis fere ordinibus, quibus coniuncti sunt baccheus et creticus, sexagies quinquies commune vocabulum, centies tricies quinquies diaeresis intermittatur. Quibus numeris ea non accensuimus, quae p. 302 sqq. congesta sunt, ubi omnino non poterat nisi diaeresis existere. Baccheus autem quod tanto enixius expetit verbi terminationem quam integrum metrum, id ex natura eius provenire videtur, de qua p. 307 diximus; etsi sequente cretico non idem fuit diaereseos studium atque in meris baccheis. Cuius rei causam nemo non videt. Nam in concursu bacchei cum cretico quia duae sese excipiebant arses suppressis thesibus retardatae, una bacchei posterior, altera prior cretici, qua re idem fiebat illius exitus idem huius initium, apparet facilius communi vocabulo eos conglutinari potuisse, ut consentientibus stropha et antistropho

Eur. Her. 408 τὸν ἱππευτάν τ' Ἀμαζόνων στρατόν.
= 425 δρόμων τ' ἄλλων ἀγάλματ' εὐτυχῆ.

In omnibus autem ordinibus, ubi communi vocabulo consociatur integrum metrum aut baccheus cum cretico, latissime patet is, qui in his vv. Euripideis, colligandi modus, quo verbum definitur post cretici priorem arsin, ut

Aesch. Sept. 888—91 σιδηρόπληκτοι μὲν ὧδ' ἔχουσιν,
σιδηρόπληκτοι δὲ τοὺς μένουσιν,
τάχ' ἄν τις εἴποι, τίνες;
τάφων πατρῴων λαχαί,

ubi per quattuor ordines inter integrum metrum et creticum totiens ea verbi terminatio facta est. Omnino ex ducentis sexaginta ordinibus, ubi communi vocabulo diximus integrum metrum et creticum consociari, centum octaginta vocabuli finem habent post cretici priorem arsin, in reliquis octoginta verbum ultra extenditur. Deinde dimetrorum pro rata parte plures sunt cum illa incisione quam trimetrorum longiorumque ordinum, id quod non solum ad universum poetarum usum sed etiam ad singulos pertinet. Ex omnibus autem nonaginta quinque dimetris, qui sunt in istis ducentis sexaginta, quaternorum terni, ex centum sexaginta quinque longioribus ordinibus ternorum bini eam verbi terminationem exhibent. Denique in baccheis cum cretico coniunctis etiam maiorem partem ea facta est, quinquagies in sexaginta fere quinque, quos invenimus uno vocabulo cohaerentes. In quo discrimen inter dimetros et trimetros pro minusculo numero statuere non ausim.

Hae computationes ex omnibus, qui praemissa habent creticis integra metra aut baccheos, ordinibus desumptae satis ostendunt certum aliquid in colligandis iis metris observatum esse; itaque iam videamus, si qui loci inveniantur, ubi consilio quodam aut diaeresis ascita sit aut caesura, qualis artificii plerumque indicium est strophae et antistrophi consensus. Quam ad normam in integris metris cum

Digitized by Google

cretico coniunctis haud raro diaeresis diaeresi respondet, caesura caesurae, sed haec responsio saepius est quam illa, sicut apparet ex iis numeris, quos p. 351, 52 dedimus. Diaereses sunt

Aesch. Choeph. 396, 97 ἔχοντα καὶ δωμάτων
ἄτιμα. πᾷ τίϲ τράποιτ' ἄν, ὦ Ζεῦ;
= 409, 10 λύκοϲ γὰρ ὥϲτ' ὠμόφρων
ἄϲαντοϲ ἐκ ματρόϲ ἐϲτι θυμόϲ,

qui sunt dimeter et trimeter, uterque intermissa diaeresi inter integrum metrum et creticum.

Soph. OR. 1337 τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτόν, ἤ.
= 1357 οὔκουν πατρόϲ γ' ἂν φονεύϲ.
El. 155 πρὸϲ ὅ τι ϲὺ τῶν ἔνδον εἶ περιϲϲά.
= 175 Ζεύϲ, ὃϲ ἐφορᾷ πάντα καὶ κρατύνει.
Eur. Suppl. 798 ϲτεναγμόν, ὦ ματέρεϲ.
= 811 προϲάγετε τῶν δυϲπότμων.
Andr. 1212 διπλῶν τέκνων μ' ἐϲτέρηϲε Φοῖβοϲ.
= 1225 πανώλεθρόν μ' ὄψεαι πίτνοντα.

cf. Aesch. Agam. 229 = 239. 230 = 240. 357 = 374. Suppl. 574 = 579. Soph. OC. 536 = 544. Eur. Alc. 872 = 889. Her. 111 = 123. 417 = 435. Or. 970 = 981. Phoen. 1019 = 1043. Suppl. 78 = 86. 805 = 818. Troad. 1304 = 1319. In quibus notandum est plerosque trimetros esse longioresque ordines, et ita quidem eos superare, ut palam fiat dimetros minus paratos esse ad diaeresin recipiendam.

Caesurae sunt

Aesch. Choeph. 932 ὁ πυθοχρήϲταϲ φυγάϲ.
= 942 βροτοὶ τυχόντεϲ καλῶϲ.
Agam. 208 τὸ παντότολμον φρονεῖν μετέγνω.
βροτοὺϲ θραϲύνει γὰρ αἰϲχρόμητιϲ.
= 218 φράϲεν δ' ἀόζοιϲ πατὴρ μετ' εὐχὰν
δίκαν χιμαίραϲ ὕπερθε βωμοῦ.
Soph. El. 207 αἳ τὸν ἐμὸν εἷλον βίον.
= 227 πρόϲφορον ἀκούϲαιμ' ἔποϲ.
OR. 1204 τανῦν δ' ἀκούειν τίϲ ἀθλιώτεροϲ.
= 1213 ἐφεῦρέ ϲ' ἄκονθ' ὁ πάνθ' ὁρῶν χρόνοϲ.
Eur. El. 1154 ϲποραῖϲιν ἐλθόντ' ἐμάν.
= 1162 τάλαιναν ἔϲχεν κακόν.
Heraclid. 773 πόρευϲον ἄλλᾳ τὸν οὐ δικαίωϲ.
= 780 νέων τ' ἀοιδαὶ χορῶν τε μολπαί.

Praeterea duos locos afferri velimus, qui caesura per plures deinceps ordines adhibita insigne praebent eius artificii exemplum,

Digitized by Google

Soph. Ant. 357, 58, 61 πάγων ἐναίθρεια καὶ
δύcομβρα φεύγειν βέλη.

τὸ μέλλον· Ἅιδα μόνον.
= 368, 69, 72 νόμους γεραίρων χθονὸς
θεῶν τ' ἔνορκον δίκαν.

ξύνεςτι τόλμας χάριν,

ubi in stropha v. 357 scripsimus ἐναίθρεια pro αἴθρια ex Helmkii, in ant. v. 368 γεραίρων pro παρείρων ex Reiskii coniectura.

Eur. Suppl. 73—75 ἴτ' ὦ ξυνῳδοὶ κακοῖς,
ἴτ' ὦ ξυναλγηδόνες,
χορὸν τὸν Ἅιδας σέβει.
= 81—83 ὑγρὰ ῥέουσα σταγών,
ἄπαυστος ἀεὶ γόων·
τὸ γὰρ θανόντων τέκνων.

Satis conspicua est caesura. Nam in senis ordinibus Antigonae et Supplicium quini incisionem habent post cretici priorem arsin, in singulis (Ant. 357. Suppl. 74) nuda facta est vocabuli continuatio, quia caesurae resistebant verborum difficultates.

cf. Aesch. Agam. 358 = 375. 420 = 437. Choeph. 395 = 408. 419 = 440. 422 = 427. Eum. 378 = 386. Sept. 275 = 292. 919 = 931. 921 = 933. Suppl. 91 = 98. Soph. OC. 700 = 713. 1567 = 1578. Eur. Alc. 464 = 474. Suppl. 1140 = 1147. Troad. 1306 = 1321.

Quod supra diximus distinguendum esse in hac metrorum coniunctione inter diaeresin et caesuram, ad eam rem optime faciunt quidam loci, ubi intra unum carmen hic ordo diaeresin habet, ille caesuram, ita quidem, ut stropha et antistrophus consentiant, ut

Aesch. Choeph. 395, 97 ἴδεσθ' Ἀτρειδῶν τὰ λοίπ' ἀμηχάνως.
ἄτιμα. πᾷ τίς τράποιτ' ἄν, ὦ Ζεῦ;
= 408, 10 πάρεστι σαίνειν, τὰ δ' οὔτι θέλγεται.
ἄσαντος ἐκ ματρός ἐστι θυμός.
Eur. Troad. 1304, 06 ἰαλέμῳ τοὺς θανόντας ἀπύεις.
καὶ χερσὶ γαῖαν κτυποῦσα δισσαῖς.
= 1319, 21 τάχ' ἐς φίλαν γᾶν πεσεῖσθ' ἀνώνυμοι.
ἄϊστον οἴκων ἐμῶν με θήσει.

In Choephoris prior versus 395 = 408 est integer, isque caesura incisus, alter 397 = 410 catalecticus intermissa diaeresi; Troadum in praecedente integro versu 1304 = 1319 diaeresis adhibetur, in altero catalectico 1306 = 1321 caesura. Verum etiam inter vicinos sibi ordines et synaphiae artificio coniunctos extat illa diaereseos et caesurae discrepantia, ut

Digitized by Google

Aesch. Agam. 358, 59 ὅcoιc ἀθίκτων χάριc
πατοῖθ᾽ ὁ δ᾽ οὐκ εὐcεβήc.
= 375, 76 κακοῦ δὲ χαλκοῦ τρόπον
τρίβῳ τε καὶ προcβολαῖc.
Sept. 918, 19 ὁ πόντιοc ξεῖνοc ἐκ πυρὸc cυθεὶc
θηκτὸc cίδαροc· πικρὸc δὲ χρημάτων.
= 930, 31 τετραμμένου παντρόπῳ φυτᾷ γένουc.
ἔcτακε δ᾽ Ἄταc τροπαῖον ἐν πύλαιc.

Ordines Agam. 358, 59 = 375, 76 duo sunt dimetri ex integro metro et cretico uterque compositus, quorum prior caesura ornatus est, alter diaeresi. In Septem duorum trimetrorum 918, 19 = 930, 31 prior diaeresin habet, alter caesuram.

In quibusdam ordinibus eadem quae inter integrum metrum et creticum diaeresis aut caesura etiam ad proximum metrum allata est, ut

Aesch. Choeph. 443 cέ τοι λέγω, ξυγγενοῦ, πάτερ, φίλοιc.
= 448 Ἄρηc Ἄρει ξυμβαλεῖ, Δίκᾳ, Δίκα

nemo dubitabit, quin, sicut inter integrum metrum, quod initium facit eius versus, et sequentem creticum, ita inter hunc et tertium metrum diaeresis quaesita sit, praesertim quam in antistropho conduplicationis figura tam vehementer exprimat.

Soph. OR. 892 τίc ἔτι ποτ᾽ ἐν τοῖcδ᾽ ἀνὴρ θυμῷ βέλη.
= 906 φθίνοντα γὰρ Λαΐου παλαίφατα.

Diaereses sunt ut Aesch. Choeph. 443 = 448. Quae cum ita sint, quivis facile sentit, quantopere ab hac structura discrepet versus

Soph. OR. 863, 64 εἴ μοι ξυνείη φέροντι μοῖρα τὰν
εὔcεπτον ἁγνείαν λόγων.
= 873, 74 ὕβριc φυτεύει τύραννον· ὕβριc, εἰ
πολλῶν ὑπερπληcθῇ μάταν,

hic enim in aequali ordine trimetro et creticus praegredienti integro metro caesura adnexus est et quod sequitur integrum metrum cretico. Caesura in priore loco post cretici priorem arsin, in altero post proximi integri metri priorem thesin posita est. Quare in discribendis ordinibus similis fuit error ei quem p. 340 ad OR. 894, 95 = 908, 09 notavimus. Nam cum esset vocabuli finis post tertii metri priorem thesin, accedente interpunctione in antistropho, hoc ipso in loco versum terminatum voluerunt, ut tales formae existerent a quovis numero alienae:

εἴ μοι ξυνείη φέροντι
μοῖρα τὰν εὔcεπτον ἁγνείαν λόγων.
= ὕβριc φυτεύει τύραννον·
ὕβριc, εἰ πολλῶν ὑπερπληcθῇ μάταν.

Digitized by Google

Sed nihil est in hoc versu nisi artificiosum caesurae genus; quapropter in subsequente dimetro 864 = 874 verbi terminationem factam post alterius metri priorem arsin haud immerito et ipsam caesurae nomini vindicari putamus, cf. p. 341.

Soph. OC. 1565—67 πολλῶν γὰρ ἂν καὶ μάταν
πημάτων ἱκνουμένων
πάλιν cφε δαίμων δίκαιος αὔξοι.
= 1576—78 ὁρμωμένῳ νερτέρας
τῷ ξένῳ νεκρῶν πλάκας·
cέ τοι κικλήcκω τὸν αἰένυπνον.

In stropha 1567 cφε scripsimus cum Reiskio pro cε. Versus memorabilis est eam ob causam, quod utramque, diaeresin et caesuram, prae se fert. Primus ordo, qui est dimeter ex integro metro et cretico compositus, et alter, qui ex cretico et integro metro, apertam habent diaeresin. At in eo, qui sequitur, trimetro et integrum metrum initiale cum proximo cretico et creticus cum baccheo eadem caesura colligata sunt, quam OR. 863 = 873 deprehendimus, nam etiam in vocabulum αἰένυπνον ea caesura cadit, ut quod compositum sit ex duobus verbis bisyllabis.

Duos inveni longiores ordines, ubi caesura, quae creticum cum praegrediente integro metro coniungit, pariter ad reliqua pertinet, ita, ut alterius cuiusque syllaba initialis ultima sit eius verbi, quo antecedens metrum concluditur,

Soph. Ant. 876 ἄκλαυτος ἄφιλος ἀνυμέναιος ταλαίφρων ἄγομαι
τάνδ᾽ ἑτοίμαν ὁδόν.

Creticus in tetrametro, qui priorem ordinem conficit, tertium locum obtinet. Caesura, quae cum antecedente metro eum colligat, post priorem ipsius arsin est, in primo cum altero iungendo post alterius priorem thesin, in tertio cum quarto, quod est anaclomenum, post priorem huius arsin. Servata est caesura in proximo dimetro 877, qui, compositus ex duobus creticis, post alterius priorem arsin inciditur.

Soph. El. 249 ἔρροι τ᾽ ἂν αἰδὼc ἁπάντων τ᾽ εὐcέβεια θνατῶν,

cuius structuram facile iam perspici posse arbitramur.

Aequales inter se metrorum ordines hic diaereseos alias caesurae artificio ornari supra idoneo exemplo demonstratum est. Neque vero id egerunt poetae, ut ubique per totos ordines aut diaeresin facerent aut caesuram, sed quosdam magna varietate ita condiderunt, ut alternarent incisiones, quod ex arte fluxisse declarat stropha cum antistropho consentiens. Quo ex genere est trimeter ex integro metro et duobus creticis compositus, qui vide quas incisionum species praebeat:

Aesch. Suppl. 91 ἀφ᾽ ὑψιπύργων πανώλεις βροτούc.
= 98 βρότειον, οἷα νεάζει πυθμήν.

Digitized by Google

Agam. 357 θεοὺϲ βροτῶν ἀξιοῦϲθαι μέλειν.
= 374 πρέπει δέ, φῶϲ αἰνολαμπέϲ, ϲίνοϲ.
420 ὁ χρυϲαμοιβὸϲ δ' Ἄρηϲ ϲωμάτων.
= 437 βαρεῖα δ' ἀϲτῶν φάτιϲ ξὺν κότῳ.

Quorum ordinum, quamvis sint alioquin similes, plane diversae existunt incisiones. Nam in eo, quem primo loco posuimus, nulla immissa diaeresi et initiale metrum cum proximo cretico caesura copulatur et hic cum sequente. Alterius ordinis primum metrum diaeresi definitur, cretici eadem caesura colligati sunt. In tertio denique inter primum metrum et proximum creticum caesura cadit, alter ab iis diaeresi diiunctus est.

Soph. El. 1419 τελοῦϲ' ἀραί· ζῶϲιν οἱ γᾶϲ ὑπαὶ κείμενοι.
= 1439 δι' ὠτὸϲ ἂν παῦρά γ' ὡϲ ἠπίωϲ ἐννέπειν.
OR. 649 πιθοῦ θελήϲαϲ φρονήϲαϲ τ', ἄναξ, λίϲϲομαι.
= 678 γύναι, τί μέλλειϲ κομίζειν δόμων τόνδ' ἔϲω;

Iterum in paribus ordinibus quanta incisionum diversitas! Est diaeresis inter singula metra intermissa per totum Electrae tetrametrum, in Oedipo Rege ad tertium usque metrum caesurae sunt, quartum diaeresi ab antecedentibus disterminatur.

Iam eandem viam secuti in baccheos cum creticis coniunctos inquiramus. Quorum id proprium esse diximus, ut plerumque diaeresin interpositam habeant. Itaque plurimi sunt, ubi diaereses inter se respondeant, ut

Aesch. Suppl. 90 ἰάπτει δ' ἐλπίδων.
= 97 ἰδέϲθω δ' εἰϲ ὕβριν.
Sept. 749 τέλειαι γὰρ παλαιφάτων ἀρᾶν.
= 755 τίν' ἀνδρῶν γὰρ τοϲόνδ' ἐθαύμαϲαν.
Soph. Ant. 589 κυλίνδει βυϲϲόθεν
κελαινὰν θῖνα, καί.
= 601 κατ' αὖ νιν φοινία
θεῶν τῶν νερτέρων.
Trach. 651 τάλαιναν δυϲτάλαινα καρδίαν.
= 659 ἀμείψαϲ, ἔνθα κλῄζεται θυτήρ.
Eur. El. 1208 ἰώ μοι, πρὸϲ πέδῳ.
= 1216 παρῄδων τ' ἐξ ἐμᾶν.
Suppl. 600 τίν' αὐδὰν τάνδε προϲφέρειϲ νέαν;
= 610 δικαίουϲ δαίμοναϲ ϲύ γ' ἐννέπειϲ.

cf. Aesch. Agam. 355 = 372. 362 = 379. 363 = 380. Choeph. 42 = 52. Sept. 112 = 126. 272 = 289. 315 = 327. Suppl. 126 = 136. 357 = 368. 521 = 530. 539 = 547. 570 = 575. 571 = 576. 664 = 670. 742 = 749. Soph. Ant. 954 = 965. El. 128 = 144. 1421 = 1441. Eur. Andr. 121 = 130. 275 = 285. Ion. 214 = 233. 218 = 236. 687 = 706. Phoen. 1021 = 1045. 1026 = 1050.

Digitized by Google

Suppl. 603 = 613. 620 = 628. 622 = 630. Troad. 579 = 584. 1307 = 1322.

Qui tantus numerus aperte commonstrat diaeresin tamquam legitimam incisionem constitutam esse usu poetarum; at caesura inter baccheos et creticos num in pari iure habita sit, in suspenso relinquere malim, certe consensus strophae et antistrophi his tantum locis extare videtur:

Aesch. Agam. 184 ἄν-θος Ἀργείων. ἐπεὶ δὲ καὶ πικροῦ.
= 197 πέλας βωμοῦ. τί τῶνδ᾽ ἄνευ κακῶν;
361 ἀτολμήτων Ἄρη.
= 378 δικαιωθείς, ἐπεί,

sed casu ortum esse liquet strophae et antistrophi consensum in hoc ordine, quia is qui proxime antecedit dimeter eiusdem formae,

360 πέφανται δ᾽ ἐγγόνους.
= 377 μελαμπαγὴς πέλει,

divergentes praebet incisiones, in stropha diaeresin, in antistr. caesuram.

Sept. 116 κινύρονται φόνον χαλινοί
= 130 ἀϋτοῦσαι πελαζόμεσθα,

ubi librorum lectionem ἀπύουσαι in ἀϋτοῦσαι mutavit Seidlerus.

Suppl. 555 Ζεὺς αἰῶνος κρέων ἀπαύστου.
= 562 δι᾽ αἰῶνος μακροῦ πάνολβον,

quo in ordine caesurae consensum effecit vox αἰῶνος in paribus strophae et antistrophi sedibus collocata.

Soph. El. 482 οὐ γάρ ποτ᾽ ἀμναστεῖ σ᾽ ὁ φύσας Ἑλλάνων ἄναξ
= 498 τοῖς δρῶσι καὶ συνδρῶσιν. ἤτοι μαντεῖαι βροτῶν,

ubi inter baccheum et creticum, qui ordinem concludunt, caesura intercedit; quam tamen quaesitam esse similes atque Agam. 361 = 378 occurrunt dubitationes, proximi enim ordinis, ex iisdem metris compositi,

484 οὐδ᾽ ἁ παλαιὰ χαλκόπακτος ἀμφάκης γένυς.
= 500 οὐκ εἰσὶν ἐν δεινοῖς ὀνείροις οὐδ᾽ ἐν θεσφάτοις,

inter baccheum et creticum caesurae in stropha, in antistr. diaereseos artificium est.

OR. 660 οὐ τὸν πάντων θεῶν θεὸν πρόμον.
= 689 ὦναξ, εἶπον μὲν οὐχ ἅπαξ μόνον.
Eur. Her. 408 τὸν ἱππευτάν τ᾽ Ἀμαζόνων στρατόν.
= 425 δρόμων τ᾽ ἄλλων ἀγάλματ᾽ εὐτυχῆ.

Verum ut sint, qui talia pro arte venditent, non tamen ne vestigium quidem reperitur caesurae in progredientem ordinem continuatae, id

Digitized by Google

quod integro metro antecedente fieri posse loci ostendunt supra allati Aesch. Suppl. 91 = 98. Soph. Ant. 876. El. 249. OC. 1567 = 1578. OR. 649 = 678. 863 = 873, immo una diaeresis esse videtur, quae, cum ordo ultra baccheum et creticum extenditur, ad subsequens metrum iungendum pertinere possit. Quod noli mirari in hoc genere, quod tantopere diaeresi indulgeat. Ac

Soph. El. 128 ὄλοιτ', εἴ μοι θέμις τάδ' αὐδᾶν.
= 144 τί μοι τῶν δυςφόρων ἐφίῃ;

quam bene sese habeat duplex diaeresis, et ea, quae priorem baccheum dirimit a cretico, et quae hunc a baccheo finali, supra exposuimus. Idem artificium, ut alias saepissime, est

Eur. Ion. 218 ἐναίρει Γᾶς τέκνων ὁ Βακχεύς.
= 236 παρούσας δ' ἀμφὶ τᾶςδ' ἐρωτᾷς.

Quam ad rationem longior versus formatus est, dimeter consociatus cum trimetro,

Soph. El. 171, 72 αἰεὶ μὲν γὰρ ποθεῖ,
ποθῶν δ' οὐκ ἀξιοῖ φανῆναι.
= 191, 92 ἀεικεῖ σὺν στολᾷ,
κεναῖς δ' ἀμφίσταμαι τραπέζαις,

ubi ad clausulam usque bacchiacam diaeresis intercedit inter singula metra strophae et antistrophi, nam in antistr. id quod spatii relinquitur inter ἀμφί praepositionem et verbum ἵσταμαι pro diaeresi est. Et sic eosdem ordines compegit Euripides

Hec. 629, 30 ἐμοὶ χρῆν συμφοράν,
ἐμοὶ χρῆν πημονὰν γενέσθαι.
= 638, 39 πόνοι γὰρ καὶ πόνων
ἀνάγκαι κρείσσονες κυκλοῦνται.

II. DE ORDINIBUS IAMBICIS IN VERSUS CONIUNCTIS.

Iam nobis videmur absolvisse eam, quam primam in hac disputationis parte posuimus, de singulis metris iungendis quaestionem. Unde, sicut proscriptum est, ad ordines contemplandos pergimus, quid, ubi plures synaphia colligabant, poetae observaverint. Etenim eam partitionem ipsa res commendavit, ex qua distinguendum est inter eos versus, qui ex metris compositi sunt et qui ex ordinibus, id quod supra explanavimus, dedimusque, quo istam per ordines compagem illustraremus, versum Soph. Ant. 872—75. Eius autem generis versum recte censebimus non nisi in ordines discribi posse, singula vero metra ad ipsum quidem versum constituendum nihil momenti affere, sed ad ordines, qui illum conficiunt. Quamobrem,

Digitized by Google

ut in singulis ordinibus metra, ita ordines, cum duo vel plures in unum versum iunguntur, quasi materia sunt compositionis; ita

Eur. Her. 384, 85 κάθαιμα cῖτα γένυcι, χαρμοναῖcιν ἀν-
δροβρῶcι δυcτράπεζοι

singularis est ordo quinque metrorum, versus munere fungens, cuius clausulam facit metrum bacchiacum, at

Her. 125—29 γέρων γέροντα παρακόμιζ',
ᾧ ξύνοπλα δόρατα νέα νέῳ
τὸ πάροc ἐν ἡλίκων πόνοιc
ξυνῆν ποτ', εὐκλεεcτάταc
πατρίδοc οὐκ ὀνείδη

versus quinque comprehendit ordines, isque non solitario metro concluditur, sed dimetro in baccheum catalectico. Deinde, ut metra existunt aut integra utraque thesi aut priore suppressa aut altera, ut variatio fiat numeri, sic etiam ordines, prout ab integro metro initium capiunt sive a baccheo sive a cretico, diversam indolem accipere necesse est. Et propinquiores inter se sunt qui ab integro metro et qui a baccheo, quia consentiunt in initiali thesi, a cretico autem qui sunt, eorum naturam in contrariam partem spectare apparet tam, quam thesis arsi contraria est. Unde duo efficiuntur compositionum genera, quorum utroque poetae maxime delectati sunt, unum, ex quo plures ordines aut a thesi quisque aut ab arsi incipientes consociantur, ut in eo, quem modo ex Eur. Heracle attulimus, versu quattuor dimetri ab omni thesium suppressione immunes. Neque haec compositio postulavit ut in progressu ordinum omnia essent eadem metra quae in initio, modo ipsorum ordinum inter se aequalitas maneret, ut Eur. Suppl. 73—75 = 81—83 tres deinceps dimetros ex integro metro et cretico compositos invenimus. Quali structurae simillimus est versus Aesch. Eum. 377—79 = 385—87

377 μένει γάρ. εὐμήχανοί
τε καὶ τέλειοι κακῶν
τε μνήμονεc, cεμναί,

in quo per tres ordines dimetros alterius metri prior thesis suppressa est; quapropter tertius, cum simul catalexeos officium susciperet, in spondiacam iambici metri formam exire debuit. Sunt etiam, ubi ordinum concinnitati ita satisfactum est, ut initialia tantum metra congruant discrepantibus alteris, ut Aesch. Suppl. 745, 46 = 752, 53

745 μέλαc γενοίμαν καπνὸc
νέφεccι γειτονῶν Διόc,

ubi prioris ordinis alterum metrum creticum formam habet, posterioris integram. Sed rarius, ut videtur, hoc genus usurpatum est.

Digitized by Google

Et hi quidem dimetri fere; nihil tamen obstat, quominus longiores ordines, ab iisdem metris orsi, immisceantur, ut Aesch. Sept. 273—76 = 290—93

273 τὸν ἀμφιτειχῆ λεών,
δράκοντας ὥς τις τέκνων
ὑπερδέδοικεν λεχαίων δυσευνήτορας,

ubi duobus dimetris ex integro metro et cretico compositis adicitur tetrameter ordo ab integro metro in tres creticos transiens. Sept. 917—21 = 929—33

917 πικρὸς λυτὴρ νεικέων
ὁ πόντιος ξεῖνος ἐκ πυρὸς συθεὶς
θηκτὸς σίδαρος· πικρὸς δὲ χρημάτων
κακὸς δατητὰς Ἄρης,
ἀρὰν πατρῴαν τιθεὶς ἀλαθῆ,

quo in versu per quinque ordines, partim dimetros partim trimetros, patet ea, quam supra diximus, convenientia, initiale enim singulorum metrum integra, alterum cretica forma est.

A baccheis plures deinceps ordines incipiunt, ut duo dimetri Soph. Ant. 589, 90 = 601, 02, quos p. 357 exscripsimus; ut trimetri Aesch. Suppl. 357—59 = 368—70

357 κρατύνεις βωμόν, ἑστίαν χθονός,
μονοψήφοισι νεύμασιν σέθεν,
μονοσκήπτροισι δ' ἐν θρόνοις χρέος,

synaphia enim hi ordines cohaerent; quod ad perficiendum integra sunt in finibus metra pro baccheis.

Denique in hoc genere ii versus numerandi sunt, ubi pars ordinum ab integris metris pars a baccheis initium capiunt, quia sic ordinum in introitu consensus servatur, ut Aesch. Agam. 358—62 = 375—79

358 ὅσοις ἀθίκτων χάρις
πατοῖθ'· ὁ δ' οὐκ εὐσεβής.
πέφανται δ' ἐγγόνους
ἀτολμήτων Ἄρη
πνεόντων μεῖζον ἢ δικαίως,

ubi primus et alter ordo ab integro metro, reliqui a baccheo incipiunt.

Ea compositio, qua aequales ordines consociantur — aequales autem dicimus, quorum idem est initium, sive a thesi sive ab arsi — maxime vulgaris est si ordines a thesi incipiunt, contra qui thesi initiali suppressa ab arsi ordiuntur, eos poetae singulos collocare praetulerunt. Ac paene anxie caverunt, ne plures vicinos inter se ponerent, nullo intermisso, qui a thesi inciperet, ordine. Velut

Digitized by Google

Aeschylus, si a cretico fiebat initium ordinis, sequebatur integrum metrum, eaque vicissitudo continuabatur, etiamsi facili negotio dimetri constitui poterant a cretico singuli orsi integro metro terminati, Aeschylus maluit ex hoc in proximum creticum vocem porrigi, ut quasi in unum ordinem omnia coalescerent, ut Agam. 424—26 = 441—43

424 ψῆγμα δυcδάκρυτον ἀν-
τήνοροc cποδοῦ γεμί-
ζων λέβηταc εὐθέτουc.

cf. Suppl. 758—61 = 766—69.

Tamen apud Euripidem diaeresis est

Phoen. 1720—22 τᾷδε τᾷδε βᾶθί μοι,
τᾷδε τᾷδε πόδα τίθει
ὥcτ' ὄνειρον ἰcχύν (ἔχων).
1740—42 φεῦ τὸ χρήcιμον φρενῶν
εἰc πατρόc τε cυμφορὰc
εὐκλεᾶ με θήcει.

Uterque versus ex ternis dimetris constat diaeresi inter se distinctis.

Altera compositio est, qua tamquam contraria contrariis opponuntur ita, ut alter ordo a thesi incipiat alter ab arsi. Quo artificio, tam efficaci ad numeros variandos, vix est, quod magis celebratum sit a poetis, ut in dimetris Eur. Or. 968, 69 = 979, 80

968 ἔλεοc ἔλεοc ὅδ' ἔρχεται
τῶν θανουμένων ὕπερ,

ubi prior ab integro metro, alter a cretico initium capit.

Saepius accidit, ut prior ordo in creticum desinat, quo cum exaequantur antecedentis exitus et sequentis initium, ipsa controversia adaugeri videtur, ut Soph. El. 207, 08 = 227, 28

207 αἳ τὸν ἐμὸν εἶλον βίον
πρόδοτον, αἵ μ' ἀπώλεcαν.

Sunt etiam, qui opponantur, longiores ordines, ut Aesch. Agam. 733, 34 = 740, 41

733 φιλεῖ δὲ τίκτειν ὕβριc
μὲν παλαιὰ νεάζουcαν ἐν κακοῖc βροτῶν.

Soph. OR. 652, 53 = 681, 82

652 τὸν οὔτε πρὶν νήπιον,
νῦν τ' ἐν ὅρκῳ μέγαν καταίδεcαι,

quibuscum ordinibus, quo magis perspiciatur huius generis natura, conferas, quos p. 361 ex Aesch. Septem dedimus vv. 273—76 = 290—93.

Digitized by Google

Neque solum in binis ordinibus versatur ista discrepantia, sed etiam in plures propagari potest, ut Aesch. Choeph. 624—27 = 630—33

630 τέκνον δ' ἐπειςφέρει δόμοις
αἱμάτων παλαιτέρων
τίνει μύςος χρόνῳ κλυτὴ
βυςςόφρων Ἐρινύς.

Soph. OR. 198—201 = 211—14

198 τέλει γὰρ εἴ τι νὺξ ἀφῇ,
τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται·
τόν, ὦ ⟨τᾶν⟩ πυρφόρων
ἀςτραπᾶν κράτη νέμων.

Eur. Her. 411—14 = 428—31

411 τίν' οὐκ ἀφ' Ἑλλανίας
ἄγορον ἁλίςας φίλων,
κόρας Ἀρείας πέπλων
χρυςεόςτολον φάρος.

cf. Phoen. 1747—50.

Qui omnes versus in eo consentiunt, quod primus et tertius ordines a thesi incipiunt, alter et quartus ab arsi; quo fit[1], ut primus cum altero, alter cum tertio, tertius cum quarto concertare videatur.

Denique nolim praeteriri, quo eximie illustratur hoc genus, versum Eur. Suppl. 779—81 = 787—89

779 πόλει μὲν εὐδοξία
καὶ ςτρατηλάταις δορὸς
διπλάζεται τιμά.

Primus et tertius ordines iidem sunt qui in versu Aesch. Eum. 377—79 = 385—87 (p. 360), tertius vel clausula spondiaca tenus, quae rarissima est iambici metri forma. At medius totam rem convertit, apud Aeschylum enim sicut primus et tertius a thesi incipiens aequabilem facit compositionem, apud Euripidem suppressa thesi initiali utrimque discrepantiam.

Quidam versus partim ad aequalium partim ad contrariorum ordinum normam conformati sunt, ut Aesch. Agam. 454—57

πυρὸς δ' ὑπ' εὐαγγέλου
πόλιν διήκει θοὰ
βάξις· εἰ δ' ἐτήτυμος,
τίς οἶδεν, εἴ τοι θεῖόν ἐςτι μὴ ψύθος,

ubi primus et alter ordo ab integro metro, tertius iis oppositus a cretico, quartus ab integro rursus metro incipit.

Digitized by Google

Soph. Ant. 357—62 = 368—73

357 πάγων ἐναίθρεια καὶ
δύϲομβρα φεύγειν βέλη
παντοπόροϲ· ἄποροϲ ἐπ' οὐδὲν ἔρχεται
τὸ μέλλον· Ἅιδα μόνον
φεῦξιν οὐκ ἐπάξεται,

primus enim et alter ordo consentiunt in integro metro initiali. Contrarius tertius, qui est trimeter a cretico orsus. Discrepantia ut continuetur facit quarti integrum metrum initiale, quinti creticus. Aesch. Agam. 420—24 = 437—41

420 ὁ χρυϲαμοιβὸϲ δ' Ἄρηϲ ϲωμάτων
καὶ ταλαντοῦχοϲ ἐν μάχῃ δορὸϲ
πυρωθὲν ἐξ Ἰλίου
φίλοιϲι πέμπει βαρὺ
ψῆγμα δυϲδάκρυτον ἀν-τήνοροϲ.

Incipit versus ab ordinibus contrariis inter se; primus enim integrum habet metrum initiale, duos creticos, alter in initio duos creticos, tertium integrum metrum, cui vicissitudini quanta gravitas insit, nemo non sentit; alteri ordini opponitur tertius, qui ab integro metro initium ducit; aequalis est quartus, quintus denique, a cretico orsus, discrepantiam resuscitat.

Maxime eum ordinem, qui clausulae vice fungitur, a reliquis dissentire voluerunt, quod vel tum factum est, cum ceteroquin omnis aequalitas obtinet, ut in eo, quem p. 360 attulimus, versu Her. 125—29, ubi quattuor sunt integri dimetri, quintus, is, qui versum concludit, suppressa thesi initiali in trochaicam speciem commutatus ithyphallici similem se praebet. Et haec quidem clausula incredibile est, quam saepe usu veniat, quo contra trimetri a cretico incipientes vix tres occurunt pro clausula, ut Eur. Suppl. 375, 76 = 379, 80

375 ποτ'; ἆρα φίλιά μοι τεμεῖ,
καὶ τέκνοιϲ ταφὰϲ ληψόμεϲθα;

Praeter trochaicam — sic enim licet nuncupare — clausulam, solemnis est ea, quae ab anaclomeno metro orditur, ut Eur. Alc. 86—88 = 98—100

86 κλύει τιϲ ἢ ϲτεναγμὸν ἢ
χειρῶν κτύπον κατὰ ϲτέγαϲ
ἢ γόον ὡϲ πεπραγμένων;

Dimeter anaclomenus in baccheum catalect. pro clausula est, ut Soph. Trach. 825, 26 = 835, 36

825 δωδέκατοϲ ἄροτοϲ, ἀναδοχὰν τελεῖν πόνων
τῷ Διὸϲ αὐτόπαιδι.

Digitized by Google

Trimeter ab anaclomeno metro incipiens versum concludit, ut Aesch. Suppl. 359, 60 = 370, 71

359 μονοσκήπτροισι δ' ἐν θρόνοις χρέος
πᾶν ἐπικραίνεις' ἄγος φυλάσσου,

quam clausulam notandum est medium flagitare creticum, equidem, ubi integrum metrum sit, non ad manum habeo.

III. DE CAESURA LONGIORIBUS ORDINIBUS IAMBICIS INIECTA.

Id quod inter singula metra pp. 339—359 cognovimus caesurae artificium, idem inter bina fieri potuit vel plura, i. e. tot, quot pro se ordinem efficiunt. Est autem ea caesura, ut plerumque, post sequentis metri primam syllabam, sive post priorem thesin, sive, suppressa ea, post priorem arsin. Neque vero utrumque genus pariter ab omnibus excultum est, id quod mox apparebit. Iam eos locos damus, qui hanc caesuram exhibent, in quo ordines ita distribuemus, ut ea syllaba, post quam caesura est, prima fiat in proxima linea. Et prius quidem genus vereor ne alienum sit ab usu Aeschyleo, ut qui unum praebeat eius caesurae specimen

Suppl. 122, 23 πλάτα μὲν οὖν λινορραφής
τε δόμος ἅλα στέγων δορός.
= 132, 33 θέλουσα δ' αὖ θέλουσαν ἁ-
γνά μ' ἐπιδέτω Διὸς κόρα,

nam in stropha τε vocula cum antecedente verbo paene in unum confluit. Verum tamen casui tribuere malim tantillam rem in tanta apud Aeschylum iamborum multitudine.

Sed confirmant eam caesuram versus Sophoclei, ut

Ai. 351, 52 ἴδεσθέ μ' οἷον ἄρτι κῦ-
μα φοινίας ὑπὸ ζάλης.
= 359, 60 σέ τοι, σέ τοι μόνον δέδορ-
κα πημονᾶν ἐπαρκέσοντ'.
Ant. 591, 92 δυσάνεμοι στόνῳ βρέμου-
σιν ἀντιπλῆγες ἀκταί.
= 602, 03 ἀμᾷ κοπίς, λόγου τ' ἄνοι-
α καὶ φρενῶν ἐρινύς.
El. 482, 83 οὐ γάρ ποτ' ἀμναστεῖ σ' ὁ φύ-
σας Ἑλλάνων ἄναξ.
= 498, 99 τοῖς δρῶσι καὶ συνδρῶσιν. ἤ-
τοι μαντεῖαι βροτῶν.
484, 85 οὐδ' ἁ παλαιὰ χαλκόπα-
κτος ἀμφάκης γένυς.
= 500, 01 οὐκ εἰσὶν ἐν δεινοῖς ὀνεί-
ροις οὐδ' ἐν θεσφάτοις.

Digitized by Google

Tetrametri sunt ordines ex duobus integris metris, baccheo (molosso, cf. p. 307), cretico compositi; caesura post bacchei thesin intercedit.

El. 1087, 88 τὸ μὴ καλὸν καθοπλίςα-
ςα δύο φέρειν ἐν ἑνὶ λόγῳ.
= 1095, 96 βεβῶςαν, ἃ δὲ μέγιςτ᾽ ἔβλα-
ςτε νόμιμα, τῶνδε φερομέναν.
OC. 1482, 83 ἐναιςίου δὲ ςοῦ τύχοι-
μι, μηδ᾽ ἄλαςτον ἄνδρ᾽ ἰδών.
= 1496, 97 ὁ γὰρ ξένος ςε καὶ πόλι-
ςμα καὶ φίλους ἐπαξιοῖ.
1693, 94 ὦ διδύμα τέκνων ἀρί-
ςτα, τὸ φέρον ἐκ θεοῦ καλῶς.
= 1720, 21 ἀλλ᾽ ἐπεὶ ὀλβίως γ᾽ ἔλυ-
ςε τὸ τέλος, ὦ φίλαι, βίου.
OR. 463, 64 τίς ὅντιν᾽ ἁ θεςπιέπει-
α Δελφὶς εἶπε πέτρα.
= 473, 74 ἔλαμψε γὰρ τοῦ νιφόεν-
τος ἀρτίως φανεῖςα.
1086, 87 εἴπερ ἐγὼ μάντις εἰ-
μὶ καὶ κατὰ γνώμαν ἴδρις.
= 1098, 99 τίς ςε, τέκνον, τίς ς᾽ ἔτι-
κτε τῶν μακραιώνων ἄρα.
1331, 32 ἔπαιςε δ᾽ αὐτόχειρ νιν οὔ-
τις, ἀλλ᾽ ἐγὼ τλάμων.
= 1351, 52 ἔρρυτο κἀνέςωςεν οὐδ-
ὲν εἰς χάριν πράςςων.
Trach. 649, 50 χρόνον, πελάγιον, ἴδριες οὐδ-
έν· ἃ δέ οἱ φίλα δάμαρ.
= 657, 58 πρὶν τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύςει-
ε, ναςιῶτιν ἑςτίαν.

Hos apud Sophoclem invenimus eius generis ordines; qui omnes tetrametri sunt intermissa caesura post tertii metri priorem thesin. Apud Euripidem praeter tetrametros etiam longiores ordines eum in modum incisi sunt, pars commutari caesurae sedem postulavit. Notavimus autem hos ordines Euripideos:

Her. 107, 08 ὑπόροφα μέλαθρα καὶ γεραι-
ὰ δέμνι᾽, ἀμφὶ βάκτροις
= 119, 20 μὴ πόδα κάμητε βαρύ τε κῶ-
λον, ὥςτε πρὸς πετραῖον.

In antistropho v. 119 κάμητε ex Wilamowitzii emendatione pro προκάμητε. Eadem caesura, quae inter alterum et tertium metrum, inter primum et alterum cadit; utramque ex arte fluxisse alii quidam loci docent.

Digitized by Google

111, 12 ἔπεα μόνον καὶ δόκημα νυκτερω-
πὸν ἐννύχων ὀνείρων.
= 123, 24 λαβοῦ χερῶν καὶ πέπλων, ὅτου λέλοι-
πε ποδὸς ἀμαυρὸν ἴχνος.
Phoen. 1019, 20 ἔβας ἔβας, ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευ-
μα νερτέρου τ' Ἐχίδνας.
= 1043, 44 χρόνῳ δ' ἔβα Πυθίαις ἀποστολαῖ-
σιν Οἰδίπους ὁ τλάμων.
1038, 39 ἄλλος ἄλλ' ἐπωτότυ-
ζε διαδοχαῖς ἀνὰ πτόλιν.
= 1062, 63 Παλλάς, ἃ δράκοντος αἷ-
μα λιθόβολον κατειργάσω.

In stropha v. 1038 ἄλλ' ἐπωτότυζε Valckenarius restituit pro ἄλλον ἐπετότυζε.

1041, 42 ὁπότε πόλεος ἀφανίσειεν ἁ πτεροῦσ-
σα παρθένος τιν' ἀνδρῶν.
= 1065, 66 ὅθεν ἐπέσυτο τάνδε γαῖαν ἁρπαγαῖ-
σι δαιμόνων τις ἄτα,

qui versus duplicem caesuram habet, inter secundum tertiumque et inter tertium quartumque metrum.

Addimus propter magnam cum his similitudinem

1732, 33 Σφιγγὸς ἀναφέρεις ὄνει-
δος. ἄπαγε τὰ πάρος εὐτυχήματ' αὐδῶν.
1756, 57 ἱερὸν ὄρεσιν ἀνεχόρευ-
σα, χάριν ἀχάριτον ἐς θεοὺς διδοῦσα,

qui pentametri easdem caesuras praebent, quas 1041, 42 = 1065, 66, priorem etiam interpunctione denotatam.

Suppl. 366, 67 ἐκλύετε τάδε γ' ἐκλύετ' ἄνα-
κτος ὅσια περὶ θεοὺς καί.
= 370, 71 ἱκόμενος ἔτι ματέρος ἄγαλ-
μα φόνιον ἐξέλοι, γᾶν.
623, 24 ἔτι ποτ' αἶσα, τίς ἄρα πό-
τμος ἐπιμένει τὸν ἄλκιμον.
= 631, 32 τὸ σὸν ἄγαλμα, τὸ σὸν ἵδρυ-
μα πόλεος ἐκκόμιζέ μοι.

Est caesura, ut Her. 107 = 119, etiam inter primum et alterum metrum, eaque interpunctionis artificio aucta.

Troad. 1307—09 διάδοχά σοι γόνυ τίθη-
μι γαίᾳ τοὺς ἐμοὺς καλοῦσα νέρ-
θεν ἀθλίους ἀκοίτας.
= 1322—24 ὄνομα δὲ γᾶς ἀφανὲς εἶ-
σιν, ἄλλᾳ δ' ἄλλο φροῦδον, οὐδ' ἔτ' ἔ-
στιν ἁ τάλαινα Τροία.

Digitized by Google

Apud Euripidem igitur tetrametri sunt cum usu Sophocleo consentientes Her. 107, 08 = 119, 20. Phoen. 1038, 39 = 1062, 63. Suppl. 366, 67 = 370, 71. 623, 24 = 631, 32, nisi quod caesurae post primum metrum interpositae nulla sunt certa exempla apud Sophoclem, nam

Trach. 133, 34 νὺξ βροτοῖcιν οὔτε κῆ-
ρεc οὔτε πλοῦτοc, ἀλλ' ἄφαρ,

qui est tetrameter suppressa prima thesi, parum affert argumenti, quia responsione caret. Reliqui versus apud Euripidem, pentametri Her. 111, 12 = 123, 24. Phoen. 1019, 20 = 1043, 44. 1041, 42 = 1065, 66. 1732, 33. 1756, 57, heptameter Troad. 1307—09 = 1322—24 ex propria eius arte profecti sunt.

Haec caesura, si suppressa est proximi metri prior thesis, post arsin collocari debet. Ordines ita constitutos plures habet Aeschylus, quem adeo apparet in hoc genere Sophocli et Euripidi praestare: quod satis mirum videbitur ei, qui reputaverit, quantopere Aeschylus abstineat a caesura post thesin intermittenda. Idem post cretici priorem arsin caesuram interposuit

Agam. 364, 65 ὑπὲρ τὸ βέλτιcτον. ἔ-
cτω δ' ἀπήμαντον, ὥcτ' ἀπαρκεῖν.
= 381, 82 λιτᾶν δ' ἀκούει μὲν οὔ-
τιc θεῶν· τῶνδ' ἐπίcτροφον δέ.

Antistrophi verba 382 corrupta sic tradita sunt: τὸν δ'ἐπίcτροφον τῶνδε. Dedimus Weyrauchii emendationem, quae numeros restituit.

Choeph. 42, 43 ἰάλλει δύcθεοc γυνά. φοβοῦ-
μαι δ' ἔποc τόδ' ἐκβαλεῖν.
= 52, 53 περαῖνον νῦν ἀφίcταται· φοβεῖ-
ται δέ τιc. τὸ δ' εὐτυχεῖν.
Pers. 989 πῶc δ' οὔ; cτρατὸν μὲν τοcοῦ-
τον τάλαc πέπληγμαι.
= 999 ἀγανόρειοc· κατεῖ-
δον δὲ πῆμ' ἄελπτον.
Suppl. 543 Τυφῶ μένοc χὔδωρ τὸ Νεί-
λου νόcοιc ἄθικτον.
= 551 τὰν μὲν βοόc, τὰν δ' αὖ γυναι-
κόc· τέραc δ' ἐθάμβουν.

In stropha χὔδωρ scripsimus cum Weilio pro ὕδωρ. In antistropho caesura interpunctione augetur.

Apud Sophoclem nullum est eius generis exemplum, duo apud Euripidem, utrumque tamen ita, ut de caesura dubitari non possit,

Her. 387, 88 Ἕβρου διεπέραcε μό-
χθον, Μυκηναίῳ πονῶν τυράννῳ.

Digitized by Google

= 401, 02 μυχοὺς εἰςέβαινε, θανα-
τοῖς γαλονείας τιθεὶς ἐρετμοῖς.

Ad caesurae artificium post cretici priorem arsin collocatum altera accedit res maxime singularis, quod integrum metrum 388 = 402 cretico subiunctum longam habet thesin initialem, quae in ea ipsa compositione tam procul a vulgari usu recedit, ut de industria illata esse videatur. Idem metrum inciditur post priorem arsin. Quocirca persuasissimum habeo eam hic comparere caesuram, ad quam praeter alios referendum diximus ordinem

Soph. OR. 864 = 874 εὔcεπτον ἁγνείαν λόγων,

de quo cf. p. 340. In tali structura maxime probabile est, quam Her. 387, 88 = 401, 02 post cretici priorem arsin posuimus, et ipsam quaesitam esse caesuram.

Suppl. 374, 75 χάριν τ' ἔχει τὰν ἐς αἰ-
εί. τί μοι πόλις κρανεῖ.
= 378, 79 νόμους βροτῶν μὴ μιαί-
νειν. cύ τοι cέβεις δίκαν,

quo in ordine gravissima interpunctio caesuram adiuvat.

De anaclomenis ordinibus separatim dicendum est, cum quia a reliquis iambis divergunt, tum propter magnam incisionum varietatem. Sed eo usque valuit consuetudo eos ordines certis incisionibus distinguendi, ut vix ullus sit, qui omni huiusmodi artificio careat. Quam ob causam, modo incisiones perspectae sint, iusta discriptio paene ubique inveniri potest. Id enim curae sibi habuerunt poetae in omnibus iis versibus, qui aut ex meris anaclomenis constant, aut quibus admista sunt metra anaclomena, ut certis spatiis interpositis sive diaeresin facerent sive caesuram, plerumque post bina metra, interdum, idque in initio potissimum versuum, post terna. Utra incisio esset, metrorum concursus aliquod discrimen ferebat. Nam si eorum, inter quae incisionem cadere volebant, metrorum alterum integrum erat, una poterat intermitti diaeresis, ut Aesch. Prom. 128—30 = 145—47

128 μηδὲν φοβηθῇς· φιλία
γὰρ ἥδε τάξις πτερύγων
θοαῖς ἁμίλλαις προςέβα
τόνδε πάγον, πατρῴας,

ubi, alternantibus integris metris et anaclomenis praeter clausulam, singuli dimetri extiterunt diaeresi distincti. cf. Aesch. Agam. 211, 12 = 221, 22. Soph. Ant. 781, 82 = 791, 92. Phil. 1136, 37 = 1159, 60. Trach. 116—18 = 126—28. Eur. Hel. 1451, 52 = 1465, 66. Her. 763—66 = 772—75.

Caesura maxime usurpari solebat tum, cum eorum, inter quae

Digitized by Google

incisionem cadere volebant, metrorum alterum anaclomenum erat, fiebatque ea caesura post priorem huius arsin, ut

Soph. Ai. 227, 28 οἴμοι φοβοῦμαι τὸ προcέρ-
πον· περίφαντος ἀνήρ.
= 251, 52 τοίας ἐρέccουcιν ἀπει-
λὰς δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι.
OR. 1211, 12 πῶς ποτε, πῶς ποθ' αἱ πατρῷ-
αί c' ἄλοκες φέρειν, τάλας.
= 1221, 22 ἐκ cτομάτων. τὸ δ' ὀρθὸν εἰ-
πεῖν, ἀνέπνευcά τ' ἐκ cέθεν.

Neque tamen, sicut integrum metrum unam patiebatur diaeresin praemitti, ita anaclomenum unam caesuram; quae etsi frequentatior erat, licebat etiam diaeresin intercedere, ut

Aesch. Eum. 546, 47 λαῖφος ὅταν λάβῃ πόνος
θραυομένας κεραίας.
= 554, 55 ἕρματι προcβαλὼν δίκας
ὤλετ' ἄκλαυcτος, ᾆcτος.

Itaque, ut summam faciamus totius rei, ubi integra metra alternabant cum anaclomenis[1]), quando incisio cadebat in commissuram anaclomeni et integri, nulla poterat esse nisi diaeresis, quando inter integrum et anaclomenum aut inter utrumque anaclomenum, tam diaeresis quam caesura legitima erat.

Haec sunt, quibus exhausta videri potest eius generis compositio, universa si quis contuebitur. Sed id ipsum, quod in parte ordinum anaclomenorum diaeresis et caesura promiscue adhibitae sunt, ea causa nos adduxit, ut quosdam versus subiungeremus, unde libertas incisionum patefieret. Tetrameter est anaclomenus cum media diaeresi

Eur. Med. 643, 44 ὦ πατρίς, ὦ δώματα, μὴ
δῆτ' ἄπολις γενοίμαν.

---

1) Digna res est, quam attendas, quod in tetrametro

Soph. OR. 463, 64 τίς ὅντιν' ἁ θεcπιέπει-
α Δελφὶς εἶπε πέτρα.
= 473, 74 ἔλαμψε γὰρ τοῦ νιφόεν-
τος ἀρτίως φανεῖcα,

cuius unum est metrum anaclomenum id, quod alteram sedem obtinet, caesura fieri potuit, at tetrameter

Phil. 1136, 37 ὁρῶν μὲν αἰcχρὰς ἀπάτας,
cτυγνὸν δὲ φῶτ' ἐχθοδοπόν,
= 1159, 60 πόθεν γὰρ ἔcται βιοτά;
τίς ὧδ' ἐν αὔραις τρέφεται,

ubi vicissitudo est inter integra metra et anaclomena, media debuit diaeresi incidi.

Digitized by Google

= 652, 53 εἴδομεν, οὐκ ἐξ ἑτέρων
μῦθον ἔχω φράσασθαι.

cf. Heraclid. 353, 54 = 362, 63.

Idem tetrameter caesura incisus est

Her. 637, 38 ἁ νεότας μοι φίλον· ἄ-
χθος δὲ τὸ γῆρας αἰεί.
= 655, 56 εἰ δὲ θεοῖς ἦν ξύνεσις
καὶ σοφία κατ' ἄνδρας.

In antistropho, vocabulo post alterum metrum anaclomenum terminato, ita facta est caesura, ut proximum verbum monosyllabum sit, quomodo et alias caesurae necessitati obtemperari infra videbimus.

Et hi quidem catalectici in baccheum. Acatalecti sunt cum caesura

Aesch. Pers. 631, 32 ἦ ῥ' ἀΐει μου μακαρί-
τας ἰσοδαίμων βασιλεύς.
= 638, 39 ἀλλὰ σύ μοι Γᾶ τε καὶ ἄλ-
λοι χθονίων ἁγεμόνες.
Soph. OR. 483—86 δεινὰ μὲν οὖν, δεινὰ ταράσ-
σει σοφὸς οἰωνοθέτας
οὔτε δοκοῦντ' οὔτ' ἀποφά-
σκονθ'· ὅ τι λέξω δ' ἀπορῶ.
= 498—501 ἀλλ' ὁ μὲν οὖν Ζεὺς ὅ τ' Ἀπόλ-
λων ξυνετοὶ καὶ τὰ βροτῶν
εἰδότες· ἀνδρῶν δ' ὅτι μάν-
τις πλέον ἢ 'γὼ φέρεται.

Eadem caesura est inter dimetrum anaclomenum et ordinem – ⏑⏑ – ⏑ – ⏑ – –, quae saepissime clausula anaclomenis adnectitur, ut

Aesch. Agam. 664, 65 τὰν δορίγαμβρον ἀμφινει-
κῆ θ' Ἑλέναν; ἐπεὶ πρεπόντως.
= 680, 81 πρασσομένα τὸ νυμφότι-
μον μέλος ἐκφάτως τίοντας.
Pers. 645, 46 ἦ φίλος ἀνήρ, φίλος ὄ-
χθος· φίλα γὰρ κέκευθεν ἤθη.
= 650, 51 οὔτε γὰρ ἄνδρας ποτ' ἀπώλ-
λυ πολεμοφθόροισιν ἄταις.

Altera est compositio, qua primus dimeter diaeresi definitur, in reliquis post bina metra caesura cadit, ut

Aesch. Agam. 188—91 μάντις ἔκλαγξεν προφέρων
Ἄρτεμιν, ὥστε χθόνα βάκ-
τροις ἐπικρούσαντας Ἀτρεί-
δας δάκρυ μὴ κατασχεῖν.

Digitized by Google

= 201—04 παυcανέμου γὰρ θυcίαc
παρθενίου θ' αἵματοc ὀρ-
γᾷ περιοργῶc ἐπιθυ-
μεῖν θέμιc. εὖ γὰρ εἴη.

Anaclomena metra et integra ubi perpetua vicissitudine decurrunt, caesura fieri solet inter singula integra et anaclomena metra, ut

Aesch. Agam. 429—32 ἀλλοτρίαc διαὶ γυναι-
κόc. τάδε cῖγά τιc βαΰ-
ζει. φθονερὸν δ' ὑπ' ἄλγοc ἕρ-
πει προδίκοιc Ἀτρείδαιc.
= 446—39 ἀΐ-cτοιc τελέθοντοc οὔτιc ἀλ-
κά· τὸ δ' ὑπερκόπωc κλύειν
εὖ βαρύ· βάλλεται γὰρ ὄc-
coιc Διόθεν κεραυνόc.
Soph. Phil. 687—90 πῶc ποτε, πῶc ποτ' ἀμφιπλή-
κτων ῥοθίων μόνοc κλύων,
πῶc ἄρα πανδάκρυτον οὕ-
τω βιοτὰν κατέcχεν;
= 702—05 παῖc ἄτερ ὡc φίλαc τιθή-
ναc, ὅθεν εὐμάρει' ὑπάρ-
χοι πόρου, ἀνίκ' ἐξανεί-
η δακέθυμοc ἄτα.

Ordines Agamemnonis 448 Philoctetae 689, quia proxime antecedentes Agam. 447 Phil. 688 integro verbo terminabantur, ut caesura fieret a vocabulo monosyllabo initium ceperunt, quod remedium supra diximus adhibitum esse, si idem vocabulum in proximam anaclomeni arsin extendi non poterat.

Diaeresis et caesura intra unum eundemque versum sunt

Aesch. Suppl. 93—96 πᾶν ἄπονον δαιμόνιον·
θᾶccoν ἄνω φρόνημά πωc
αὐτόθεν ἐξέπραξεν ἔμ-
παc ἑδράνων ἀφ' ἁγνῶν.
= 100—03 δυcπαραβούλοιcι φρεcίν,
καὶ διάνοιαν μαινόλιν
κέντρον ἔχων ἄφυκτον, ἄ-
ταc δ' ἀπάταν μεταγνούc.

V. 93 πᾶν ἄπονον scripsimus pro τὰν ἄποινον ex Wellaueri, v. 94 θᾶccoν pro ἥμενον ex Weilii coniectura. Diaeresi finiuntur dimeter 93 = 100, qui ex duobus anaclomenis constat, ut Agam. 188 = 201, et, qui ex anaclomeno et integro, 94 = 101. Denique qui sequuntur ordines 95, 96 = 102, 03 vulgarem caesuram habent inter integrum et anaclomenum metrum. cf. Soph. Trach. 119—21 = 129—31.

Digitized by Google

Versum Sept. 703—09 = 710—16, qui totam stropham conficit, unaquaque expressa incisione sic discribendum esse docet strophae et antistrophi consensus:

703 πέφρικα τὰν ὠλεσίοι-
κον θεόν, οὐ θεοῖς ὁμοί-
αν, παναλαθῆ, κακόμαν-
τιν, πατρὸς εὐκταίαν Ἐρι-
νὺν τελέσαι τὰς περιθύ-
μους κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος·
παιδολέτωρ δ' ἔρις ἅδ' ὀτρύνει.

Ad decimum igitur usque metrum alterum quodque cum succedente, quod est anaclomenum, caesura colligatum est. Inter trimetrum anaclomenum, quem in sexto ordine collocavimus, et clausulam diaeresis intercedit. Est ea clausula alcaicus decasyllabus, specie compositus ex duobus dactylis et metro trochaico. Quo ex ordine, correpta alterius dactyli thesi, putaverim evasisse eum, de quo supra diximus, – ⏖ – ⏑ – ⏑ – –, et – ⏖ – – – ⏑ – –, ut

Prom. 408 τοῖς πάρος ἐνδείκνυσιν αἰχμήν.
= 416 πήμασι συγκάμνουσι θνατοί.

Cum tantum sit in versibus anaclomenis diaereseos sive caesurae studium, omnis inde ordinum discriptio repetenda videtur. Quare probare non possumus Gleditschium, qui, neglecta quacumque incisione, sic nuper[1]) discerpsit versum Soph. El. 1058—62 = 1070—74:

1058 τί τοὺς ἄνωθεν φρονιμω-
τάτους οἰωνοὺς ἐσορώ-
μενοι τροφᾶς κηδομένους
ἀφ' ὧν τε βλάστωσιν ἀφ' ὧν
τ' ὄνησιν εὕ-
ρωσι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἴσας τελοῦμεν,

dimetros ordines dispertiens ex integro metro et anaclomeno compositos 1058—61 = 1070—73, singulare integrum metrum, alcaicum decasyllabum. Dimetros autem illos si voluisset Sophocles distribui, sicut voluit Aeschylus Prom. 128—30 = 145—47 (p. 369), diaeresi eos terminare debuit, vocabuli vero continuatio ex priore in alterum, i. e. ex anaclemeno metro in integrum, omnino fieri nequibat. Itaque alia incisio circumspicienda est. Et vera caesura esse videtur, quae est inter tertium metrum et quartum, i. e. integrum inter et anaclomenum, quae usitatissima est in hoc genere. Primo igitur ordine trimetro posito proximos dimetros faciemus ex anaclomeno et integro metro compositos, clausulam alcaicum decasyllabum, ut haec

1) Metrik³, p. 159.

Digitized by Google

digestio adhibenda sit, quam plerisque placere video, eaque simul ad antistrophi incisiones sese acommodat:

τί τοὺc ἄνωθεν φρονιμωτάτουc οἰω-
νοὺc ἐcορώμενοι τροφᾶc
κηδομένουc ἀφ' ὧν τε βλά-
cτωcιν ἀφ' ὧν τ' ὄνηcιν εὕ-
ρωcι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἴcαc τελοῦμεν;

Alter ordo consentientibus stropha et antistropho diaeresi definitur; reliqui usque ad clausulam continua caesura cohaerent, in antistr. ea, quam vulgarem diximus, quae est post subsequentis ordinis arsin initialem. In stropha paulum ab ea deflectere coegit verborum forma, quapropter incisio facta est post proximam brevem, non tam aliena a vulgari caesurae genere, ut in graviorem discrepantiam verti possit. Antistrophi verba cum sic leguntur:

1070 ὅτι cφιν (Schaefer, cφίcιν LP) ἤδη τὰ μὲν ἐκ δόμων νοcεῖ,
τὰ δὲ πρὸc τέκνων διπλῆ,

desiderant alterius ordinis primam arsin. Quae ad metricam aptissime ita restituitur, ut antecedentis ordinis ultimum vocabulum in eam procurrat, ut in hac emendatione:

ὅτι cφιν ἤδη τὰ μὲν ἐκ δόμων νοcώ-
δη, τὰ δὲ πρὸc τέκνων διπλῆ.

Hactenus de ordinibus iambicis.

IV. DE INCISIONIBUS INTER SINGULA IAMBICA METRA ET ALIENOS NUMEROS OBSERVATIS.

Miraberis fortasse, quod, cum iambicis ordinibus adiecerimus anaclomenos, in ea parte, quae praecedebat, ubi de metris inter se colligandis sermo erat, omisimus integra metra cum anaclomenis coniuncta, etsi artis aliquid iis inesse pp. 256. 283. indicatum est. Quam quaestionem merito nobis videmur in eam partem distulisse, ad quam nunc accedimus, quae ex proposito nostro erit de synaphiae inter singula iambica metra et alienos numeros rationibus. Nam cum idem fuerit colligandi usus, sive alius quidam numerus sequeretur, sive metrum anaclomenum — nisi quod in hoc genere paulo minor severitas erat quam in illo — ne distraherentur quae natura conciliata essent, omnia uno tempore transigere maluimus. Inter singula igitur metra et anaclomena, ut in trimetris mediam, quam dicimus, caesuram, caverunt, ne diaeresin intermitterent. Cuius rei causam eam opinamur esse, ne inter duas concurrentes arses quod spatii necesse erat fieri vocabuli terminatione augeretur. Quod ad evitandum satis erat, si verbum quatenuscumque ex antecedente integro metro in anaclomenum porrigebatur, sed tulit poetarum ars, ut plerumque

Digitized by Google

verbum post anaclomeni priorem arsin definirent, quae eadem caesura est, quam in ordinibus anaclomenis latissime patere invenimus. Caesura si fieri non poterat, diaereseos offensioni tollendae primum ita consuluerunt, ut vocabulum ex integro metro in anaclomenum continuarent. Reliqua, quae adhibuerunt remedia eadem sunt, quibus mediam caesuram in trimetris sublevaverunt, qua de re cf. p. 263 sqq. Itaque, si erat diaeresis, aut verbum praeire debebat monosyllabum, aut elisio, aut denique sequi verbum monosyllabum. Iam videamus, qui sit uniuscuiusque in hac re usus.

Apud Aeschylum longe maxima pars horum ordinum caesuram habet, ut

Agam. 211—13 θυτὴρ γενέcθαι θυγατρόc,
γυναικοποίνων πολέμων ἀρωγάν.

cf. Agam. 133. 221—23. 738 = 745. Pers. 990. 991 = 1001 Prom. 128—30 = 145—47. 133. 134 = 151. 404. 409. Sept. 710. Suppl. 507 = 514. 511. 748 = 755.

Missa caesura ubi verbo continuando, sicut diximus, operam dederunt, saepius priore anaclomeni thesi illud terminatum est, ut apud Aeschylum

Choeph. 48 δνόφοι καλύπτουcι δόμουc.
= 58 μένει χρονίζονταc ἄχη (βρύει),

sic enim Dindorfius emendavit pro χρονίζοντ' ἄχη postquam Hermannus βρύει delevit.

Pers. 1000 τραπέντα ναύφαρκτον ἐρεῖc ὅμιλον.
Prom. 131 μόγιc παρειποῦcα φρέναc.
Suppl. 518 γενοῦ πολυμνῆcτορ ἔφαπτορ Ἰοῦc.

Nulla est certa incisio

Prom. 148 πέτρᾳ προcαυαινόμενον.
150 νέοι γὰρ οἰακονόμοι.

Mitigatur diaeresis antecedente verbo monosyllabo in tribus ordinibus

Prom. 401 cτένω cε τᾶc οὐλομέναc.
411 cτένουcι τὰν cὰν cυνομαι-μόνων.
Sept. 703 πέφρικα τὰν ὠλεcίοι-κον.

Haec fere apud Aeschylum integra metra cum anaclomenis coniuncta. In omnibus his ordinibus nullus est, ubi nuda diaeresis intercedat.

Cum Aeschylo Sophocles in eo consentit, quod caesuram praevalere vult, ut

Phil. 1136 ὁρῶν μὲν αἰcχρὰc ἀπάταc.

Digitized by

cf. Ai. 227. 390. 705 = 718. 1199. Ant. 791. 792. 795. 839. El. 823. 1058 = 1070. Phil. 1159. 1160. Trach. 117, 18 = 127, 28.

Dimeter Ai. 1211, qui respondet versui 1199, corruptus legitur in libris

καὶ πρὶν μὲν ἐννυχίου,

ut ambiguum sit, quae fuerit eius incisio. Emendationem dedit G. Wolffius hanc:

καὶ πρὶν μὲν αἰὲν νυχίου,

qua probabilem utique in modum caesura huic ordini restituitur.

Verbi terminatio cadit post priorem anaclomeni brevem

Ai. 251 τοίας ἐρέςςουςιν ἀπει-λάς.
Ant. 781 ἔρως ἀνίκατε μάχαν.
Trach. 126 χρῆναί ς᾽· ἀνάλγητα γὰρ οὐδ᾽.

Alia est verbi continuatio

Ant. 785 φοιτᾷς δ᾽ ὑπερπόντιος ἔν.
857 ἔψαυςας ἀλγεινοτάτας.

Diaeresin praecedit vocula monosyllaba

Ant. 782 ἔρως, ὃς ἐν κτήμαςι πί-πτεις.
806 ὁρᾶτ᾽ ἔμ᾽, ὦ γᾶς πατρίας πολῖται.
= 823 ἤκουςα δὴ λυγροτάταν ὀλέςθαι.
OR. 463 τίς ὅντιν᾽ ἁ θεςπιέπει-α.
= 473 ἔλαμψε γὰρ τοῦ νιφόεν-τος.
Phil. 135 τί χρή, τί χρή, δέςποτά, μ᾽ ἐν ξένᾳ ξένον.
Trach. 116 οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ.

Duobus locis praegrediente elisione diaeresis lenitur,

El. 836 οἶδα γὰρ ἄνακτ᾽ Ἀμφιάρεων.
Phil. 1137 ςτυγνὸν δὲ φῶτ᾽ ἐχθοδοπόν,

ubi elisio simul monosyllabum facit antecedens verbum.

Restat unus, ubi Sophocles nullo adhibito levamento diaeresin sibi permisit, versus

Ai. 375 κλυτοῖς πεςὼν αἰπολίοις.

Totum igitur usum si spectamus, Sophocles paulum recessit ab Aeschyli severitate, hic enim in triginta septem, quos numeramus, ordinibus viginti septem habet caesura incisos, ille in triginta quinque undeviginti. Euripides denique tantum fere distat a Sophocle quantum Sophocles ab Aeschylo, id quod praeclare ostendit tempore progrediente lapsam paulatim esse artem, ut iam non caesurae tantopere

Digitized by Google

studere viderentur, quam evitandae diaeresi. Sed singillatim videamus de Euripide. Caesura est, ut

Her. 639 βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων.

cf. El. 181 = 205. 472. Hel. 521. 1338. 1452. 1457. Her. 369. 657. 764. Hipp. 128 = 138. 147. Iph A. 1036 = 1058. Med. 431 = 439. Or. 811 = 823. Phoen. 236. Suppl. 975.

Post anaclomeni metri priorem brevem verbum terminatur

El. 460 ἁλὸς ποτανοῖσι πεδί-λοισι.
Hel. 1468 χρόνῳ ξυνελθοῦσα χοροῖς.
Her. 368 ξύνοιδε Πηνειὸς ὁ καλλιδίνας.
Or. 826 Τυνδαρὶς ἰάχησε τάλαι-να.

Verbum ultra extenditur

Hel. 1451 Φοίνισσα Σιδωνιὰς ὦ.
1466 παρ' οἶδμα Λευκιππίδας ἢ πρὸ ναοῦ.
1471 ὃν ἐξαμιλλησάμενος.
Hipp. 157 λιμένα τὸν εὐξεινότατον ναύταις.
Or. 814 οἰκτρότατα θοινάματα καί.

Diaeresin praecedit vocabulum monosyllabum

Hel. 1454 χοραγὲ τῶν καλλιχόρων.
Her. 352 ἐγὼ δὲ τὸν γᾶς ἐνέρων τ' ἐς ὄρφναν.
687 παιᾶνα μὲν Δηλιάδες.
773 μέλουσι καὶ τῶν ὁσίων ἐπᾴειν.
Hipp. 1142 ἐγὼ δὲ σᾷ δυστυχίᾳ.
Phoen. 1509 τίς Ἑλλὰς ἢ βάρβαρος ἤ.

Elisio facta est ante diaeresin

Hel. 1337 ἐπεὶ δ' ἔπαυσ' εἰλαπίνας.
Her. 353 μολόντα, παῖδ' εἴτε Διός νιν εἴπω,

quem in ordinem idem cadit, quod supra ad Soph. Phil. 1137 annotavimus.

Duos ordines Hel. 1353, 54

ὧν οὐ θέμις οὔθ' ὁσία
ἐπύρωσας ἐν θαλάμοις

strophae numeri arguunt in dimetros redigendos esse ex integro metro et anaclomeno compositos. Dubia est emendatio, quia ne de sensu quidem satis constat. Hermannus sicut scribi voluit,

ὧν οὐ θεμίστ' οὐδ' ὁσία,
πύρωσας ὄμμ' ἐν θαλάμοις,

in utroque ordine diaeresi elisio praemissa est.

Digitized by Google

Potuit diaeresis ita mitigari, ut monosyllabum in priore anaclomeni metri arsi collocaretur; id artificium, ab Aeschylo et Sophocle repudiatum, Euripides in usum vocavit, ut

Hel. 1465 ἤ που κόρας ἂν ποταμοῦ.
Her. 673 οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας.
Ion. 1074 αἰσχύνομαι τὸν πολύυ-μνον.

Singularis quaedam condicio est ordinum

Her. 763, 65, 66 χοροὶ χοροὶ καὶ θαλίαι.
μεταλλαγαὶ γὰρ δακρύων,
μεταλλαγαὶ συντυχίας.
= 772, 74, 75 θεοὶ θεοὶ τῶν ἀδίκων.
ὁ χρυσὸς ἅ τ' εὐτυχία
φρενῶν βροτοὺς ἐξάγεται,

quorum singula metra suo iure laudavit Wilamowitzius[1]) desinentibus vocabulis significari. Tamen diaereseos offensionem deminutam certe voluisse Euripidem apparet. Nam in v. 774 simul monosyllabum simul elisio praecedit, sequitur monosyllabum in 763, 65, 72. Denique in 766 = 75 ea, quae anaclomenum explent, verba ita composita sunt, ut etiam hic monosyllabum diaeresi succedere videatur.

Idem remedium, opinor, adhibitum est dimetro

Ion. 1090 ὁρᾶθ' ὅσοι δυσκελάδοι-σιν.

Postremo

Hipp. 877 βοᾷ βοᾷ δέλτος ἄλαστα. πᾷ φύγω

antecedente conduplicationis figura βοᾷ βοᾷ propter verba diaeresis molliri non potuit.

Hi fere sunt ordines Euripidei, qui consociatum habent integrum metrum cum anaclomeno. Itaque, quod supra adumbravimus inde ab Aeschylo magis magisque crevisse caesurae incuriam, certis iam numeris comprobari licet. Apud Aeschylum autem et Sophoclem quae rationes intercedant inter observatas caesuras et neglectas, brevi ante indicavimus, apud Euripidem in quinquaginta duobus ordinibus viginti admodum duo caesurae artificio insigniti sunt. Ad centena ut omnia revocemus, apud Aeschylum septuageni terni sunt cum caesura, apud Sophoclem quinquageni quaterni, apud Euripidem quadrageni bini.

Quaerendum deinceps est, quomodo singula iambica metra cum alienis numeris colligata sint, scilicet aeolico et dactylico, eae enim compositiones imprimis colebantur a poetis. Et solemnis erat ordo

---

1) Her.[2] II. p. 166.

Digitized by Google

ex integro metro et glyconeo II compositus, is, cui Hephaestio nomen indidit alcaico dodecasyllabo.[1]) Quo in ordine summopere caesuram consectati sunt post primam glyconei syllabam, eaque apud ipsum Alcaeum est in eo, quod Hephaestio servavit, exemplo

frgmt. 62 B κόλπῳ c' ἐδέ-
ξανθ' ἁγναὶ Χάριτες Κρόνῳ.
Soph. Ai. 599, 600 ἐγὼ δ' ὁ τλά-
μων παλαιὸc ἀφ' οὗ χρόνοc.
= 612, 13 ὃν ἐξεπέμ-
ψω πρὶν δή ποτε θουρίῳ.
601, 02 Ἰδαῖα μί-
μνων λειμώνι' ἔπαυλα μή-λων.
= 614, 15 κρατοῦντ' ἐν Ἄ-
ρει· νῦν δ' αὖ φρενὸc οἰοβώ-ταc.

v. 602 scripsimus λειμώνι' ἔπαυλα ex Lobeckii elegantissima coniectura pro λειμωνίᾳ ποίαι.

622, 23 ἤ που παλαι-
ᾷ μὲν cύντροφοc ἁμέρᾳ.
= 635, 36 κρείccων γὰρ Ἅι-
δᾳ κεύθων ὁ νοcῶν μάταν.
624, 25 λευκᾷ δὲ γή-
ρᾳ μάτηρ νιν ὅταν νοcοῦν-τα.
= 637, 38 ὃc ἐκ πατρῴ-
αc ἥκων γενεᾶc ἄρι-cτοc.
Trach. 856 ἰὼ κελαι-
νὰ λόγχα προμάχου δορόc.

Praeterea tres loci sunt, ubi Sophocles neglecta caesura diaereseos difficultatem sublevavit, iisdemque remediis, quae sequente metro anaclomeno adhibita esse invenimus. Bis enim glyconeo praemisit verbum monosyllabum, quos locos valde mirum alterum alteri respondere,

El. 479, 80 ὕπεcτί μοι
θάρcοc, ἁδυπνόων κλύου-cαν.
= 495, 96 πρὸ τῶνδέ τοι
μ' ἔχει μήποτε μήποθ' ἡ-μίν.

480 θάρcοc scripsimus sicut L²P, θράcοc L. 496 ἔχει ambigua lectio propter sensum et numerorum responsionem, sed vide Kaibel, Electra p. 151; de trochaica et iambica basi inter se respondentibus cf. Phil. 1125 = 1148.

---

1) p. 64.

Digitized by Google

Trach. 845 γνώμας μολόντ'
ὀλεθρίαισι συναλλαγαῖς,

sic enim plerique scribunt pro ὀλεθρίαις ξυναλλαγαῖς. Quae si genuina est lectio, diaeresis lenitur intermissa elisione, in quo nihil esse, quod contra metricam faciat, quivis iam intellegit. Quamquam nulla est apud Sophoclem praeter hunc locum solutae et insolutae (856) baseos responsio. Et eam ob causam haud improbabilis videtur Hermanni coniectura

γνώμας μολόν-
τα στυγναῖσι συναλλαγαῖς,

quae praeter restitutam caesuram bases inter se aequavit. Sed ut istam responsionem in medio relinquamus, talis, qualem supra diximus, diaeresis non facit mutandi necessitatem.

Eur. El. 169 ἔμολέ τις ἔμο-
λεν γαλακτοπότας ἀνήρ.
= 192 χρύσεά τε χάρι-
σιν προθήματ' ἀγλαΐας,

de responsione vide p. 283 annot.

Hec. 925, 26 χρυσέων ἐνόπ-
τρων λεύσσους' ἀτέρμονας εἰς αὐγάς.
= 935, 36 σεμνὰν προσί-
ζους' οὐκ ἤνυσ' Ἄρτεμιν ἁ τλάμων.

Ordo compositus est ex integro metro et glyconeo III, accedentibus duabus longis, quarum natura adhuc parum mihi explorata est.

Integrum illud metrum si in bacchiacam formam vertebatur, diaeresi a proximo glyconeo terminari debebat, ut

Pind. Nem. VI. str. 1, 2 ἓν ἀνδρῶν
ἓν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς.

Sophocles, qui, quantum equidem video, unus tragicorum eo genere usus est, aequabilitatis causa glyconeum ab iambica basi incipientem fecit, ut

Ai. 1205, 06 ἐρώτων
δ', ἐρώτων ἀπέπαυσεν, ὤ-μοι.
1217, 18 γενοίμαν
ἵν' ὑλᾶεν ἔπεστι πόν-του.
OC. 119, 20 ὁ πάντων
ὁ πάντων ἀκορέστατος.
= 151, 52 δυσαίων
μακραίων θ' ὅσ' ἐπεικάσαι.

Digitized by Google

123, 24 πλανάτας
πλανάτας τις ὁ πρέσβυς, οὐδ'.
= 155, 56 περᾷς γάρ,
περᾷς· ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀ-φθέγκτῳ.
130, 31 ἀδέρκτως
ἀφώνως ἀλόγως τὸ τᾶς.
= 162, 63 φυλάξαι·
μετάσταθ', ἀπόβαθι. πολ-λά.

Quorum in pluribus figurae artificio diaeresis denotatur, cf. p. 257.

Sequitur, quae memoranda sit, integri metri cum ordine dactylico coniunctio. In quo ad eandem, quam alias cognovimus, normam caesura interposita est post primi dactyli arsin, ut adnexo tetrametro catalect. in bisyllabum

Aesch. Agam. 108 ὅπως Ἀχαι-
ῶν δίθρονον κράτος, Ἑλλάδος ἥβας.
= 122 χρόνῳ μὲν ἀ-
γρεῖ Πριάμου πόλιν ἅδε κέλευθος.
113 φανέντες ἴ-
κταρ μελάθρων χερὸς ἐκ δοριπάλτου.
= 127 στρατωθέν. οἴ-
κῳ γὰρ ἐπίφθονος Ἄρτεμις ἁγνά.
frgmt. 132 Φθιῶτ' Ἀχιλ-
λεῦ, τί ποτ', ἀνδροδάϊκτον ἀκούων.
282 κυρεῖν παρα-
σχὼν ἰταμαῖς κυσὶν ἀεροφοίτοις.
Soph. OR. 175 ἄλλον δ' ἂν ἄλ-
λῳ προσίδοις ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν.
= 186 παιὰν δὲ λάμ-
πει στονόεσσά τε γῆρυς ὅμαυλος.
Eur. Hipp. 1104 λύπας παραι-
ρεῖ· ξύνεσιν δέ τιν' ἐλπίδι κεύθων.
= 1113 τύχαν μετ' ὄλ-
βου καὶ ἀκήρατον ἄλγεσι θυμόν.

Ordo igitur ex integro iambico metro et tetrametro dactylico compositus ad communem poetarum usum redit. Praeterea pro tetrametro dactylico pentameter est

Aesch. frgmt. 238 κύδιστ' Ἀχαι-
ῶν Ἀτρέως πολυκοίρανε μάνθανέ μου παῖ.

Alios ordines dactyl. subiunxit Euripides

Hec. 654 τέκνων θανόν-
των τίθεται χέρα δρύπτεταί τε παρειάν,

versus constat ex metro iambico, trimetro dactylico, dimetro, utroque catalect. in bisyllabum.

Digitized by Google

Or. 1478, 79 ἔναντα δ' ἦλ-
θεν Πυλάδης ἀλίαστος,

ubi trimeter dactylicus adiunctus est catal. in bisyll.

Duobus locis satis habuit Euripides cavere, ne nuda diaeresis esset,

Alc. 903, 04 ἐμοί τις ἦν
ἐν γένει, ᾧ κόρος ἀξιόθρηνος.
= 926, 27 παρ' εὐτυχῆ
σοὶ πότμον ἦλθεν ἀπειροκάκῳ τόδ',

in stropha ita, ut monosyllabum poneret id, quod diaeresin antecedit, verbum, in antistropho id, quod sequitur. Hoc tamen remedio ad leniendam diaeresin nemo usus est nisi Euripides, ut manifestus sit eorum error, qui iambicum metrum praeire dictitant

Soph. Trach. 94 ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζόμενα τί-κτει.
= 103 ποθουμένᾳ γὰρ φρενὶ πυνθάνομαι τάν,

ipsa enim diaeresis antecedente plurium syllabarum verbo hanc mensuram excludere videtur, neque in dubio habeo, quin illa pro suppressa thesi accipienda sit, ut vulgo thesium suppressiones diaeresi significantur. Quapropter catalecticum hunc ordinem vocabimus Reizianum *Quid dedicatum,* qui et integer et decurtatus numero dactylo-epitritico admisceri solet.

Diaeresin necesse est intercedere — eam autem rem supra perstrinximus — si is, qui iambico metro adnexus est, ordo a duabus brevibus incipit, ut

Soph. OR. 173 ἰηίων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες.
= 184 λυγρῶν πόνων ἱκετῆρες ἐπιστενάχουσιν.
Eur. Med. 206 τὸν ἐν λέχει προδόταν κακόνυμφον.
Phoen. 128 γίγαντι γηγενέτᾳ προσόμοιος,

ubi pro diaeresi est commissura verbi compositi.

V. DE INCISIONIBUS INTER ORDINES IAMBICOS ET ALIENOS NUMEROS OBSERVATIS.

In meris iambis ut distinguendum erat inter eam compositionem, quae fit ex singulis metris, et eam, quae ex ordinibus, ita etiam, ubi alii praeter iambos numeri adhibentur. Singula enim metra, cum breviora essent, quam ut per se ordinem conficere possent, nisi quod baccheus ad diaeresin propensior erat (p. 380), sequens thesis bisyllaba verbo continuando resistebat (p. 382), quam artissime cum proximo ordine colligari voluerunt, quocum quasi in unum coalescerent. Itaque maxime caesurae operam dederunt, diaeresin nisi artificiis quibusdam lenitam aspernati sunt. Contra ordines iambici, i. e. plurium metrorum complexus, et diaeresin patiuntur intercedere et caesuram, quod

Digitized by Google

historia autem dialogorum academicorum explorata manifestum erit quas leges recensio sequi debeat. praeter quod perspectum habebimus qui codices ex libris deperditis apti sint, etiam patebit num illa quibus recensionem niti oportet exempla in classes distinguere ad textum recte constituendum expediat. libros complures quorum communis fons amissus insigni lectionum consensu indicetur classi certa comprehendere ad recensendum Platonem perutile esse negari nequit; at ut suspicio non abest quin quidam codices Platonis singuli e compluribus fontibus suspensi sint, ita fore ut ea quae ex condicione nostrorum librorum de familiis eorum efficiuntur, testimoniis aut certius probentur aut corrigantur putandum est. etiamsi plurimis locis libri Platonici in easdem partes discedant, tamen ad rem criticam in Platone factitandam distinctio classium nullum usum afferet, nisi singulis libris singularum familiarum inter se consentientibus totam traditionem Platonicam praeberi certum habuerimus. — quantum vero ad priscam Platonis memoriam via ac ratione resuscitandam scire intersit, utrum ex uno an e compluribus exemplis veterum nostri libri pendeant, non est quod explicem.

verum ut quaestio de historia dialogorum Platonis instituta praemunita via ad umbilicum adducatur, porro monendum est suam quemque dialogum disputationem requirere. nam non modo libri et numero et genere diversi diversos dialogos nobis suppeditant, verum etiam eorundem codicum indolem in aliis dialogis aliam esse docti dudum viderunt. Vaticani 225 partem maiorem de Bodleiano

Digitized by Google

descriptam esse Schanzius detexit[1]); quem tamen librum in quibusdam dialogis ut in Phaedone a *B* solo derivari non posse constat. in toto codice Bessarione possessore nobilitato eadem scriptura speciosa obviam est[2]); fontes libri quam maxime variant.[3]) verendum igitur est, ne qua membrana recentissima, etiamsi in non nullis dialogis utpote a libro servato ducta neglegi debeat, in scriptis ab antiquis praecipue perlectis[4]) memoria lautiore utatur.

neque diu dubius haerebam, a quonam dialogo in comparandis testimoniis cum codicibus Platonis exordium sumerem. nimirum a scriptis libro Oxoniensi traditis incipere par fuit; inter haec autem praeter Erastas Phaedonem id esse constat in quo memoria librorum Platonicorum ipsa maxime variatur.[5]) idcirco non sine causa in hoc dialogo primo quaerendum putavi, quibus potissimum libris singula testimonia astipulentur.

praeter ceteros autem scriptores, qui Platonica suis operibus inseruerunt, excerptorum et numero et amplitudine excellit Ioannes Stobaeus. anthologium Ioannis propter causas complures mihi maxime idoneum visum est, a quo quaestio de historia dialogorum Platonis ordiretur. primum enim scriptorem cadentis graecitatis electum volui; nam quae genera memoriae Platonicae Photi temporibus viguere, ea, si modo priscae originis sunt, apud scriptores exeunte antiquitate florentes potissimum indagari posse putandum est. deinde certae causae suadebant, ut ceteris infimae aetatis excerptoribus Stobaeus anteferretur. philosophos enim neoplatonicos atque scriptores christianos, qui suarum argumentationum verbis verba Platonica intexuerunt, hic illic a memoria quae eis ante oculos erat recessisse, menda scripturae sustulisse suspicio est; at eclogario qui id tantum ageret, ut excerpta in opere recepta titulis accommodata essent quos cuique capiti praefixerat, singulis locis lectionem exemplaris adhibiti recognoscere cura remotior erat. ita fidelissime apud gnomologum priscam Platonis traditionem redditam esse veri simile videtur. nec non ideo in hac quaestione Stobaeum evolvere fas est, quia diversa genera memoriae Platonicae in opere eclogarii obviam fieri merito sumitur.

de Phaedone

priusquam Stobaeanae lectiones Phaedonis[6]) cum lectionibus librorum Platonis componantur, praeter ea quae iam in universum de codicibus

---

1) cf. Studien p. 51. 2) cf. Studien p. 4.

3) cf. Schanz, Platocodex p. 89 sq.

4) traditum est non nullos dialogos a veteribus praeter ceteros tractatos esse. cf. Hermann, Plat. VI p. 219.

5) cf. Schanz, Studien p. 48.

6) tantum non omnes loci Phaedonis a Stobaeo citati in ea parte anthologii quam Wachsmuth et Hense edidere reperiuntur. inter ampliores

Digitized by Google

Platonicis dicta sunt, etiam non nulla de numero et condicione librorum Phaedonem continentium praemittere necessarium est. Schanziana dialogi recensio libris scriptis quattuor, Bodleiano *B* Crusiano *C* Venetis *D* et *E* nititur, quorum libros *BCD* vinculo necessitudinis artissimo inter se coniunctos esse neminem fallere potest, ita ut hi libri memoriam classis prioris a Schanzio statutae exhibeant. ex altera autem parte unum Venetum *E*, codicem in usum Bessarionis cardinalis, discipuli Gemisti Plethonis scriptum editor sibi quasi exemplar totius familiae sumpsit, eiusque scripturas non minore diligentia adnotavit quam lectiones librorum multo vetustiorum *BCD*. verum nunc Schanzius ne ipse quidem quattuor illos libros, quorum lectiones in adnotatione critica congessit, archetypos omnium librorum Phaedonis esse iudicat. familiae quam dixit priorem praeter *BCD* etiam codices quattuor, quos Bekker notis *ΔΦGs* signavit, attribuit.[1]) deinde ab illis septem libris unius generis Bekkerianos *ΛCEHJL*[2]) maxime discrepare censuit, qui omnes a Veneto *T*[3]) derivati fidelissime memoriam alterius familiae librorum Phaedonis offerrent. simul certo limite duas classes librorum distingui non posse Schanzius concedens non nullos codices in parte priore ab altera familia, in posteriore a priore stare edixit. atque inter huiusmodi libros in libello qui inscribitur 'Ueber den Platocodex der Markusbibliothek'[4]) ipsum Venetum *E* nunc numeravit quem tunc cum Phaedonem edebat, idoneum putabat, qui instar omnium librorum alterius classis imaginem repraesentaret. quae cum ita sint, praeter Schanzianos etiam Bekkerianos libros in censum vocandos esse patet.[5])

earum quas Stobaeus e Phaedone desumpsit eclogarum prima ὡς ἄτοπον . . . ἡδύ (p. 60 B—C) reperitur in libri I capite L (Wachsmuth I p. 477, 22—478, 9) praemisso lemmate Πλάτωνος ἐκ τοῦ Φαίδωνος. differentia scripturae haec est:

---

eclogas unius memoriam (c. 120, 31 βαβαί . . . ἀπαλλάττεσθαι p. 84 D—85 B) ex apparatu Gaisfordiano petivi. — deinde praemitto in constituendis gnomologii verbis lectiones alterius manus codicis Parisini 'Eclogarum' (cf. Wachsmuth, prol. p. 27) plane omittendas esse. eas enim Elter e codicibus Platonicis interpolatas esse mihi affirmavit.

1) cf. Platocodex p. 66.

2) distinguendi sunt Bekkeri *C* (Parisinus 1809) et Schanzi *C* (Tubingensis); item Bekkeri *E* (Parisinus 1811) et Schanzi *E* (Bekkeri *Ξ*).

3) varias lectiones huius libri nondum publici iuris factas esse sane dolendum est 4) p. 66 et p. 89—108.

5) quia tamen Schanzi notas librorum quoad attulit cum Wachsmutho et Henseo editoribus Stobaei usurpare volui, sigla Bekkeriana uncis saepsi; quo factum est ut nil incommodi habeat quod litterae *C* et *E* alios libros apud Schanzium, alios apud Bekkerum significant. hac igitur sedecim notae in tabellis variarum lectionum obviam erunt *BCDE* (*ΔΦGsΛCEHJLTΓ*). praeterea uno quoque loco invenies notam *v* qua codices reliqui praeter eos quorum propria nota adscripta est comprehenduntur. de *d*[1] quid valeat cf. Schanz, ed. p. 89, 3. Studien p. 5.

Digitized by Google

p. 60 B = 477,	22 ἔοικεν = d^1 (*ΔΦGs*)	ἔοικέ τι *BCEv*
	22 τοῦτο = *B C d^1 Ev*	om. (*G*)
	24 — — εἶναι = *B C d^1 Ev*	εἶναι καὶ (*Δ*)
	24 τὸ λυπηρὸν = *B C d^1 Ev*	λυπηρόν (*ΦΔEJΓ*)
	24 — τῷ ἅμα = *E b d^2 v*	τὸ ἅμα *B C d^1* [1])*)
	24 — — αὐτῷ = *B C d^1 Ev*	αὐτὸ (*ΔJ*) : om. (*s*)
	25 — θέλειν = *Ev*	ἐθέλειν *B C d^1* (*ΔΦGsC*)[2])
	25 — παραγίγνεσθαι = *B*	παραγίνεσθαι *C E d^1* [3])
478,	1 — — ἕτερον = *B C d^1 Ev*	ἕτερον ἕξη (*J*)
	1 καὶ λαμβάνῃ = *B d^1 Ev*	καὶ καταλαμβάνῃ *C*
	1 τι = *B C d^1 Ev*	τι αὐτὸν (*Δ*)
	1 ἀναγκάζεσθαι ἀεὶ = *Ev* : καὶ pro ἀεὶ (pr. *G*) : ἀεὶ ἀναγκάζεσθαι (*Φs*)	ἀναγκάζεσθαι *B C d^1* (*Δ*)
	1 — — ἀναγκάζεσθαι = *B C d^1 Ev*	ἀναγκάζεται (*Γ*)
	2 ἡμμένω = *E d^2 v*	συνημμένω *B C d^1* (*ΔΦG*) : συνηρημμένω (*s*)
	2 — — — δυοῖν τε	δυ' ὄντε *B C d^1 v* : δύω ὄντε *E*
p. 60 C	5 — ἐπειδὴ = *B C d^1 Ev*	ἐπεὶ (*J*)[4])
	5 — ἐδύνατο = *B Ev*	ἠδύνατο *C d^1* (*ΔΦGsC*)[5])
	5 — συνῆψεν = *B C Ev*	ξυνῆψεν d^1 (*ΔΦs*)[6])
	5 αὐτῶν = *Ev*	αὐτοῖς *B C d^1* (*ΔΦs*)
	6 — — — ὧν	ᾧ Plat.
	7 — — ὥσπερ οὖν καὶ αὐτῷ = *B C d^1 Ev*	ὥσπερ οὖν καὶ αὖ om (*s*)
	8 — αὐτῷ μοι = *B C d^1 Ev*	αὐτῷ ἐμοὶ (*J*)
	8 ἦν ἐν τῷ σκέλει = *B C Ev*	ἐν τῷ σκέλει ἦν πρότερον (*Φs*): ἦν ἐν τῷ σκέλει πρότερον d^1 (*ΔG*)
	9 ἀλγεῖν = *Ev*	ἀλγεινὸν *B C d^1* (*ΔΦG* et rc. *ΓC*)
	9 — — δὴ = *B C d^1 Ev*	δὲ (*J*)

varias lectiones quas plurimas locus brevissimus offert, diversum ad quaestionem solvendam valere consentaneum est. qua de re varietatem scripturae in certae rationis tabellam redactam proposui, ita ut uno conspectu lectiones vim similem habentes comprehendantur, dissimiles distinguantur. tota autem lectionis varietas in genera duo dividitur, quorum alterum eos locos complectitur ubi Stobaeus a singulis partibus nostrae memoriae Platonicae discrepat, alterum eos ubi gnomologus ab universa traditione codicum Platonicorum abhorret. deinde prior lectionum classis rursus in tres partes secanda est. eos enim locos ubi Stobaeus a singulis pluribusve libris Platonicis propter menda plana eorum dirimitur a ceteris differentiis eius-

*) Numeri qui in hac sequentibusque tabellis leguntur ad appendicis numeros referendi sunt.

Digitized by Google

dem classis secernere necessarium est: scripturis quas cuique originis recentissimae esse sumere licebit nullum traditionis discrimen efficitur; cum igitur iam in inlustrando quantum quisque codex Platonis a Stobaeo distet, locorum quos dixi nullam mentionem facere in rem est, tum maxime in processu quaestionis iuvabit, quae menda aperta singularum familiarum codicum Platonicorum propria sunt, ea ab initio extra rationem reliquisse. nam explorato qui codex Platonicus a Stobaeo proxime absit, num pro archetypa huius libri memoria recensio apud eclogarium obvia haberi possit quaerendum erit. quo in genere monendum est libros Stobaeo familiares a memoria apud eum reperta descendisse nullo iure dici, nisi peculiares lectiones, si quae sunt horum librorum tam ab excerptore quam ab aliis codicibus Platonis abhorrentes spurias esse apparuerit. ut igitur codicum qui ante alios cum Stobaeo conspirant proprietates omnes diligenter examinare necesse erit, ita de erratis horum librorum certissima quaeque a principio submovere ex re est. atque etiam illorum librorum menda manifesta qui praeter ceteros a Stobaeo abhorrent, a bonis eorum et dubiis scripturis segregata habere commodum est. cum enim ad illam quaestionem ascenditur, utrum nulla nisi ea librorum Platonis pars cuius memoria gnomologo praecipue probatur a traditione eius prognata sit, an demum post Stobaeum memoria Platonica in classes quae extant discesserit, in singulas lectiones librorum ab eclogario maxime discrepantium inquirendum erit. qua ab quaestione eas scripturas remotas esse expedit quas ultra Stobaeum recedere demonstrari posse sane desperandum est.

verum etiamsi illas memoriae differentias quae ex vitiis planis singulorum codicum Platonis originem trahunt spreveris, tamen ne reliqui quidem loci ubi libri philosophi fluctuant, pariter omnes idonei sunt ex quibus quae ratio inter classes librorum et Stobaeum intersit cognoscatur. nam ubi minutiis codices Platonici inter se discrepant veluti usu formarum[1]) rebusque orthographicis[2]), consensui partis alterutrius eorum cum Stobaeo aut nullum aut parvum pondus inest. et vilissimos quidem illos locos esse patet ubi eclogarius et pars librorum ea forma congruunt quae sola Platone digna, cui quae obstat a scriptore Attico aetatis qua Plato scripsit aliena est.[3]) nimirum formas subditivas paucarum membranarum Platonis proprias item ut singulorum codicum lectiones prorsus insanas e recenti lapsu scribarum ortum trahere sumi debet. eorum autem locorum ubi de formis agitur quibus quae obstant et ipsae Platonicae procul dubio sunt[4]), cautum puto tunc demum rationem habere, cum quid rei sit differentiis gravioribus[5]) explanatum est. maxime vero illi loci inter

---

1) cf. θέλειν ἐθέλειν, γίγνεσθαι γίνεσθαι, ἐδύνατο ἠδύνατο, σύν ξύν, μοί ἐμοί.
2) cf. τῷ τό. 3) cf. e. g. ἐδύνατο ἠδύνατο. 4) cf. e. g. μοί ἐμοί.
5) inter graviores differentias praecipue numeravi transpositiones verborum, mutata synonyma, verba addita aut neglecta excepto si καί pro τε καί, πάλιν pro πάλιν γε sim. posita inveni.

Digitized by Google

leniores differentias scripturae memorabiles esse videntur, ubi menda aperta textus Stobaeani in singulis libris Platonis recurrunt. atque hos locos ut ab iis secernerem quibus quasi fundamento quaestionem niti volui, a me impetrare non potui; locis ceteris qui ad res minutas casui atque licentiae scribarum obnoxias spectant classis altera earum lectionum variarum constituitur quas tacite extra disputationem relinqui iustum sit.

has rationes secutus tabellam ita instruxi, ut in fronte eius de lectionibus quae Stobaeo cum singulis partibus nostrae memoriae communes sunt eae quae spuriae videntur omnes, reliquae, dubiae et verae, tantum ex parte legantur; de dubiis eae desunt quibus lenior differentia memoriae subest, de veris eae quae certissimis vitiis singulorum vel paucorum librorum Platonis opponuntur. cui primae classi lectionum Stobaei e dextra columna tabellae scripturas eiusmodi respondere videbis quae singulis libris Platonicis vel familiis singulis eorum traditae aut verae sint aut veritatis speciem quamvis parvam praebeant. una autem lineola a numeris paginarum remotos eos locos invenies, ubi Stobaeus cum quibusdam codicibus Platonis formis rebusque minutis talibus congruit quas aut pateat e stilo Platonis fluxisse aut scripturis obstantibus pares esse. quibus lectionibus in dextra laterculi columna scripturae aut vere ambiguae aut eae quae usu Platonico satis respecto improbandae sunt opponuntur. tertium denique tabellae locum illae Stobaei lectiones obtinent quae ut procul dubio genuinae sunt, sic in plerisque librorum Platonis recurrunt; quibus lectionibus errata plana singulorum pluriumve codicum Platonicorum respondent.

verum cum de locis quibus libri Platonis vacillant haud paucos in hac quaestione contemnendos esse probasse mihi videar, aliquotiens tamen rationem reddere par erit cur hos illos locos in numero neglegendorum recensuerim. his igitur ex adnotationibus appendicem[1]) factam vides, in qua indoles codicum singulorum Platonis tam mendis eorum gravioribus quam orthographia corrupta formis subditivis inlustrata est, deinde quorum verborum formam duplicem Plato adhibuerit, expeditum. quemadmodum autem qua orthographia quibus formis Plato usus sit singulis locis per se spectatis dispici non posse constat, ita ad eum locum quo diversa eiusdem vocabuli scriptura primo se obviam dedit, condicionem generalem unius cuiusque codicis Platonici librorumque Stobaeanorum adumbrare iustum putavi. certarum autem quarundam formarum explicato usu Platonico sic mihi indulsi ut in tabellis differentias ad formas easdem spectantes adnotare desisterem.[2])

---

1) notae in tabellis obviae, numeri per omnes eclogas ordine unico producti ad appendicem spectant.

2) ita semel significasse contentus fui scripturas γίνεcθαι pro γίγνεcθαι, ξυν pro cυν, αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ, οὕτω pro οὕτωc, δέ pro δαί, ἄν pro ἐάν, τὰ αὐτά pro ταὐτά, item omissionem litterae ν paragogicae.

Digitized by Google

haec de iis Stobaei lectionibus quae inter se discrepantibus libris Platonis in parte altera obviae, ab altera alienae sunt in classes tres distinguendis dicere habui. restant solius Stobaei scripturae peculiares quas potissimum qui omnia nostra exempla Phaedonis ex uno archetypo post Stobaeum scripto fluxisse probare in animo habent protracturos esse patet. verum huius quoque generis locos aliquot utique spernendos esse vix est quod moneam. ut enim lectiones testimoniorum propriae genuinae videantur oportet, si ex iis nostros libros Platonis artiore necessitudinis vinculo inter se coniunctos esse appariturum est[1]), ita quibus vitiis certis exempla quae exstant operis Stobaeani laborare conclamata res est, ea prorsus silentio praeteriri ratio postulat. huiusmodi igitur peculiaribus scripturis Stobaei seiunctis a reliquis quartum tabellae locum addixi; illas autem proprias lectiones gnomologi quibus qua veritatis species inest, plurimum a numeris paginarum distantes invenies.[2]) qui de his locis pro priscae memoriae Phaedonis vestigiis in nostris libris oblitteratis habendi sint, attento animo quaerere nostrum erit.

qua ratione in comparandis testimoniis cum libris Platonis laterculos variarum lectionum instituendos esse putaverim, exemplo eclogae ὡς . . . ἡδύ inlustratum habes; iam ex excerpti huius primi locis illis quibus momentum inest quid disci possit videndum est.

ac primum quidem quoniam ecloga ὡς . . . ἡδύ nullae propriae lectiones Stobaei offeruntur, eam ad probandam originem communem nostrorum exemplarium Phaedonis nulli usui esse apparet. deinde loci in fronte tabellae inspiciendi sunt quibus libri Platonis variantur. p. 477, 22 pro vulgata lectione ἔοικέ τι legitur in Vaticano (*Δ*) eiusque adseclis (*ΦGs*) ἔοικεν; idem testatur Stobaeus. tamen reliqua memoria peculiaris codicum (*ΔΦGs*) ab excerptore aliena est; discrepant enim hi libri singuli vel universi ab ecloga omisso p. 477, 22 τοῦτο, additis p. 478, 1 αὐτόν p. 478, 8 πρότερον. propius autem a vetustissimis membranis *BC* quam a recentioribus *E* (*ΛCEHJL*) familiam (*ΔΦGs*) abesse monendum est; p. 478, 2 συνημμένω libri *BC* (*ΔΦGs*) membranis *E* (*ΛCEHJLYΓ*) invitis tradunt; similiter p. 478, 1 ἀεί quod in *BC* deest neque in (*Δ*) invenitur neque in (*ΦGs*) a principio fuisse videtur; atque etiam duabus aliis scripturis, p. 478, 5 αὐτοῖς p. 478, 9 ἀλγεινόν, maior pars librorum (*ΔΦGs*) cum *BC* congruit. at ecce omnes eae lectiones quae consensu codicum *BC* (*Δ*) gravissimo probantur, apud Stobaeum desiderantur; nam cum libris *E* (*ΛCEHJL*) testatur gnomologus p. 478, 1 ἀναγκάζεσθαι ἀεί p. 478, 2 ἡμμένω p. 478, 5 αὐτῶν p. 478, 9 ἀλγεῖν. ergo horum recentium codicum memoriam

---

prorsus enotare neglexi differentias prosodiae nec non scripturam ει terminationis ηι (de qua cf. Meisterhans, gramm. inscr.³ p. 39 et 165. Schneider, Plat. Civ. I praef. p. 49 sq.). 1) cf. p. 412.

2) in ecloga ὡς ἄτοπον . . . ἡδύ nullum exemplum huius lectionum classis occurrit.

Digitized by Google

eclogae simillimam esse patet, plurimum autem ab ea distare Vaticani lectione ἔοικεν (p. 477, 22) respecta libros *BC* dicendum est. Crusianum vero etiam longius quam Bodleianum ab excerpto remotum esse censeas propter lectionem eius p. 478, 1 καταλαμβάνῃ. atque ea quae loci graviores docent comprobantur minutiis; cf. praecipue p. 477, 24 τῷ p. 477, 25 θέλειν. praeter ἔοικεν (p. 477, 22) et παραγίγνεσθαι (p. 477, 25) textus Stobaeanus idem est ac libri *E*.

brevi ecloga funditus eversa sententia Cobeti[1]) est qui peculiarem librorum recentiorum Platonis memoriam post Photium ortam esse voluit. Byzantinos eo quo liber *B* scriptus est anno varia traditione Phaedonis usos esse demonstratum habes. praeter Bodleianum etiam alterum fontem nostrae memoriae Phaedonis tunc extitisse in propatulo est, cuius imago praecipue ex libris *E* (*ΔCEHJL*), deinde ex (*ΔΦGs*) resuscitanda videtur.

perspecto autem nono saeculo p. Chr. n. memoriam Phaedonis in duas classes divisam fuisse quaerendum est ante Stobaeum an post eum discidium traditionis factum sit. quam ad quaestionem expediendam statuere oportebit, num omnes ab ecloga alienas lectiones singulorum librorum Platonis pro noviciis haberi liceat. ac potissimum quidem de iis scripturis agendum erit quae librorum *BC* (*Δ*) testimonio concordanti defenduntur. merito autem hi libri p. 478, 1 ἀεί post ἀναγκάζεσθαι in enuntiato ἐὰν δέ τις διώκῃ τὸ ἕτερον καὶ λαμβάνῃ, σχεδόν τι ἀναγκάζεσθαι λαμβάνειν καὶ τὸ ἕτερον omittere videntur; cf. Soph. 238 D ὁπόταν αὐτὸ ἐπιχειρῇ τις ἐλέγχειν, ἐναντία αὐτὸν αὑτῷ περὶ ἐκεῖνο ἀναγκάζεσθαι λέγειν. p. 261 A σοφιστὴς φαίνεται . . . προσβλημάτων γέμειν, ὧν ἐπειδάν τι προβάλῃ, τοῦτο πρότερον ἀναγκαῖον διαμάχεσθαι. Phileb. 55 B ἀλγοῦντα δὲ ἀναγκάζεσθαι φάναι κακὸν εἶναι τότε, ὅταν ἀλγῇ, κἂν ᾖ ἄριστος. Protag. 329 E πότερον οὖν . . . μεταλαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι τούτων τῶν τῆς ἀρετῆς μορίων οἱ μὲν ἄλλο, οἱ δὲ ἄλλο, ἢ ἀνάγκη ἐάνπερ τις ἓν λάβῃ ἅπαντα ἔχειν. deinde p. 478, 2 lectio codicum *BC* (*ΔΦG*) ἐκ μιᾶς κορυφῆς συνημμένω probanda est; cf. Soph. 245 E συνάπτεται γὰρ ἕτερον ἐξ ἄλλου. item p. 478, 9 ἀλγεινόν libris *BC* (*ΔΦG*) traditum scripturae ἀλγεῖν Stobaei reliquorumque codicum Platonis praeferendum puto, cum quod sequitur adiectivum ἡδύ adiectivo apte opponatur. atque etiam p. 477, 2 ubi Vaticano destituti sunt, antiquissimos libros *B* et *C* verum servasse probabile est. ut enim in sententia ὡς ἄτοπον . . . ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδύ vocula τι valde desideratur, ita collocatio pronominis ab adiectivo suo dirempti nil offensionis habet; cf. p. 65 D φαμέν τι εἶναι δίκαιον αὐτὸ ἢ οὐδέν. p. 73 A ἀθάνατον ἡ ψυχή τι ἔοικεν εἶναι. p. 91 C ἐὰν μέν τι ὑμῖν δοκῶ ἀληθὲς λέγειν. Symp. 174 E καί τι ἔφη αὐτόθι γελοῖον παθεῖν. p. 194 D εἴ τι ἴσως οἴοιο αἰσχρὸν ὂν

1) cf. p. 410 adn. 6.

Digitized by Google

ποιεῖν. Euthyd. 291 D Protag. 329 A.[1]) pleraeque igitur de proprietatibus librorum *BC* genuinae esse videntur; una tantum eorum lectio p. 478, 5 αὐτοῖς num vera sit dubium relinquo. nam etsi dictio συνῆψεν εἰς ταὐτὸν αὐτοῖς τὰς κορυφάς neque per se displicet et tutores invenit Hermannum Schanzium Wohlrabium qui contulere p. 62 B τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι, p. 72 E ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα, Soph. 216 D τοῦ μέντοι ξένου ἡμῖν ἡδέως ἂν πυνθανοίμην, tamen nusquam perinde atque hoc loco ad συνάπτω vel verbum simile dativum adpositum inveni; immo non nulli loci ut αὐτῶν accipiamus suadent veluti Euthyphr. 4 C ὁ οὖν πατὴρ συνδήσας τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ, Polit. 311 C τοῦτο δὴ τέλος ὑφάσματος . . . γίγνεσθαι φῶμεν πολιτικῆς πράξεως τὸ τῶν ἀνδρείων καὶ σωφρόνων ἦθος, ὁπόταν ὁμονοίᾳ καὶ φιλίᾳ κοινὸν ξυναγαγοῦσα αὐτῶν τὸν βίον ἡ βασιλικὴ τέχνη . . . συνέχῃ. iam de iis scripturis quas proprias antiquissimi codices *BC* coniuncti praebent dictum est. ceteris autem locis ubi singulae partes nostrae memoriae Platonis ab ecloga discrepant, libros dissentientes errare apertum puto. p. 477, 22 τοῦτο quod in (*G*) deest ponitur a Platone vel iis locis quibus nobis redundare videtur ut Gorg. 469 C ἐξεῖναι ἐν τῇ πόλει ὃ ἂν δοκῇ αὐτῷ ποιεῖν τοῦτο. p. 478, 1 pronomine αὐτόν quod (*Δ*) inserit opus non esse demonstrat locus quem modo protuli Protag. 329 E. p. 478, 8 πρότερον libris (*ΔΦGs*) traditum glossema est propter ὕστερον (p. 478, 7) adiectum.

etsi igitur multa quae singuli codices Platonis invito Stobaeo adferunt improbanda sunt, tamen quivis puto ex his curis criticis mecum efficiet nostram Phaedonis memoriam eo antiquorum librorum genere quod fuisse ecloga Stobaeana testis est, non solo niti alterumque fontem priscum traditionis dialogi Byzantinis Photianae aetatis suppetivisse cui bona in libris *BC* obvia debeantur. inde nostros libros Phaedonis ex uno codice post Stobaeum in exemplaria plura transcripto fluxisse male sumi evincitur.

haec fere ex ecloga cum libris Platonis comparata discenda esse puto; iam paullisper subsistendum et circumspiciendum est. Schanzium libros Phaedonis in duas classes ita secantem ut priori praeter *BC* etiam (*ΔΦGs*) attribueret, codicibus (*ΛCEHJL*) *E* alteram familiam totam repraesentari vellet, parum firmis rationibus usum esse apparet. nam p. 477, 22 universi alterius classis Schanzianae libri a membranis *BC* stant, codicibus (*ΔΦGs*) alterum genus memoriae cuius ἔοικεν est continetur. quod si ea quae de classium librorum Platonis ambitu et origine haec ecloga docere videtur, comprehendere in animo est, classem priorem nullos libros nisi *BC* complecti, uniuscuiusque familiae archetypon Stobaeo vetustius esse dicendum erit. simul autem nullum inter alterius classis libros *E* (*ΔΦGsΛCEHJLYΓ*)

1) cf. Schanz, Nov. comm. p. 185.

Digitized by Google

reperiri quin ex Bodleiano interpolatus sit statuendum est. ergo post illud tempus quo exempla Phaedonis in duas classes discessere, classes illae rursus inter se commixtae sunt; quae res quid incommodi in historiam memoriae Platonicae inquirentibus afferat, priusquam longiora testimonia producta sunt, fusius explicare non convenit.

ut autem supra de ratione inter Stobaeum et codicem *E* intercedenti nil statui potuit nisi hunc librum proxime ab excerptore abesse, ita postquam membranas cum eclogario discordantes et ipsas ad antiquitatem ascendere perspeximus, p r o p i n q u a c o g n a t i o n e librum *E* cum ecloga ὡς . . . ἡδύ coniunctum esse promulgandum erit. et quamquam inter fontes libri Bessarionis etiam Bodleianum esse lectio eius ἔοικέ τι indicat, tamen adeo cum *E* ecloga consentit, ut quam prodit memoriam Stobaeanam, ei nomen *E* indere fas videatur. iam vero eruendum est num etiam aliae eclogae eandem recensionem atque haec praebeant.

locum qui sequitur Ioannes ex Phaedone ἐγὼ γὰρ . . . κακοῖς (p. 63 B—C = I p. 430, 27—431, 9) proposuit in capite XLIX quod eodem atque Phaedo Platonis titulo περὶ ψυχῆς[1]) instructum est, una cum aliis permultis Phaedonis excerptis quae partim sine lemmatis copulata tribus locis, primum p. 325, 18—332, 3, deinde p. 333, 20—343, 11, postremo p. 430, 26—444, 29 reperiuntur. has omnes eclogas unius capitis aptum videtur primum cum libris Platonicis deinceps comparare, deinde examinare num quae peculiaris sit ratio singulorum excerptorum diversis locis appositorum. initio capitis coniuncta occurrunt praemisso lemmate λέγει γοῦν ἐν Φαίδωνι[2]) testimonia haec: εἰπόντος . . . αὐτῶν (p. 69 E—70 B = I p. 325, 18—326, 13), παλαιός . . . πάνυ γε (p. 70 C—71 A = p. 326, 15—327, 16), τί οὖν . . . ἔχειν (p. 71 C—72 A = p. 327, 17—328, 25), ἆρ' οὖν . . . οὕτως (p. 78 B—C = p. 328, 27—329, 6), θῶμεν . . . Σιμμίᾳ (p. 79 A—80 D = p. 329, 7—332, 3) atque Stobaeus discrepat a libris Platonicis hisce locis:

p. 69 E		
= 325,	18 — δή = *BCDEv*	δὲ (*Δ*) cf. adn. 31
	19 ἔμοιγε δοκεῖ = *BCD*	δοκεῖ ἔμοιγε *Ev* : δοκεῖ ἐμοὶ (*Φ*)
	20 — — — — λέγεσθαι καλῶς	καλῶς λέγεσθαι Plat.
	22 — — οὐδαμοῦ . . . σώματος = *BCDEv*	om. (*J*) propter homoeoteleuton
p. 70 A	22 — — — — ἐστι	ἔτι ᾖ *BEv* : ἔτι ᾖ * *C* : ἔτι ἡ *D*
	22 — — — — διαφθείρεται	διαφθείρηται Plat.
	22 — — τε = *BCDEv*	τι (*Δ*)
326,	1 — ἀπόλλυται = (*Γ*) et teste Bywater *B*	ἀπολλύηται *Dv* et ut Rühlius scribit *B*: ἀπολλύηται *CE*[7])

---

1) cf. Plato, epist. 13 p. 363 A ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ. Cic. Tusc. 1, 11 evolve diligenter eum eius librum qui est de animo.

2) antecedunt Aetii placita.

Digitized by Google

	326, 1 ᾗ ἂν . . . ἀποθάνῃ = Ev	ᾗ . . . ἀποθνήϲκει D : ᾗ ἂν . . . ἀποθνήιϲκει B[8])
	1 — ὁ ἄνθρωποϲ = BCEv	ἄνθρωποϲ D : ἅνθρωποϲ Bekker[9])
	1 εὐθὺϲ = BCDEv	om. (s)
	3 — — διαϲκεδαϲθεῖϲα = BC DEv	διαϲκευαϲθεῖϲα (ΔJ)
	3 — — — — οἴχεται	οἴχηται Plat.
	3 διιπταμένη = (Φ): διαπταμένη Ev	διαπτομένη BD (sΔCEJΓ) : διαπτωμένη (G) : διαττομένη (HL)
	4 — αὐτὴν = BC	ἑαυτὴν Ev : αὑτὴν D[10])
	4 — ϲυνηθροιϲμένη = BCD	ξυνηθροιϲμένη Ev cf. adn. 6
	5 — — — κακῶν νῦν	ὧν ins. Plat.
	5 — — — — νῦν ϲὺ	ϲὺ νῦν Plat.
	5 διῆλθεϲ = Ev	δὴ διῆλθεϲ b : ἂν διῆλθεϲ CD et ut vid. B
	6 — — — πολὸν	πολλὴ Plat.
	6 — — — — εἴη ἐλπὶϲ	ἐλπὶϲ εἴη Plat.
	6 καὶ καλὴ = BCDEv	om. (pr. G)
p. 70 B	7 — — δὴ ἴϲωϲ = BCEv	ϲαφῶϲ ins. D (Φs)[11])
	8 — — τε = BCDEv	τι (E)
	8 — ἡ = BCD (ΔΦGsC)	om. Ev cf. adn. 30
	11 — — ποιῶμεν = BDEv	ποιοῦμεν C[12])
	11 — — τούτων = BCDEv	τοῦτο (Δ)
	12 — εἴτε μή = BCDEv	ἢ μή (Φ)[13])
	12 — ἐγὼ γοῦν: ἔγωγ' οὖν Ev	ἔγωγε οὖν BCD
	12 — — ὁ = BCDEv	ὦ (L) (sic etiam P Stobaei)
	13 — — — ἀκουϲαίμην τίνα	ἀκούϲαιμι ἥντινα Plat.
	13 — — ἔχειϲ = BCDEv	ἔχηϲ (pr. Γ)
p. 70 C		ἐν ταύτῳ
= 326,	15 τιϲ = BDEv	om. C
	15 λόγοϲ οὗτοϲ = E (ΦLYΓ) Olymp. p. 48, 13 (Finckh) : ὁ λόγοϲ οὗτοϲ v Olymp. p. 44, 19	λόγοϲ BCD (s)
	16 — ἀφικόμεναι = BCDEv	ἀφικνούμεναι (Δ)
	16 — — ἐκεῖ = BCDEv	ἐκεῖϲε (L)[14])
	16 — πάλιν γε = BCDEv	πάλιν (ΦsJ)
p. 70 D	19 — — — ἢ ἐὰν	ἢ εἶεν ἂν BCEv : εἶεν ἂν D : δὴ ἢ εἶεν ἂν (Δ)
	19 ἡμῶν αἱ ψυχαί = Ev	αἱ ψυχαὶ ἡμῶν BCD
	21 — γένοιτο = (ΔΦs)	γίγνοιτο BCDEv
	23 — — — ἀρχύτου	ἄν του BDEv : ἄν που C
	25 — — — εἶδοϲ	ἦ δ' ὃϲ Plat.
	25 μόνον τοῦτο = BDEv	τοῦτο μόνον C

	326, 26 ῥᾷον = *BCD*	ῥάδιον *Ev*
	26 ἀλλὰ καὶ = *BCDEv*	ἀλλὰ (pr. *Γ*)
	26 — — φυτῶν = *BCDEv*	φοιτῶν (*Δ*)
	327, 1 ὅσα περιέχει = *C*	ὅσαπερ ἔχει *BDEv* : ὅσα παρέχει (*s*)
	1 περὶ = *BCDEv*	om. (*G*)
	1 — ἴδωμεν = (*Φ* pr. *Γ*) Olymp. p. 106	εἰδῶμεν *BCDEv* [15])
	2 — οὑτωςὶ = *BCDEv*	οὕτως (*Δs*) : οὕτω (*Φ*) [16])
	2 — ἅπαντα = *Ev*	πάντα *BCD* (*ΔΦGs*)
	2 οὐκ = *BCDEv*	καὶ οὐκ (*ΔC*)
p. 70 E	4 — — τῷ = *BCDEv*	τὸ (*H*)
	4 δίκαιον = *BCDEv*	τὸ δίκαιον τῷ (*Γ*)
	5 — — — ἔχε	ἔχει Plat.
	5 τοῦτο οὖν = *BCD* (*ΔΦGs*)	om. *Ev*
	5 ἆρα = *BCDEv*	ὅτι (*Γ*)
	6 — — ὅσοις = *BCDEv*	ὅσον (*L*) [17])
	6 — — τι = *BCDEv*	om. (*ΔΦs*)
	6 — — αὐτὸ = *BCDEv*	ἑαυτῷ (*ΔΦGs*) : om. (*L*)
	7 — — — τῷ αὐτοῦ	τοῦ αὐτῷ Plat.
	7 μεῖζόν τι = *BCDEv*	τι μεῖζον (*Γ*)
	8 — — ἔπειτα — . . πρότερον = *BCDEv*	om. (*JE*) propter homoeoteleuton
p. 71 A	11 ἔφη οὕτω = *Ev*	οὕτω ἔφη *BCD*
	11 γε = *Ev* Olymp. p. 49	om. *BCD* (*ΔΦGs*)
	13 — δὲ = *CDv* : δ* *B*	δαὶ *E* (*ΥΓCH*) [18])
	13 — — χεῖρον = *BCDEv*	om. (*JE*)
	13 — — οὐκ = *BCDEv*	om. (*E*)
	13 — καὶ ἐὰν = *Ev*	καὶ ἂν *BCD* (*Δs*) [19])
	14 δικαιότερον = *BCDEv*	τι δικαιότερον (*Δ*)
	14 οὐκ = *Ev*	om. *BCD* (*ΔCEHJLΥΓ*)
	15 — οὖν = *BCDEv*	γοῦν (*ΔΦs*)
	15 — — ὅτι . . . πράγμαματα = *BCDEv*	om. (*G*)
	15 — — γίγνεται = *BCDEv*	γίγνηται (*Δ*)
p. 71 C		lemma deest
	= 327, 17 τὸ ἐγρηγορέναι = (*Δ*)	τῷ ἐγρηγορέναι *BCDEv*
	18 — — τί . . . ἔφη = *BCDEv*	om. (*Φ*) propter homoeoteleuton
	19 τε = *BCDEv*	om. (*G*) : τι (*Δ*)
	20 — ἐστὶ καὶ = *CE*	ἐστὶν καὶ erat in *BD* [20])
	20 — — καὶ αἱ = *BCDEv*	αἱ om. (pr. *Δ*) [21])
	20 — αὐτοῖν = *BCD* (*ΔΦGs*)	αὐτῶν *Ev*
	21 ὄντων = *C*	ὄντοιν *BDEv*
	21 — — γὰρ οὔ = *BCDEv*	om. (*L*)

Digitized by Google

	327, 23 — — δέ = *BCDEv*	δή (*L*)
	24 — — τὸ δὲ = *BCDEv*	δὴ τὸ (*ΦL*) : δὴ τὸ δὴ τὸ (*s*)
	24 — — ἐγρηγορέναι καὶ ἐκ τοῦ καθεύδειν = *Ev*	om. *BCD*, praeterea *C* om. post καθεύδειν v. 25 τὸ
	25 — — — τοῦ ἐγρηγορέναι	τὸ ἐγρηγορέναι Plat., sed *C* om. τὸ
	25 — — καὶ ἐκ τοῦ ἐγρηγορέναι = *BCDEv*	om. (pr. *Γ*)
	26 — — τὸ καθεύδειν = *BCDEv*	om. (*Δ*)
p. 71 D	26 — — — — αὐτῶν	αὐτοῖν Plat.
	328, 1 — — ἀνεγείρεςθαι = *BCDEv*	ἀναγείρεςθαι (*Δ*)
	2 — ἔφην = *v*	ἔφη *BCDE* (*GΦsCEHJΓ*)[22]
	2 καὶ cύ μοι = *Ev*	μοι καὶ cὺ *BCD*
	3 οὕτω = *BCDEv*	om. (*G*)
	3 μὲν = *BCDEv*	om. (*E*)
	4 — — τῷ = *BCDEv*	τὸ (*Δ*)
	4 εἶναι = *BCDEv*	om. (*G*)
	6 — — — τί δὲ . . . ὁμολογεῖν om.	hab. Plat.
	7 — — — — ζῆν	ζῶν Plat.
	8 — — — ὁ	ὦ Plat. cf. p. 326, 12
	8 — τε καὶ = *BCDEv*	καὶ (*G*)
p. 71 E	9 εἰcὶν ἄρα = *Ev*	ἄρα εἰcὶν *BCD*
	9 ἔφη = *BCDEv*	om. (*G*) ante αἱ ψυχαὶ
	10 — τοῖν (bis) = *BCDEv* (*GΦsΓ*)	ταῖν (bis) *v* : τοι . . . τὴν (*Δ*)[23]
	11 — — — γενέοιν	γενεcέοιν Plat.
	11 — — περὶ = *BCDEv*	πρὶν (*H*)
	11 — — ἑτέρα = *BCDEv*	ἑτέρῳ (*H*)
	12 — — τὸ = *BCDEv*	τι (*Δ*)
	13 — — — οὐκ ἀνταποδώcομεν om.	hab. Plat.
	14 — — ταύτῃ = *BCDEv*	ταῦτα (*Δ*)
	15 — — — ὑποδοῦναι	ἀποδοῦναι Plat.
	15 — — — — ἐναντίαν	ἐναντίαν τινὰ Plat.
	17 — — οὐκοῦν . . . ἀναβιώcκεcθαι = *BEv*	om. *CD* (*s*) propter homoeoteleuton
	17 — — ἀναβιώcκεcθαι = *CEv*	ἀναβιόcκεcθαι *B* (ter) *D* (bis)
p. 72 A	18 — — — ἂν εἴη . . . τῶν τεθνεώτων om.	hab. Plat., sed v. 18. 19 ἐκ . . . ἀναβιώcκεcθαι om. (*H*) propter homoeoteleuton
	21 — — γεγονέναι . . . ζώντων = *BCDEv*	om. (*G*) propter homoeoteleuton

Digitized by Google

328, 22	—— ἐδόκει = *BCD* (*ΔΦ GsC*)	om. *Ev*
23	—— τὰc ... ἀναγκαῖον = *BCDEv*	om. (*Δ*) propter homoeoteleuton
23	— δὴ = *BCDv*	δεῖ *E* (*C*)[24]
24	— γίγνεcθαι = *BCDEv*	γίγνονται (*G*)
25	—— ὡμολογημένων = *BCDEv*	ὁμολογημένων (*J*)
25	οὕτωc ἔχειν = *BCDv*	om. *E*
	ἐν ταὐτῷ	
p. 78 B = 328, 27	———— τῷ	τῷ μὲν Plat.
27	—— cυντεθέντι = *BCEv*	cυντιθέντι *D* (*L*)
p. 78 C 27	— τε καὶ = *BDEv*	καί *C*
= 329, 2	— ταῦτα = *BCD* (*ΔΦGs*)	τὰ αὐτὰ *Ev*[25]
2	ἧπερ = (*G*)	εἴπερ *BCDEv*
3	οὕτωc ἔχειν = *BCDEv*	ἔχειν οὕτωc (*G*)
3	— ἅπερ = *BCDEv*	ὅcαπερ (*G*)
5	—— τὰ δὲ ... cύνθετα = *BDEv*	om. *C* (*L*) propter homoeoteleuton
5	———— κατὰ ταῦτα cύνθετα	κατὰ ταὐτὰ ταῦτα δὲ cύνθετα *BD* : κατὰ ταὐτὰ ταῦτα δὲ εἶναι τὰ cύνθετα reliqui; sed *E* om. δὲ, (*s*) hab. εἰδέναι pro εἶναί, (*ACEHJΓ*) om. τὰ
	lemma deest	
p. 79 A = 329, 7	βούλει = *BCDEv* Euseb. praep. ev. p. 551 c	εἰ βούλει (*ΔΦGs*)
7	—— τὸ μὲν ... τὸ δὲ = *BCDEv*	τὸν μὲν ... τὸν δὲ (*Δ*)
9	———— ἀειδὲc	ἀειδὸc ἀεὶ Plat., sed ἀεὶ post ἔχον ponit (*Δ*) : ἀειδὲc ἀεὶ Euseb.
11	ἄλλο τι ἡμῶν αὐτῶν ἢ = (*ΦEΓ*) ut videtur: ἢ hab., sed post τι ponit (*Δ*)	ἄλλο τι ἡμῶν αὐτῶν *BCDE* (*GsACHJLΓ*) : ἄλλο δὴ *C FG* Eusebii : ἄλλο τι δὴ *J* Eusebii
p. 79 B 11	cῶμά ἐcτι τὸ δὲ ψυχή = *BCDEv* Euseb.	cῶμα τὸ δὲ ψυχή ἐcτιν (*Φs*)
12	—— ποτέρῳ = *BCDEv*	ποτὲ (*L*)
12	— ποτέρῳ ... τῷ εἴδει = *BCDEv* Euseb.	ποτέρῳ ... εἴδει (*Δ*)[26]
13	φαμὲν ἂν εἶναι = *Ev* : φαμὲν ἂν εἶναι ἂν (*Γ*)	φαῖμεν ἂν εἶναι *BCD* (*ΦsC*) Euseb. Olymp. p. 64, 18
16	μὴν = *Ev* Euseb.	om. *BCD* (*G*)
17	— ἐλέγομεν = *Ev*	λέγομεν *BCD* Euseb.[27]

Digitized by Google

329,	17 φύcει ἐλέγομεν = *BCDEv* (at λέγομεν *BCD*) Euseb.	ἐλέγομεν φύcει (*ΔΦGs*)
	18 — λέγομεν = *BCD* Euseb.	ἐλέγομεν *Ev* cf. adn. 27
	18 ὁρατὸν ἢ ἀόρατον εἶναι = *BCD* (*ΔΦGs*) Euseb.	ὁρατὸν εἶναι (*ACJ*) : ὁρατὸν οὖν (*HLΥ*) : ὁρατὸν εἶναι ἢ οὐχ ὁρατόν *Ev* : ὁρατὸν εἶναι ἢ (*Γ*)
	20 — — cώματόc = *BCDEv*	cώματόc τε (*Δ*)
	20 — ἐcτι = *BCDEv*	ἔcται (*G*)
p. 79 C	23 — — προcχρῆται *BCDEv*	προcχῆται (*Δ*)
	23 τι = *BDEv* Euseb.	om. *C*
	23 — — τι . . . cκοπεῖν = *BCDEv*	om. (*L*) propter homoeoteleuton
	25 τὸ δι' αἰcθήcεωc = *Ev*	τὸ δι' αἰcθήcεων *BD* : τὸ δὲ δι' αἰcθήcεων *C* : ἢ τὸ δι' αἰcθήcεωc (*Υ*) : om. Euseb.
	25 τὸ = *BCD*	τότε *Ev* Euseb. : ὅτε (*s*)
330,	1 — — ὑπὸ = *BCDEv*	ἀπὸ (*ΔEJ*)
	1 — — εἰc τὰ = *CDEv*	αὐτὰ *B*
	1 — — κατὰ ταὐτὰ = *BCDEv*	κατ' αὐτὰ (*E*) : κατὰ ταὐτὸν (*C*)
p. 79 D	6 — — ἔχον . . . ὡcαύτωc = *BDEv*	om. *C* propter homoeoteleuton
	6 — — — — καὶ cυγγενὴc	ὡc ins. Plat. Euseb.
	6 — — — — αὐτοῦ οὖcα	οὖcα αὐτοῦ Plat. Euseb.
	6 — — τε γίγνεται = *Ev* Euseb.	ἐγγίγνεται *D* et ut vid. *B* : *C* deest
	7 — γένηται = *BCDEv*	γίγνηται (*ΔΦs*) : γίνηται *CFG* Eusebii
	8 — πέπαυται = *BCDEv*	παύεται (*Γ*)
	8 — τε = *BCDE* Euseb.	γε (*ΔΦGsCJ*)
	11 — ἀληθῆ = *BCDEv*	ἀληθῶc (*ΔGsJ*)[28])
	12 — πρόcθεν = *Ev* Euseb.	ἔμπροcθεν *BCD*[29])
p. 79 E	14 — — — πᾶcα	πᾶc ἂν Plat. Euseb.
	14 — ἔμοιγε = *Ev* Euseb.	μοι *BCD*
	14 — — δοκεῖ = *BCDEv*	δοκῇ (*Γ*)
	14 ἦ δ' ὅc = *BCDEv* Euseb.	om. (*G*)
	16 — ψυχὴ = *BCDEv*	ἡ ψυχὴ (*E*)[30])
	18 — δὲ = (*ΔΦGs*)	δὴ *BCDEv* Euseb. Olympiod. p. 65, 29[31])
p. 80 A	21 — ταῦτα = *Ev* Euseb.	αὐτὰ *BD*[32])
	22 — — — — ἢ πότερον	καὶ πότερον Plat. Euseb.
	23 οἷον ἄρχειν τε = *BCDEv* Euseb.	ἄρχειν οἷόν τε (*Φs*)
	24 — τε καὶ = *BCDEv*	καὶ (*Δ*)
	24 — — — — ἔοικε	ἔμοιγε Plat. Euseb.

Digitized by Google

	330, 26 — δή = BDE	δέ (G) cf. adn. 31
	27 — — ὦ = BCDEv	ὁ (ΔJ)
	27 — — ἡμῖν = BCEv	ὑμῖν D
p. 80 B	28 καὶ νοητῷ = BDEv Euseb.	om. (J) : καὶ θνητῷ C

inde ab καὶ ἀδιαλύτῳ p. 331, 1 liber F(arnesinus) solus excerptum servavit

	331, 1 — — — — ἀεὶ	καὶ ἀεὶ Plat. Euseb.
	1 — — ἀεὶ . . . διαλυτῷ = BCDEv	om. (Δ) propter homoeoteleuton
	1 κατὰ = BCD(ΦGs) Euseb.	καὶ κατὰ Ev
	2 — — — — — ὁμοιότερον	ὁμοιότατον Plat. Euseb.
	2 ψυχή = BCD(ΦGsΔCEH)	ψυχήν Ev Euseb.
	3 ἀνοήτῳ καὶ πολυειδεῖ = Ev Euseb.	πολυειδεῖ καὶ ἀνοήτῳ BCD
	3 — — — ἀδιαλύτῳ	διαλυτῷ BEv Euseb. : εὐδιαλύτῳ (Φs) : * διαλύτῳ CD[33])
	3 — — κατὰ . . . αὖ = BCDEv	om. (Γ)[34])
	4 — — ταὐτὰ = BCDv	αὐτὰ E
	4 — αὖ = BCDEv	ἂν (Δ)
	4 εἶναι cῶμα = BCDEv : εἶναι τὸ cῶμα Euseb.	cῶμα εἶναι (Φ)
	5 — — — — — λέγειν ἄλλο	ἄλλο λέγειν Plat., sed (H) om. ἄλλο cum praecedentibus παρὰ ταῦτα, (s) ins. τι post ἄλλο: ἄλλο λέγειν Euseb.
	5 ὡc = Ev Euseb.	ἢ B : ἣ CD (ΔΦGsC) : ἣ ὡc (Γ)
	6 — — — — — οὕτωc ἐχόντων τούτων	τούτων οὕτωc ἐχόντων BCDEv Euseb. : τούτων om. (ΔEJ) : πάντων pro τούτων hab. (s), πάντωc (Φ)
p. 80 C	9 ὅτι = Ev Euseb.	om. BCD
	9 — — — ἀποθάνῃ Ev	ἀποθάνοι BD : ἀποθαν * * C
	10 cῶμα = Ev	τὸ cῶμα BCD, Eusebii plerique
	11 — — — — — ὃ	ᾧ Plat. Euseb. (ante προcήκει)
	12 καὶ διαπνεῖcθαι = Ev Euseb.	om. BCD
	13 — — — γὰρ	μὲν Plat. Euseb.
	14 — — — κεχαριέντωc	καὶ χαριέντωc Plat. Euseb.
	14 τοιαύτῃ = BCDEv, Eusebii CFGJ	τῇ αὐτῇ (J), Eusebii reliqui
	15 — — ὥρᾳ = BEv Euseb.	ἡμέρᾳ CD
	15 μάλα = BCDv Euseb.	μάλιcτα E (ΤL)
p. 80 D	19 — — — — — ὁμοίωc = Euseb.	ὅμωc Plat.

Digitized by Google

331, 20 — — — εἰς τὸ	εἰς Plat. Euseb. Stob. p. 431, 11
21 — — — ἑτέρας	ἕτερον Plat. Euseb. Stob. 431, 12 pap(yrus Phaedonis)
22 — — Ἅιδου = *BCDEv*	ἀηδῆ (*L*)
23 — — τῇ = *BCDEv*	ἐν τῇ (*Φ*)
24 — — ἰτέον = *BCDEv*	ἰτὸν (*J*)
24 — — — — δὲ = Euseb.	δὲ δὴ Plat. Stob. 331, 14. 15 pap. ut vid.
332, 1 — — διαπεφύσηται = *BC Dv*	διαπεφύσσηται *E* (*Γ*)
2 ἄνθρωποι = *BCDEv* Euseb. Stob. 431, 17	τῶν ἀνθρώπων (*Φs*)
3 φίλε = *BCD* (*ΦsCHLΥΓ*) Euseb. Stob. 431, 17	om. *Ev*
3 — — — — καὶ	τε καὶ Plat. Euseb. Stob. 431, 18

harum eclogarum prima saepius et gravius quam quae eam excipiunt ab omnibus libris Platonis dissentit. in illa quae brevissima est totidem locis quot in iis quae restant cunctis verba transposita invenis. cf. p. 325, 20 λέγεσθαι καλῶς pro καλῶς λέγεσθαι, p. 326, 5 νῦν σύ pro σὺ νῦν, p. 326, 6 εἴη ἐλπίς pro ἐλπὶς εἴη, p. 330, 6 αὐτοῦ οὖσα pro οὖσα αὐτοῦ, p. 331, 5 λέγειν ἄλλο pro ἄλλο λέγειν, p. 331, 6 οὕτως ἐχόντων τούτων pro τούτων οὕτως ἐχόντων. verum etiamsi inter memoriam primi excerpti et sequentium aliquid differre videatur, tamen quae in unum congestae leguntur eclogae initio capitis περὶ ψυχῆς, eas Ioannem ex compluribus fontibus petivisse credibile non est. itaque de iis universis tractatu unico agere oportebit. et quoniam primum statuendum est quo hae eclogae discrimine ab omnibus libris Platonis dirimantur, eas laterculo obiter perlustrato indicare iuvabit neque multis neque gravibus locis a cunctis codicibus Platonis distingui. si quis vero in tertia parte excerpti θῶμεν . . . Σιμμία p. 331, 1—332, 3 paullo frequentiores Stobaei proprietates esse observaverit, ad id velim animum attendat, quod hunc locum codex Farnesinus solus rettulit. sed iam singulas lectiones proprias eclogarum intentissima cura ponderare opus est; ex quo enim prisco fonte communi diversa genera nostrorum librorum Phaedonis suspensa sunt itemque excerptum quod iam tractavimus capitis L ὡς . . . ἡδύ ductum est, ad eum etiam has eclogas referre, nisi earum proprias scripturas ut falsas ita recentis originis esse probatum habuerimus, haudquaquam licere monendum est. quattuor autem lectiones peculiares excerptorum e stilo Platonis fluxisse negari non posse censeo. ac primum quidem p. 329, 5 (p. 78 C) verba quae anthologio traduntur τὰ δὲ ἄλλοτ' ἄλλως καὶ μηδέποτε κατὰ ταῦτα σύνθετα, modo prosodia verbi ταῦτα in qua saepissime librarios Stobaei peccasse constat[1]) ταὐτά scribendo

1) cf. append. adn. 25.

Digitized by Google

corrigatur, et plenam et dignam Platone sententiam efficiunt. libri Platonici vero quo recentiores sunt, eo magis fucatum additamentis locum reddunt, quorum *BD* ταῦτα δέ, *E* ταῦτα εἶναι τά, (*ACEH JΓ*) ταῦτα δὲ εἶναι, (*ΔΦG*) ταῦτα δὲ εἶναι τά ante cύνθετα inserunt. deinde p. 331, 19 (p. 80 D) ὅμωc codicum nostrorum reiecto ὁμοίωc quod praeter Stobaeum etiam Eusebius praep. evang. p. 553 b praebet Platoni vindicandum est. in ὅμωc Vermehrenum[1]) quamvis nullam scriptorum rationem habuerit, haesisse memorabile videtur qui ὅλωc proposuit; qua coniectura spreta quod Stobaeus et Eusebius tradunt, id verum esse toto loco paucis inlustrato probari posse speramus. pro certo igitur cum Heindorfio habeo p. 80 C in sententia ἐὰν μέν τις καὶ χαριέντως ἔχων τὸ cῶμα τελευτήcῃ καὶ ἐν τοιαύτῃ ὥρᾳ καὶ πάνυ μάλα et ὥρᾳ de eximia iuvenilis aetatis specie accipiendum esse et apodosin iam a verbis καὶ ἐν τοιαύτῃ ordiri. nam qui pone ὥρᾳ distinguunt quomodo particulam γάρ in enuntiato subsequenti explicent non habere monendum est[2]); contra concesso sententias καὶ ἐν τοιαύτῃ ὥρᾳ ἐπιμένει cῶμα χρόνον cυχνόν et cυμπεcὸν γὰρ τὸ cῶμα μένει ἀμήχανον ὅcον χρόνον inter se opponi particulam suum locum tueri quisquis videt; ut autem verbis cυμπεcὸν γὰρ τὸ cῶμα . . . μένει ἀμήχανον ὅcον χρόνον perpetuitatem cadaveris humani Plato monstrare aggressus est, ita cum addit ἔνια δὲ μέρη τοῦ cώματοc . . . ἀθάνατά ἐcτιν argumento e moribus Aegyptiacis petito alterum gravissimum subnectit. similiter enim ut Aegyptiorum corpora medicata atque condita etiam cuiusvis cadaveris partes certas fere inmortales esse dicit. adverbium ὁμοίωc igitur dictiones ὀλίγου ὅλον μένει ἀμήχανον ὅcον χρόνον et ὡc ἔποc εἰπεῖν ἀθάνατά ἐcτιν conectere eaque ratione apte positum esse apparet. tertia vero lectionum Stobaei quas germanas esse veri simile videtur obviam fit p. 331, 24 (p. 80 D), ubi Eusebio (p. 553 b) adsentiente eclogarius δή quod in libris Platonicis post δέ legitur omittit. denique p. 325, 22 (p. 70 A) excerptorem proxime ad genuinam scripturam Platonis accedere credo; quo tamen loco vestigia veri ne in nostris quidem exemplis philosophi plane oblitterata sunt. indicativi enim ἐcτί διαφθείρεται ἀπόλλυται qui post dictionem ἀπιcτίαν παρέχειν in anthologio leguntur, quorum unum ἀπόλλυται etiam Coislinianus (*Γ*) Platonis testatur, ne verissimi sint valde verendum est. nempe a verbis quibus vis similis atque dictioni ἀπιcτίαν παρέχειν inest saepius apud Platonem indicativum pendere videmus[3]),

1) Platonische Studien (Leipzig 1870) p. 24.

2) cf. Schanz, Studien p. 41.

3) in censum vocare nolo Alcib. II p. 139 D ἀλλ' ὅρα . . . μὴ οὐχ οὕτωc ταῦτ' ἔχει siquidem, praeter quod dialogus spurius est, ἔχει pro coniunctivi forma per ει scripta haberi potest, velut Crat. 436 B in sententia ἀλλὰ μὴ οὐχ οὕτωc ἔχει (sic *B* : ἔχῃ *T*) . . . ἀλλ' ἀναγκαῖον ᾖ lectionem libri *B* coniunctivum esse patet. cf. etiam titulorum et papyri formas coniunctivi in ει exeuntes (Meisterhans, gramm. inscr.[3] p. 166.

Digitized by Google

cf. Lach. 196 C ἀλλ' ὁρῶμεν μὴ Νικίας οἴεταί (sic *T*: οἴοιται *B*: οἴηται *b*) τι λέγειν καὶ οὐ λόγου ἕνεκα ταῦτα λέγει, Phaed. 84 E ἀλλὰ φοβεῖσθε μὴ δυσκολώτερόν τι νῦν διάκειμαι (διακέωμαι Hirschig), Theaet. 145 B ἀλλ' ὅρα μὴ παίζων ἔλεγεν, Lys. 218 D φοβοῦμαι μὴ ὥσπερ ἀνθρώποις ἀλαζόσιν λόγοις τισὶν τοιούτοις ἐντετυχήκαμεν. coniunctivi ᾖ διαφθείρηται ἀπολλύηται οἴχηται ᾖ ita in contextum plurimorum codicum Platonis inrepsisse videntur, ut primum glossema οἴχηται διαπτομένη καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ, petitum ex p. 84 B διαπτομένη οἴχηται καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ reciperetur, deinde ad has formas verba antecedentia ἐστί διαφθείρεται ἀπόλλυται adcommodarentur. qua ratione si historiolam loci tibi refinxeris, una et quomodo factum sit ut nunc in eodem enuntiato apud Stobaeum ἐστι et ᾖ legantur explicatum habebis. ita de lectionibus propriis eclogarum quattuor respui non posse concedendum videtur; de tribus aliis iudicium retinere oportebit (cf. p. 325, 20 λέγεσθαι καλῶς pro καλῶς λέγεσθαι, p. 326, 5 νῦν σύ pro σὺ νῦν, p. 326, 6 εἴη ἐλπίς pro ἐλπὶς εἴη); reliquas omnes improbandas esse aut satis per se patet (cf. p. 327, 26 αὐτῶν pro αὐτοῖν, p. 328, 7 ζῆν pro ζῶν, p. 328, 15 ἐναντίαν pro ἐναντίαν τινά, p. 328, 27 τῷ pro τῷ μέν) aut testimonio Eusebii certissimum fit (cf. p. 329, 9 ἀειδές pro ἀειδὲς ἀεί, p. 330, 6 συγγενής pro ὡς συγγενής, ibid. αὐτοῦ οὖσα pro οὖσα αὐτοῦ, p. 330, 22 ἤ pro καὶ, p. 330, 24 ἔοικε pro ἔμοιγε, p. 331, 1 ἀεί pro καὶ ἀεί, p. 331, 2 ὁμοιότερον pro ὁμοιότατον, p. 331, 5 λέγειν ἄλλο pro ἄλλο λέγειν, 331, 6 οὕτως ἐχόντων τούτων pro τούτων οὕτως ἐχόντων, p. 331, 11 ὅ pro ᾧ, p. 332, 3 καὶ pro τε καὶ).

pleraeque igitur de peculiaribus scripturis Stobaei quippe quae falsae sint, in causa esse nequeunt, ut qui fons communis nostrorum exemplarium Phaedonis fuit, ex eo etiam haec excerpta ducta esse negemus. sed tamen quibusdam locis gnomologum verum tradere nobis persuasimus, ex quibus locis quamvis paucis efficiendum videtur eclogas capitis περὶ ψυχῆς e diversa traditione atque nostra Phaedonis exemplaria et excerptum quod generi *E* nostrorum librorum addicendum erat capitis L ὡς . . . ἡδύ fluxisse. verum priusquam diiudicetur utrum diversis fontibus an eidem diversorum capitum testimonia attribuenda sint, etiam inter eclogas capitis περὶ ψυχῆς et inter familias singulas codicum Platonis quaenam ratio intersit eruendum erit. quanto quisque liber Platonicus discrimine ab his excerptis distet ut inlustremus proximum est.

primum igitur vetustissimos codices *BCD* ab eclogis longissime remotos esse observandum videtur, qui peculiares scripturas offerunt

---

Usener, Gött. Nachr. 1892. p. 47). item dubito adducere Phaed. 77 B ἐνέστηκεν . . . τὸ τῶν πολλῶν ὅπως μὴ . . . διασκεδάννυται (sic *BCDE*: διασκεδαννύηται b) et 77 D δεδιέναι . . . μὴ . . . διασκεδάννυσιν (sic codd.: -ννῦσιν Ast). cf. Kühner-Blaſs, gramm. graec. II p. 191.

Digitized by Google

memorabiles p. 326, 1 ἢ ἀποθνήcκει pro ἢ ἂν ἀποθάνῃ p. 326, 5 ἂν διῆλθες pro διῆλθες p. 326, 15 λόγος pro λόγος οὗτος p. 326, 19 αἱ ψυχαὶ ἡμῶν pro ἡμῶν αἱ ψυχαί p. 327, 11 οὕτω ἔφη pro ἔφη οὕτω p. 328, 2 μοὶ καὶ cύ pro καὶ cύ μοι p. 328, 9 ἄρα εἰcίν pro εἰcὶν ἄρα p. 329, 16 ἀλλά pro ἀλλὰ μήν p. 329, 25 αἰcθήcεων pro αἰcθήcεωc p. 331, 3 πολυειδεῖ καὶ ἀνοήτῳ pro ἀνοήτῳ καὶ πολυειδεῖ p. 331, 9 ἔφη pro ἔφη ὅτι p. 331, 10 τὸ cῶμα pro cῶμα p. 331, 12 διαπίπτειν pro διαπίπτειν καὶ διαπνεῖcθαι. praeterea aliquot locis una cum singulis familiis recentiorum librorum vetustissimi *BCD* ab excerptis discedunt, ita praebent *BCD* (*ΔΦGs*) p. 327, 11 ἰcχυροτέρου pro ἰcχυροτέρου γε p. 331, 5 ἢ pro ὡc, *BCD* (*Φs*) p. 329, 13 φαῖμεν pro φαμέν, *BCD* (*ΛCEHJLYΓ*) p. 327, 14 ἐξ ἀδικωτέρου pro οὐκ ἐξ ἀδικωτέρου. his locis multis et gravibus codices antiquissimi cum Stobaeo discordant; Crusianum vero etiam plus Veneto Bodleianoque ab excerptore abesse indicant propriae eius scripturae p. 326, 15 ἐcτι pro ἔcτι τιc p. 326, 25 τοῦτο μόνον pro μόνον τοῦτο p. 329, 23 cκοπεῖν pro cκοπεῖν τι. sequitur ut codices quorum dux Vaticanus est (*ΔΦGs*) quibus lectionibus ab eclogis distinguantur exponamus. locos ubi una cum vetustissimis membranis *BCD* libri (*ΔΦGs*) vel pars eorum a Stobaeo discrepant iam propositos habes; cf. p. 327, 11 p. 331, 5 p. 329, 13. atque ad hos locos scripturas peculiares codicum (*ΔΦ Gs*) permultas accedere commemorandum est aut in iis universis obvias p. 329, 7 εἰ βούλει pro βούλει p. 329, 17 ἐλέγομεν φύcει pro φύcει ἐλέγομεν aut in singulis, in (*Δ*) p. 327, 2 καὶ οὐκ pro οὐκ p. 327, 14 τὶ δικαιότερον pro δικαιότερον p. 329, 12 εἴδει pro τῷ εἴδει, in (*G*) 326, 6 ἐλπίc pro ἐλπὶc καὶ καλή p. 327, 1 γένεcιν pro γένεcιν περὶ p. 327, 19 ἀλλήλων pro ἀλλήλων τε p. 328, 3 ἔφη pro ἔφη οὕτω p. 328, 4 τεθνάναι pro τεθνάναι εἶναι p. 328, 9 ἄρα pro ἄρα ἔφη p. 328, 24 γίγνονται pro γίγνεcθαι p. 329, 3 ἔχειν οὕτωc pro οὕτωc ἔχειν p. 330, 14 δοκεῖ pro δοκεῖ ἢ δ' ὅc, in (*Φ*) p. 329, 11 τὸ δὲ ψυχή ἐcτιν pro ἐcτὶ τὸ δὲ ψυχή p. 330, 23 ἄρχειν οἷόν τε pro οἷόν τε ἄρχειν p. 331, 4 cῶμα εἶναι pro εἶναι cῶμα p. 332, 2 τῶν ἀνθρώπων pro ἄνθρωποι, in (*s*) p. 326, 1 ἀπαλλαττομένη pro εὐθὺc ἀπαλλαττομένη. deinde discrimen quo familia Vaticani a Stobaeo seiungitur locis iis augetur ubi recentiores libri *E* (*ΔΦGsΛCEHJLYΓ*) cuncti aut certe eorum gravissimus quisque ab eclogario discedunt; cf. p. 325, 19 δοκεῖ ἔμοιγε pro ἔμοιγε δοκεῖ p. 326, 26 ῥάδιον pro ῥᾶον p. 331, 1 καὶ κατὰ pro κατά p. 331, 2 ψυχήν pro ψυχή p. 332, 3 Κέβηc pro φίλε Κέβηc. his igitur locis etiam codices *E* (*ΛCEHJLYΓ*) cum excerptore pugnare vides; quorum codicum scripturas ab eclogis diversas in unum componere relicum est. atque remotissimum ex his Coislianum (*Γ*) a gnomologo esse apparet, quippe qui p. 326, 26 ἀλλά pro ἀλλὰ καὶ p. 327, 4 τὸ δίκαιον τῷ pro δίκαιον p. 327, 5 ὅτι pro ἄρα p. 327, 7 τι μεῖζον pro μεῖζόν τι suo periculo exhibeat. codices

Digitized by Google

E (*ACEHJLY*) autem praeter illos locos ubi universa memoria recentiorum librorum a Stobaeana recedit, cuncti tantum bis ab excerptore discrepant; cf. p. 327, 5 σκεψώμεθα pro τοῦτο οὖν σκεψώμεθα p. 329, 18 ὁρατὸν εἶναι pro ὁρατὸν ἢ ἀόρατον εἶναι. itaque communem memoriam horum librorum, quamvis singuli vel plures eorum etiam aliis locis ab anthologio dissentiant (cf. p. 327, 14 ἐξ ἀδικωτέρου pro οὐκ ἐξ ἀδικωτέρου p. 328, 3 ἐναντίον pro ἐναντίον μέν p. 328, 25 ἀναγκαῖον pro ἀναγκαῖον οὕτως ἔχειν p. 330, 28 ἀθανάτῳ pro ἀθανάτῳ καὶ νοητῷ p. 331, 14 τῇ αὐτῇ pro τοιαύτῃ p. 331, 15 μάλιστα pro μάλα), propius quam reliquas familias codicum Platonicorum ab his eclogis abesse statuendum est.

simillime igitur his capitis XLIX testimoniis atque ecloga ὡς ... ἡδύ proprias lectiones recentium librorum *E* (*ACEHJLY*) plurimas probari valde memorabile est. attamen horum excerptorum cum membranis *E* (*ACEHJLY*) consensum illam quae inter eclogam ὡς ... ἡδύ et familiam *E* intercedit cognationem adaequare adhuc dubito dicere. in his enim excerptis amplam sane partem Phaedonis continentibus etiam loci satis multi ubi Stobaeus a classi *E* discrepat, cum aliis libris Platonis conspirat occurrerunt; cuius generis loci in illa capitis L ecloga paucissimi tantum se obviam dedere.[1]) nihilo minus tamen vide ne altiore indagine firmari liceat cognatione plane eadem has eclogas atque eclogam ὡς ... ἡδύ cum peculiari memoria codicum *E* (*ACEHJLY*) cohaerere. nempe consentaneum videtur, etiam si textus Stobaeanus ad idem exemplar priscum Phaedonis cum familia *E* nostrorum librorum ascendat, tamen communis fontis imaginem neque libris anthologii neque Platonis *E* (*ACEHJLY*) integram servari. itaque nunc traditionem librorum *E* (*ACEHJLY*) in antiquiorem statum restituere conandum erit. si vero circumspicimus, quas lectiones classis *E* tamquam novicias abicere fas sit, id quidem postulandum esse monuerim, ut quod quaeque stirps recens p r i s t i n a e traditionis *E* (sive Stobaeus sive nostra classis *E*) secum fert peculium, id prorsus vile sit neve cuiquam ceterorum testium qui Phaedonem tradunt probetur. ergo ubi hae eclogae cum aliis libris Platonis atque cum *E* (*ACEHJLY*) faciunt, ibi *E* (*ACEHJLY*) penitus falli nobis demonstrandum erit. nisi saltem plerasque graviores propietates familiae *E* novicias esse planum fecerimus simulque inlustraverimus illam traditionem priscam Phaedonis, quam ab excerpto ὡς ... ἡδύ alienam libris *BCD* inesse invenimus, contineri scripturis a Stobaeo diversis codicum *BCD* etiam in ea parte Phaedonis quam hae eclogae complectuntur: capitis περὶ ψυχῆς testimonia ex eodem fonte atque eclogam ὡς ... ἡδύ manasse dici nequit. ita rem in eo esse patet, ut exploremus quas proprietates classis *E* spurias esse probabile sit. deinde vero quaecumque lectiones singulorum codicum Platonicorum a Stobaeo alienae

---

1) sicuti p. 477, 22 ἔοικεν.

Digitized by Google

ex antiquitate ortum trahere videntur, iis in unum congestis intuendum erit, num fontes prisci quales refingi debent, classibus quae extant librorum Platonicorum respondeant.

plurimas autem lectiones quas libri recentiores Platonis Stobaeo invito praebent, veritatis specie carere concedendum est. veluti dubitari nequit quin p. 325, 19 (p. 69 E) collocatio δοκεῖ ἔμοιγε quae pro ἔμοιγε δοκεῖ in libris *E* (*ACEHJLYΓΔΦGs*) reperitur respuenda sit. ἔμοιγε δοκεῖ quam saepe in Platone occurrat commode intellegitur perlectis paucis Cratyli paginis 416 A 421 E 423 E 424 A 425 C 429 C 430 C 435 D 439 D. ubi vero pronomen personale verbo δοκεῖ postposuit, semper formam breviorem μοι nisi quid me fugit Plato usurpavit.[1]) deinde p. 326, 26 (p. 70 D) ῥάδιον quod codices Platonici praeter antiquissimos *BCD* pro ῥᾷον suppeditant spurium esse censeo, cum quomodo ῥᾴδιον ex ῥᾷον tam hoc loco quam p. 115 E et Crat. 392 B in libris quibusdam ortum sit facillime explicetur. nimirum papyro Gorgiae[2]) in non nullis antiquis exemplis Platonicis ι adscriptum quod dicitur neglectum fuisse inlustratum habemus; quam litteram, si forte aderat, librarios offendisse consentaneum est. quo facilius A male iterato ex ΡΑΙΟΝ ΡΑΔΙΟΝ fieri potuit. item p. 332, 3 (p. 80 D) φίλε cur in libris *E* (*ΔGAEJ*) expunctum sit causa patet. nempe φίλε attributum, duobus vocativis Κέβης τε καὶ Σιμμία praemissum, uni tantum vocativo accommodatum est[3]); qua in re scribas haesisse probatur p. 82 C ubi libri (*ΔΦGs*) ἑταῖρε in verbis ὦ ἑταιρε Σιμμία τε καὶ Κέβης omittunt, lectio reliquarum membranarum papyro defenditur. iam gravissimas scripturas a Stobaeo alienas librorum recentiorum falsas esse nobis persuasimus. ut igitur archetypon vetus codicum *E* (*ACEHJLY*) opera eclogarii restitui posse magis et magis speramus, ita nunc in fontium priscorum ex quibus nostra Phaedonis memoria manavit alterum inquirere conveniet. cum vero id exemplar Phaedonis vetus, cui codicum *BCD* scripturas ab ecloga ὡς . . . ἡδύ abhorrentes deberi voluimus, etiam in ea parte dialogi quam haec capitis περὶ ψυχῆς excerpta complectuntur delineare in animo sit, iam quae ab his excerptis lectiones alienae singulorum pluriumve codicum Platonis ad antiquitatem ascendere videantur erui oportet. primum igitur p. 326, 1 (p. 70 A) dissuadente Stobaeo in enuntiato ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ . . . ᾗ ἂν ὁ ἄνθρωπος ἀποθάνῃ cum *BD* ἀποθνήσκει scribendum, cum *D* uno ἄν delendum esse moneo. nam librariorum studium coniunctivum cum ἄν pro indicativo ponendi ex Crit. 50 B ἐκείνην τὴν πόλιν . . . ἐν ᾗ (sic *BCD* Hermann : ᾗ ἂν *Ev*) αἱ γενόμεναι δίκαι μηδὲν ἰσχύουσιν (sic *D* : ἰσχύωσιν *BCE*), ἀλλὰ ὑπὸ ἰδιωτῶν ἄκυροί τε γίγνονται (sic *BCD*: γίγ-

---

1) cf. e. g. Crat. 423 B 438 E. Asti lexicon δοκεῖ ἔμοιγε non offert.
2) cf. Wessely, Mitteilungen a. d. Samml. Rainer 1887 II. III p. 76 sq.
3) cf. Schanz, Comm. Plat. p. 117.

Digitized by Google

νωνται *E*) καὶ διαφθείρονται (sic *BCD* : διαφθείρωνται *E*) cognitum habemus. ubi autem enuntiati sensus coniunctivum flagitat, membranas inter se consentire animadvertendum est; cf. Crit. 44 A τῇ γάρ που ὑςτεραίᾳ δεῖ με ἀποθνῄςκειν ἢ ᾗ ἂν ἔλθῃ τὸ πλοῖον. deinde p. 329, 13 (p. 79 B) praebent *E* (*ΔEHJLTΓΔG*) cum Stobaeo φαμὲν ἂν εἶναι, quod germanum esse equidem non negaverim conlatis p. 82 A ποῖ ἂν ἄλλοcέ φαμεν (sic *BCDEv* : φαῖμὲν *G* Euseb.) τὰς τοιαύτας ἰέναι et p. 103 C οὐκ ἄν ποτέ φαμεν (sic *BCDv* : φαῖμεν *E*) ἐθελῆcαι; sed φαῖμεν ἂν εἶναι codicum *BCD* (*ΦsC*) et ipsum ad antiquitatem redire Eusebius (p. 551 d) et Olympiodorus (p. 64, 18) testes sunt. praeterea p. 331, 3 (p. 80 B) ex collocatione verborum πολυειδεῖ καὶ ἀνοήτῳ quam codices *BCD* offerunt horum librorum memoriam cum ultra tempora Stobaei tum etiam Eusebii (cf. p. 552 d) recedere conligendum est. quamquam sinceram Platonis orationem hoc loco ne *BCD* quidem servasse iudico. satis autem peculiarem traditionem antiquam in familia *B* obviam esse inlustratum fore censeo, si verba καὶ ἀνοήτῳ, quorum collocatione haec familia a reliquis testibus abhorret, pro additamentis spuriis habenda esse apparuerit. atque prorsus inepte καὶ ἀνοήτῳ dictioni quae praecedit καὶ νοητῷ opponi fatendum est. nusquam enim apud Platonem ἀνόητος verbum ab eo frequentatum id quod ratione non capitur significat; quae res neque interpretes nostri aevi praeteriit, e quibus Hermannus[1]) αἰςθητῷ pro ἀνοήτῳ se exspectare professus est, neque commentatores antiquos quorum Olympiodorus νοητῷ active dictum esse voluit.[2]) at vide ne καὶ ἀνοήτῳ deleto omnis difficultas remota sit. nam quod verbis τῷ μὲν θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ νοητῷ καὶ μονοειδεῖ καὶ ἀδιαλύτῳ καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντι tantum quinque dictiones opponuntur, id nil offensionis habere alio loco Phaedonis clarissime probatur p. 83 B ψυχὴ . . . ἀπέχεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ λυπῶν καὶ φόβων λογιζομένη ὅτι ἐπειδάν τις cφόδρα ἡcθῇ ἢ φοβηθῇ ἢ ἐπιθυμήcῃ (sic *BCD* : ἢ λυπηθῇ ins. post φοβηθῇ *Ev* : post ἡcθῇ Iamblich. : καὶ λυπηθῇ post ἡcθῇ *ΔΦGs* papyr.). sicuti p. 83 B λυπηθῇ quod substantivo λυπῶν responderet, item p. 80 B ἀνοήτῳ quod νοητῷ opponeretur lectores Phaedonis antiquissimi suo periculo supplevisse existimandi sunt. etsi autem p. 80 B additamentum vel in libros *BCD* inrepsit, tamen ex eius positione singularem memoriam his libris inesse evincitur. similiter p. 331, 5 (p. 80 B) quod codices *BCD* (*ΔΦGsC*) in enuntiato ἔχομέν τι παρὰ ταῦτα ἄλλο λέγειν . . . ᾗ οὐχ οὕτως ἔχει tradunt ᾗ pro ὡς librorum *E* (*ΔEH JLT*) Stobaei Eusebii (p. 552 d), id optimo iure Schanzium recepisse locis quibusdam veluti Phaed. 85 C Theaet. 184 C Leg. 963 D demonstratur. item p. 331, 12 (p. 80 C) membranas *BCD* ex puriore

1) cf. ed. praef. p. 15.
2) cf. Wyttenbachi adn. ad l.

Digitized by Google

fonte quam reliquos testes memoriam hausisse apparet. nam verbum διαπνεῖcθαι quod a *BCD* solis abest, in *E* (*ΔCEHJLΥΓΔ ΦGs*) apud Stobaeum et apud Eusebium (p. 553 a) legitur, Xenophon et Aristoteles inter philosophos primi usurpaverunt. denique p. 331, 10 (p. 80 C) ubi articulum τό ante cῶμα libri *BCD* ponunt, *E* (*ΔCEHJLΔΦGs*) cum Stobaeo omittunt, discidium traditionis Stobaeo vetustius esse ex Eusebii testimonio (p. 553 a) cognoscitur. postremo vide ne etiam p. 329, 25 (p. 79 C) ubi anthologio verba eadem atque membranis *E* (*ΔCEHJLΓΔΦGs*) traduntur τοῦτο γάρ ἐcτιν τὸ διὰ τοῦ cώματοc τὸ δι' αἰcθήcεωc cκοπεῖν τι codicibus *BD* τὸ δι' αἰcθήcεων, Tubingensi *C* τὸ δὲ δι' αἰcθήcεων, Vindobonensi *Υ* ἢ τὸ δι' αἰcθήcεωc pro τὸ δι' αἰcθήcεωc exhibentibus, quibus variis fontibus nostra memoria Platonis nitatur apte inlustretur. quo loco Eusebium qui (p. 552 a) τὸ δι' αἰcθήcεωc omittit genuinam Platonis scripturam servasse opinor; nam in sententia ἡ ψυχὴ ὅταν μὲν τῷ cώματι προcχρῆται εἰc τὸ cκοπεῖν τι ἢ διὰ τοῦ ὁρᾶν ἢ διὰ τοῦ ἀκούειν ἢ δι' ἄλληc τινὸc αἰcθήcεωc verbis ἢ διὰ τοῦ ὁρᾶν ... ἢ δι' ἄλληc τινὸc αἰcθήcεωc notionem τῆc cκέψεωc τῆc ψυχῆc τῷ cώματι προcχρωμένηc planius describi, parenthesi autem quae sequitur τοῦτο (i. e. τὸ cκοπεῖν διὰ τοῦ ὁρᾶν κ. τ. λ.) γάρ ἐcτι τὸ διὰ τοῦ cώματοc cκοπεῖν τι id dogma quod in enuntiato ἡ ψυχὴ ὅταν μὲν τῷ cώματι προcχρῆται εἰc τὸ cκοπεῖν τι ἢ διὰ τοῦ ὁρᾶν κ. τ. λ. latet, diserte efferri apparet. nullum igitur locum dictioni τὸ δι' αἰcθήcεωc esse videmus. ut autem apud Stobaeum item atque in plurimis libris Platonis glossema in contextum orationis infarsum reperis, ita particulae δέ Crusiani ἢ Vindobonensis verba suspecta glossatori deberi certum affirmant. — his igitur locis haud ita paucis qua memoria Phaedonis Stobaeus usus est, ea in parte maiore nostrorum librorum recurrit, singuli autem pluresve codices vetusti alteram priscam traditionem praebent. iam vero locos quosdam ubi Bodleiani memoria in parte maiore librorum Platonis comparet, gnomologus cum singulis paucisve membranis proprie congruit occurrere dicendum est; quorum locorum plerisque de leniore differentia traditionis agitur. p. 326, 3 (p. 70 A) forma a Platone aliena praesentis διιπταμένη tam in libris scriptis Stobaei quam in Platonis Vindobonensi (*Φ*) invenitur; ubi genuinam lectionem nullos libros nisi eos qui διαπτομένη tradunt, servasse liquet, quoniam ne διαπταμένη quidem codicum quorundam Platoni impertire fas est.[1]) praeterea lectiones pravas p. 327, 17 (p. 71 C) Vaticani (*Δ*) τό pro τῷ, p. 329, 2 (p. 78 C) Parisini (*G*) ἤπερ pro εἴπερ in anthologio recurrere adnotaverim. deinde p. 329, 11 (p. 79 A) ἢ particula quae in interrogatione ἄλλο τι ἡμῶν αὐτῶν ἢ τὸ μὲν cῶμά ἐcτι, τὸ δὲ ψυχή responso οὐδὲν ἄλλο sequente Stobaeo cum libris (*ΦEΓ*) communis est, in

1) cf. Schanz, ed. Plat. XII praef. p. 18. Moeris p. 207.

Digitized by Google

Vaticano (*Δ*) autem post τι legitur, interpolatori debetur, antiquissimam vero traditionem pars maior librorum Platonis duce Bodleiano reddit. nimirum locum quem tutores[1]) particulae attulere Theaet. 170 B τί ἄλλο φήσομεν ἢ αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἡγεῖσθαι . . .; : : οὐδὲν ἄλλο huc non quadrare atque rationibus Heindorfi et Schanzi[2]) ἤ improbantium plurimum tribuendum esse censeo. denique p. 330, 18 (p. 79 E) ubi Stobaeus cum paucis libris (*ΔΦGs*) δέ exhibet, lectionem Bodleiani reliquorumque codicum cum eclogario pugnantium δή et ipsam ab antiquitate originem trahere Eusebius (p. 552 c) confirmat. ac iam ii loci ubi vetustissimos libros *BCD* a traditione Stobaeana non pendere aut certum aut probabile est in medium producti sunt. sed ut omnes lectiones priscas Stobaeo ignotas singularum partium nostrae memoriae Platonicae in unum componere propositum habemus, ita nunc pauciens ipsis antiquissimis codicibus cum excerptore conspirantibus discrepantes membranas recentiores ad antiquitatem ascendere commemorandum est. p. 329, 25 (p. 79 C) legitur apud Stobaeum ut in *BCD* pessime τό pro τότε et p. 331, 2 (p. 80 B) testantur *BCD* (*ΦGsΔCE*) adstipulante eclogario ψυχή, cum scripturam reliquorum librorum ψυχήν Eusebius (p. 552 d) praebeat.

quaestionum criticarum quas inire oportuit calculis subductis evincitur harum eclogarum textum minime ita ex diversis familiis librorum Platonis constitutum esse, ut quas quaeque familia veras lectiones secum fert, eae in eclogis recurrant. praeter recensionem Stobaei etiam traditionem ab eo alienam in nostra memoria Phaedonis deprehendere contigit. et quoniam qui libri recensioni *E* eclogae ὡς . . . ἡδύ ut peculiares testes orationis Platonicae opponi debuerunt *BCD*, ex iis ipsis praeter duos locos[3]) minoris momenti p. 329, 25 p. 331, 2 etiam illa quae ab his eclogis abhorret prisca memoria Phaedonis refingitur, ceterum alienas ab his excerptis librorum *E* (*ΛCEHJLΥ*) proprietates graviores a recenti lapsu scribarum ortum trahere probatum est, iam his testimoniis capitis περὶ ψυχῆς plane eandem rationem atque eclogae ὡς . . . ἡδύ cum singulis familiis librorum Platonis intercedere apparet. ac ne eo quidem haec excerpta ab ecloga ὡς . . . ἡδύ differunt quod cum aliis libris atque cum *E* (*ΛCEHJLΥ*) congruunt talibus locis paucis ubi velut p. 326, 3 p. 327, 17 p. 329, 2 p. 329, 11 p. 330, 18 hi libri cum Bodleiano ad antiquitatem ascendere videantur; nam huius quoque generis locus in ecloga ὡς . . . ἡδύ obviam fuit p. 477, 22.[4]) quae cum ita sint Ioannem testimonia capitis περὶ ψυχῆς ex eodem fonte atque excerptum capitis L sumpsisse iudicandum est.

verum si libros *E* (*ΛCEHJLΥ*) cum eclogis Stobaeanis artius

1) cf. Hermann, ed. Plat. I praef. p. 15.
2) cf. Nov. Comm. p. 152.
3) de his cf. p. 439. 4) cf. p. 422.

Digitized by Google

quam cum reliquis codicibus Platonis cohaerere dicimus, quod maculas quasdam diversis familiis librorum Platonicorum inter se communes esse ipsa Stobaei excerpta docuere[1]) nunc nos fugisse credas. si e stirpe ad quam extremam omnia nostra exempla Phaedonis revocari debent, etiam ille liber ex quo excerpta anthologii ducta sunt prognatus est, qui fiat ut eaedem falsae lectiones in omnibus codicibus Platonis, non apud Stobaeum compareant, expediri non posse putes. tamen vel huius rei explicationem in promptu habere mihi videor. nullam enim lacunam e Stobaeo supplendam aut sententiam quam intellegi posse desperandum esset nisi excerptor succurreret, in nostro textu Platonico occurrere observandum est; ubi scriptura communis librorum Platonis defendi nequit, aut additamenta e libris expelluntur veluti p. 329, 5 (p. 78 C) ταῦτα δέ p. 331, 24 (p. 80 D) δή aut lectiones corruptae, quae ut falsa veritatis specie splendent, ita in numerum mutationum consulto et emendandi causa factarum referendae sunt ut p. 325, 22 (p. 70 A) διαφθείρηται p. 331, 19 (p. 80 D) ὅμωϲ, in integrum restituuntur. talis autem cum indoles vitiorum sit quibus libri Platonici consentiunt, hic consensus vide ne ab re eadem repetendus sit quae pro causa habenda est cur locis quibusdam veluti p. 477, 22 p. 326, 3 p. 327, 17 p. 329, 2 p. 329, 11, p. 330, 18 codices Stobaeo cognati *E* (*ΛCE HJLΥ*) libros *BCD* sequantur, membranae (*ΔΦGs*) quae plerumque ab eclogario discrepant solae eius memoriam reddant. monuimus supra[2]) ex huiusmodi locis non modo apparere ad memoriam Stobaei refingendam praeter libros qui ab excerptore proxime absunt *E* (*ΛCEHJLΥ*) familiam (*ΔΦGs*) adhibendam esse, verum etiam unum quemque de codicibus *E* (*ΛCEHJLΥΓΔΦGs*), quos una classi comprehendi par fuit, e Bodleiano interpolatum esse. cum igitur omnibus libris qui recensionem Stobaeanam tuendam accepere lectiones Bodleiani inmixtas esse constet, ut excerptoris recensio locis quibusdam e nostra memoria Platonica penitus expulsa sit non mirum videbitur.

ita e mixta memoria cum librorum (*ΔΦGs*) tum familiae *E* propria explicatum habemus, cur quamvis discidium traditionis Platonicae ante Stobaeum factum sit, tamen qui post eum libri scripti sunt nostri omnes communi necessitudinis vinculo cohaereant. atque diversorum rivulorum memoriae Platonicae confusioni, qualis adhuc in codicibus *E* (*ΛCEHJLΥΓΔΦGs*) probata est, nunc insistamus oportet, quippe in qua fines consistant ultra quos in explorando, quae ratio inter fontes priscos nostrorum exemplarium et inter memoriam a Stobaeo usurpatam Phaedonis interfuerit, progredi non licet. etsi enim propinqua cognatione codices *E* (*ΛCEHJLΥ*) recensionem Stobaeanam attingere demonstratum habemus, tamen descendisse ab una excerptoris memoria ne libri *E* (*ΛCEHJLΥ*)

1) cf. p. 431. 2) cf. p. 421.

Digitized by Google

quidem merito praedicantur, nisi forte cum ceteris eorum proprietatibus etiam eas quae in traditione Bodleiani recurrunt p. 477, 22 p. 326, 3 p. 327, 17 p. 329, 2 p. 329, 11 p. 330, 18 novicias esse evincitur. et ne tum quidem archetypon familiae *E* et textus Stobaeani peculiare cogitare liceret; immo si lectiones quae libris *E* (*ACEHJLY*) cum codice Oxoniensi communes sunt velut p. 477, 22 ἔοικέ τι spuriae essent, ipse vetustissimus liber *B* a memoria *E* penderet. concesso vero non modo ab excerptoris recensione, verum etiam a traditione Bodleiani libros *E* (*ACEHJLY*) descendisse, rursus nisi *E* (*ACEHJLY*) p. 477, 22 p. 326, 3 sq. iisdem vitiis atque Clarcianum occupatos esse firmatum erit, memoriam *E* post Stobaeum e codice *B* interpolatam esse pro certo dici nequit. etiamsi enim codicum *E* (*ACEHJLY*) cum excerptore consensus plurimis locis gravissimis probatus lectiones ab eclogis alienas horum librorum ab eorum archetypo afuisse omnes ad unam ut sumamus suadeat, tamen proprietates eiusmodi quae ut p. 477, 22 ἔοικέ τι ad ipsum Platonem redire videantur, recensioni archetypae *E* relinquere ratio postulat. utrum igitur ex uno eodemque exemplari antiquo diversae nostrorum codicum familiae in quibus scripturae anthologii comparent suam quaeque partem memoriae Stobaeanae petiverint, an recensio qua excerptor usus est ipsa e variis fontibus constituta fuerit, in ambiguo relinquendum esse acriter moneo.

ut autem dubitari debet num recensio Stobaeana pro fonte habenda sit ex quo mixto cum traditione Bodleiani recensiones librorum *E* (*ACEHJLY*) et (*ΔΦGs*) ortae sint, sic id quidem certum esse adhuc nobis visum est in definita parte codicum Platonicorum, in codicibus *BCD* nullas Stobaei peculiares lectiones occurrere; cum traditio *B* etiam in reliquis libris Platonis, modo in his modo in illis, obviam esset, tamen ex *BCD* solis quaequmque a gnomologo a l i e n a memoria Phaedonis ad nos pervenit, eam plenam cognosci posse. at nunc valde verendum esse dicamus oportet, ne *BCD* item memoriae Stobaeanae atque *E* (*ACEHJLYΓΔΦGs*) traditionis *B* participes sint. nisi casu Stobaeus cum *BCD* p. 329, 25 lectione corrupta τό, p. 331, 2 ubi Eusebius cum libris plerisque ψυχήν exhibet, lectione ψυχή congruit, etiam recensio *B* e compluribus libris antiquis conflata est. sic vide ne quamvis testimoniis Stobaeanis dilucide perspectum habeamus varia memoria antiqua nostram memoriam Phaedonis niti, tamen quae exemplaria dialogi media aetate scripta sunt, ea in duas classes duabus priscis recensionibus respondentes Stobaeo consulto secare frustra temptemus.[1]) immo si modo traditione apud Stobaeum obvia certus fons nostrae memoriae Phaedonis repraesentatur, etiam si ad duos libros veterum nostri omnes redirent, nostros libros in duas classes dividi omnino non posse demonstratum est.

---

1) ita corriguntur quae p. 421 dicebantur.

Digitized by Google

sed satis probabile esse e pluribus quam duobus libris veteribus varias familias codicum Platonicorum exortas esse modo[1]) ediximus. librorum *E* (*ΛCEHJLΥ*) recensionem item a libris (*ΔΦGs*) ut classem *E*(*ΛCEHJLΥΓΔΦGs*) a membranis *BCD* iam ante Stobaeum distinctam fuisse admodum veri simile nobis visum est. trium autem recensionum Phaedonis uni cuique variam traditionem priscam inesse fusius inlustrare adhuc satis fuit et commodum; ut in communibus librorum *E* (*ΛCEHJLΥ*) lectionibus recensio Stobaeana, in libris *BCD* traditio excerptori ignota clarissime deprehenditur, ita scriptura totius familiae (*ΔΦGs*) propria praeclarum et insigne exemplum conflatae memoriae est, quam omnes libros Platonicos qui acrius intuuntur prae se ferre perspiciunt. at iam quot peculiares in partes libri nostri discedant nos nondum accurate exploratum habere in eo est ut moneamus. cum adhuc instar testis unius codices *BCD* item atque libros (*ΔΦGs*) et *E* (*ΛCEHJLΥ*) habuerimus, clarissimum esse nunc statuere interest unum archetypon refingere ne ex iis quidem qui saepissime inter se proprie conspirant codicibus licere, nisi ubicumque iidem libri secum discordant, ibi altera pars eorum menda recenti laborat. ita dicamus necesse erit, etiamsi *BCD* aeque ac (*ΔΦGs*) et *E* (*ΛCEHJLΥ*) peculiaribus scripturis plurimis inter se congruant, tamen nec *BCD* nec (*ΔΦGs*) aut *E* (*ΛCEHJLΥ*) ab una stirpe totos tractos videri. ac primum quidem cum loci obviam sint qualis legitur p. 326, 3 ubi de libris (*ΔΦGs*) unus (*Φ*) cum Stobaeo διιπταμένη exhibet, (*ΔGs*) cum aliis membranis Platonis ad antiquitatem ascendere videntur, libros singulos familiae (*ΔΦGs*) e variis fontibus constitutos esse indicatum habemus. deinde quamvis multis lectionibus gravissimis libri *BCD* a reliquis omnibus Platonis distinguantur, et eum locum occurrere fatendum est ubi ipse *B* una cum *C* memoriam Stobaeo probatam classis *E* (*ΛCEHJLΥΓΔΦGs*) sequitur, *D* unus verum rettulit[2]), et eum ubi *BD* a fonte antiquo pendere eclogarius confirmat, attamen librum *C* ipsum quoque traditione prisca uti veri simillimum est.[3]) denique cum ad memoriam Stobaeanam e nostris libris refingendam praeter codicem *E* etiam libros (*ΛCEHJLΥ*) adhibere necesse fuerit, tamen p. 327, 14 de familia *E* (*ΛCEHJLΥ*) unus *E* lectionem excerptoris οὐκ ἐξ ἀδικωτέρου tradit, codicum (*ΛCEHJLΥ*) scriptura ἐξ ἀδικωτέρου et veritatis specie splendet et in Oxoniensi libro recurrit.

quo plures autem recensiones propriae Phaedonis, quarum quaeque cum Stobaeo comparata variam traditionem priscam secum ferre videtur, nobis suppetunt, eo minus earum omnium originem a duobus tantum libris veteribus repetere opinor fas erit. et praesertim cum

1) p. 439. 2) cf. p. 326, 1 ἢ . . . ἀποθνήσκει. vide p. 434.
3) cf. p. 329, 25 τὸ δὲ δι' αἰσθήσεων. vide p. 436.

Digitized by Google

plane eodem iure quo nos codices *E* (*ACEHJLY*) ad librum priscum a Stobaeano diversum revocare voluimus, etiam recensionem (*ACEHJL*) a recensione *E* iam antiquitate secretam fuisse quis dicturus sit, ne de aetate singularum recensionum quid certi praedicemus cavendum est.

contenti igitur inlustravisse eas quae ineunte capite περὶ ψυχῆς p. 325, 18—332, 3 leguntur eclogas item atque eclogam capitis L ὡς . . . ἡδύ a libris *E* (*ACEHJLY*) multo propius quam a reliquis libris Platonis abesse ad cetera testimonia Stobaeana Phaedonis transibimus. quid vero excerptis adhuc tractatis in historia memoriae Platonicae exploranda profecerimus, quid pluribus eclogis comparatis melius intellegi posse sperandum sit, breviter comprehendere libet. e compluribus libris veteribus nostram traditionem Phaedonis aptam esse planum factum videtur; sed adhuc certum nescimus quot tandem Phaedonis exemplaria nec de servatis transcripta nec e servatis constituta sint, itemque ancipites haeremus utrum qui ad antiquitatem ascendunt libri certis libris veteribus respondeant, an pro recensionibus recens factis haberi debeant. ceteris igitur longis et multis testimoniis collatis ut codices omnes qui lectiones priscas soli servarunt, indicentur ad lucem protrahantur fore speramus; simul si quorum librorum proprietates non nullas in certis quibusdam eclogis recurrere videbimus, acriter intueamur necesse erit, num hi libri adeo cum solo gnomologo congruant ut ipsam eorum peculiarem recensionem priscae originis esse fatendum sit. tamen non iam recensionem aliquam apud Stobaeum obviam cum certo genere codicum nostrorum ex eadem stirpe descendisse ita firmare temptabimus, ut lectiones a Stobaeo diversas illius librorum familiae tamquam spurias abiciendas esse probemus. nam perspecta ratione quae inter singula genera nostrae memoriae Platonicae et inter traditionem superiorum eclogarum intercedat, si familiam aliquam codicum Platonicorum cum excerptis quibusdam sequentium peculiariter conspirare inveniemus, in familia librorum eadem etiam alteram ab his excerptis alienam traditionem Phaedonis deprehendemus, minime mirabimur. quae igitur eclogae sequentes similiter atque superiores eclogae generis *E* modo cum his modo cum illis libris Platonicis faciunt, eae a qua familia nostrorum librorum proxime absint, statuere satis habebimus. ut autem fons primarius librorum qui e diversis exemplaribus constituti sunt, si modo proditur, apertis scripturae vitiis inlustratur, sic si quae lectiones lacunosae insanaeve libris Stobaei cum singulis codicibus Platonis communes sunt, ex his locis potissimum discendum erit quae ratio inter familias nostrorum codicum et inter quamque Stobaei eclogam intercedat.

cum igitur ad reliquam quaestionem absolvendam minus expedire pateat libris Platonicis inter se discrepantibus quae scripturae ger-

Digitized by Google

manae, quae falsae sint curis criticis investigare, tamen in pretium earum lectionum variarum quibus ab universa nostra memoria Platonica Stobaeus abhorret diligenter inquirere pergendum erit. quorum excerptorum peculiares scripturae spuriae esse inveniuntur, eorum memoriam e stirpe eadem ac quae adhuc nobis innotuere recensiones Phaedonis originem petere sumi debet. si vero alicuius eclogae proprias lectiones complures e stilo Platonis fluxisse negari non poterit, sedulo dispicere oportebit, utrum quae nova deteguntur codicum Platonicorum vitia communia similiter atque corruptelas eorum superioribus eclogis proditas ab antiquariorum arbitrio[1]) repetere liceat, an ex his vitiis concludi necesse sit quotcumque exemplaria vetera Phaedonis ad Byzantinos pervenere, ea omnia ex uno eodemque fonte maculoso pendere. ceterum eo magis testimonium concordans codicum Platonicorum veritatem praestare nobis persuasum erit, quod e compluribus libris veteribus nostros prognatos esse praegressa disputatione expertum habemus.

inter locos permultos Phaedonis quos Stobaeus per totum opus dispersit, etiam alia genera memoriae atque traditionem eclogarum quas adhuc tractavimus, quam *E* appellari voluimus[2]), nobis obviam fore putandum est. praesertim si in eodem anthologii capite locis diversis testimonia Phaedonis leguntur, ea non omnia ex eodem fonte petita esse probabile videtur. in capite περὶ ψυχῆς eclogas quas absolvimus loci e Cratylo et Phaedro Platonis atque ex Herodoto desumpti secuntur, quos excipit pars altera eclogarum Phaedonis quas Ioannes in caput περὶ ψυχῆς congessit. et horum quidem excerptorum primum est excerptum πότερον . . . ἐξευρήσειν (p. 91 E—95 A = p. 333, 21—338, 23) cuius memoria tabella hac inlustretur:

p. 91 E			
= 333,	21	— ἔμπροσθεν = *CDv*	ἔμπροσθε *BE* (*Υ*)[35])
	22	— — τοὺς . . . οὔ = *BCDEv*	om. (*Φ s Γ*) propter homoeocatarcton
	23	— — ἐφάτην = *Ev*	φάτην *BCD*
	24	— — λέγετε = *Ev*	λέγεται *B* (*Υ*) et ut vid. pr. *CD*[36])
	24	— ἔφαμεν = *BCDEv*	φαμὲν (*G*)[37])
	25	ἄλλό τι = *BCD*(*G*): ἄλλοθι (*ΔEHJLΓ*)	ἄλλοθί που *Ev*
	25	— — πρότερον = *BCDEv*	πότερον (*Δ*)
p. 92 A	26	— — — — ἐντεθῆναι	ἐνδεθῆναι Plat.
334,	1	— — — ὤ	ὁ Plat.
	1	— — — — θαυμαστῶς	θαυμαστῶς ὡς Plat.
	3	— — — — πάνυ γε	πάνυ Plat.
	4	— — — — θαυμάσαιμι	θαυμάζοιμι Plat.
	4	— — — ἐμοὶ	εἴ μοι Plat., sed (*L*) om.

[1]) cf. p. 438. [2]) cf. p. 422.

Digitized by Google

334,	4 — ἄλλα = *BCD*(*Φ*)	ἄλλο *Ev*
	4 ἔτι = *v*: ἐπι (*J*)	om. *BCDE*(*ΔΦs*)
	6 — ἄλλο = (*G*)	ἄλλα *BCDEv*
	6 δόξαι = *v*	δοξάcαι *BCDE*(*ΔΦGsΥ*)
	6 — — ἄνπερ μείνῃ = *v*: ἐάνπερ μείνῃ *BDE* (*ΔΦsΥ*)	ἐὰν περιμείνῃ *C*
	6 ἤ δε = *BCDv*	om. *E*
	8 ἐκ τῶν = *BCDEv*	ἐκ δὲ τῶν (*J*)
	8 — ἐντεταμένων = *BCDEv*	ἐκτεταμένων (*J*): ἐντεταγμένων (*L*)[38])
	9 — — οὐ . . . cυγκειμένη = *BCDEv*	om. (*G*)
	9 — — — που = *BCDEv*	πω (*L*)
	9 — cαυτοῦ = *BEv*	αὑτοῦ *CD*(*G*): αὑτοῦ c[39])
p. 92 B	10 — — — ἐκεῖνο	ἐκεῖνα Plat.
	11 — — — — — οὐδαμοῦ	οὐδαμῶc Plat.
	12 ὅτι = *BCDE*(*ΛCEHLGsΥΓ*)	ὅτι οὐ *v*
	14 — — — — — εἶδοc καὶ	τε ins. *Ev*: γε *BCD*
	16 — ᾧ = *Ev*	ὅ *BCD*(*Υ*)[40])
	17 — — — ἀράρμοcτοι	ἀνάρμοcτοι Plat.
p. 92 C	20 — — — — — ξυναινέcεται	ξυνάcεται *v*: ξυνέcεται *BCDE*: ξυνίγεται (*s*)
	23 — — coὶ οὐ = *Ev*	οἵου *BCD*: οὐ (*G*)
	25 ψυχὴν = *Ev*: ψυχὴ *BCD*	τὴν ψυχὴν (*Φs*)
	26 ἐκεῖνον ἔφη = *v*: ἐκεῖνο ἔφη *C*	ἔφη ἐκεῖνον *E* (*Υ*) : ἔφη ἐκεῖνο *BD*: ἐκεῖνον (*G*)
p. 92 D	27 — — — εὐπρεπείαc	ἀπρεπείαc (*Δ*)
335,	2 — — — φυλάττοιται	φυλάττηται Plat. Stob. II p. 24, 22
	3 — — — — — καὶ τοῖc	ἐν ins. Plat.: Stob. II 24, 23 hab. ἐν, om. τοῖc
	3 — — — — — πᾶcιν	ἅπαcιν Plat. Stob. II 24, 23
	4 — — — ὑποδέcεωc	ὑποθέcεωc *BCDEv*: ὑποδέξεωc (*Φs*)
	5 — ἐρρήθη = *BCDv*	ἐρρέθη *E* (*ΔΦsΥ*)[41])
	6 — — — — — πρὶν ἤ	πρὶν Plat.
	7 — — — — οὕτωc	ὥcπερ Plat.
	8 τοῦ = *BCDEv*	τούτου (*Δ*)
p. 92 E	9 ἀποδέδειγμαι = (*ΔJLΓ*)	ἀποδέδεγμαι *BCDEv*
	10 — — — — — ὡc . . . ὡc	om. Plat.
	10 — — μήτε ὡc ἐμαυτοῦ = *BCDEv* (sed om. ὡc)	om. (*EJL*)
	11 — ψυχὴ = *BBDEv*	ἡ ψυχὴ (*Δ*) cf. adn. 30
	11 — — ὧ . . . προcήκειν = *BCDEv*	om. (*J*)
	12 τίδέ . . . τίδέ = *C*	τίδέ... τῆδε *BCDEv*: τῆδε om. (*Δ*)

Digitized by Google

	335, 13 ἔχει = (J)	ἔχειν BCDEv
p. 93 A	13 ἂν ἐκεῖνα BCDE(ΔΦGsΥ)	ἐκεῖνα ἂν v
	13 — — ἔχῃ = BCDEv	ἔχοι (ΔE)
	13 — — ἐξ = BCDEv	τὰ ἐξ (Δ)
	15 παρ' ὃ = C	παρ' ἃ BEv : παρ' D
	15 — — ἐκεῖνα = BCDEv	ἐκεῖνο (ΥE) : ἐκεῖνος (J)
	17 ἁρμονία = (ΛEHJLG)	ἁρμονίαν BCDEv
	18 — — δεῖ BCDEv	δή (Δs)
	18 — — ἐναντία BCDEv	ἐναντίαν (Δs)[42]
	18 — — γε = BDEv	γὰρ C : γε ἄρα (G) : om. (L)
	18 ἁρμονία = CD(ΦGΛCEH JLΓ)	ἁρμονίαν BE(Υ)
	19 — — — — ἂν	om. Plat.
	19 τι ἄλλο = BCDEv	ἄλλο τι (Δs)
	20 — — αὐτῆς BDEv	αὐτοῖς C
	20 — — — μέντι	μέντοι Plat.

huc usque memoria Stobaei ex F solo hauriebatur, inde a πέφυκεν p. 325, 21 etiam P excerptum habet

	21 — — ὡς ἂν ἁρμοσθῇ = BC DEv	om. (s)
	23 — — καὶ = BCDEv	om. (ΛHJΦ)
p. 93 B	23 — — εἴπερ = BCDEv	ἤπερ (Δ)
	24 — — ἂν = BCDEv	om. (ΛCEJLΓ)
	25 ἥττων = BCDEv	ἧττον (Γ)
	26 εἰ = BCD(J) : ἢ εἰ (Υ)	ἢ Ev
	26 τοῦτο = BCDEv	τοῦτο καὶ (Δ)
	26 κατὰ = (Λ)	καὶ κατὰ BCDEv
	26 τὸ = BCDEv	om. (CEHJL)
	336, 1 — — — — ψυχὴν	ψυχῆς Plat.
	1 ἐπὶ = BCDEv	om. (Φs)
	2 — — αὐτὸ = BCDEv	καὶ τὸ (s)
	3 δή, ἔφη = BCDEv	δή (ΛCEHLΔΦsΓ) Stob. I p. 310, 22
	4 τε = BCDEv Stob. p. 310, 23	om. (CEHJLΔΦGsΓ)
p. 93 C	6 — — τῶν . . . ἁρμονίαν εἶναι = BCDEv	om. (Γ)
	6 — τιθεμένων = Ev	θεμένων BCD[43]
	7 — ψυχὴν = BCDEv	τὴν ψυχὴν (E) cf. adn. 30
	7 τί τις = BDEv	τις τί (ΔΦGs) : τι τί C : τίνα τις (L) : τις (ΓC)
	7 — — — φύσει	φήσει BCDEv : φησι (GsJ)
	8 ταῖς ψυχαῖς = BCDEv	τῇ ψυχῇ (J)
	8 πότερα = (ELΓ)	πότερον BCDEv

Digitized by Google

336,	9 αὖ τινα = *BCDE*(*ΔΦsΥ*)	τινὰ αὖ *v*: αὖ (*G*)
	9 ἄλλην = *BCDv*	ἄλλην καλὴν, sed καλὴν punctis notatum *E*: ἄλλην καλεῖν (*G*)
	10 — — — — τῇ	om. Plat.
	11 — — — τήν τε	τὴν δὲ Plat.
	11 — — καὶ = *BCDEv*	ὡς (*Γ*)
	12 — — — — — ἔγωγε φηςὶν	ἔγωγ᾽ ἔφη Plat.
	12 — — ὁ = *Ev*	ὦ *BCD*
	13 — — Σιμμίας *BEv*	Σιμμία *CD*
	13 — δὲ = *BCDEv*	δὴ (*Φ*)
	13 τοιαῦτ᾽ ἄττ᾽ = *BCDEv*	τοιαῦτ᾽ (*AEJ*)
	13 — — ἂν = *BCDEv*	om. (*G*)
p. 93 D	15 — — ἑτέρας = *BDEv*	om. *C*
	17 — — ἑτέρας = *BCDEv*	om. (*Φ*)
	17 ἁρμονίας = *BCDEv*	om. (*C*)
	18 μηδὲν = *BCDv*	μὴ *E*
	20 εἰ = *BCDE*(*ΥL*)	ἢ *v*
	21 — μήτε = *BCDEv*	μηδ᾽ (*ΔΦs*)
	22 — — ἣ = *BCDEv*	ἣ ἡ (*H*)
	22 — — τὸ ἴςον (ante οὐκοῦν) = *BCDEv*	ἴςον (*Φ*)
	22 — — — — — ψυχὴ	ψυχὴ ἐπειδὴ Plat.
	22 — — οὐδὲν = *BCDEv*	om. (*Φs*)
	23 — — ἄλλη . . . ἧττον = *BCDEv*	om. (*Δ*) propter homoeoteleuton
p. 93 E	24 — — ἥρμοςται = *BCDEv*	ἡρμόςθαι (*Γ*)
	26 — — — — ἂν	μετέχοι ἂν Plat.
337,	2 — — — — ἀναρμοςτίας	ἀναρμοςτία Plat.
p. 94 A	4 ψυχὴ = *BCDEv*	om. (*Δ*)
	5 — — ἐςτὶν ἁρμονία = *BCDEv*	om. (*s*) propter homoeoteleuton
	7 παντελῶς ψυχὴ = *BCDEv*	ψυχὴ παντελῶς (*Φ*)
	8 τε = (*AJ*)	γε *BCDEv*
	9 πάντων = *BDEv*	πάντων τῶν *C* (*G*)
	10 ὁμοίως ἀγαθαὶ = *BCDEv*	ἀγαθαὶ ὁμοίως (*G*)
	11 — τοῦτο = *E* (*EJ*)	τοῦτο τὸ *BCDv*[44])
	11 — — — — — εἶναι ψυχαί	ψυχαί, εἶναι Plat.
	11 ἔφη = *BCDEv*	om. (*G*)
	11 — — ὦ = *BCDEv*	ὁ (*J*)
	12 καὶ καλῶς = *BCEv*	καλῶς *D*
	13 — — — — — ἂν	om. Plat.
p. 94 B	13 — — εἰ = *BCDEv*	ἢ *D*
	13 — ἡ = (*ΦsCHLΓ*)	om. *BCDEv*[45])
	16 — — — — — ἀρχὴν	ἄρχειν Plat.
	17 — — — — πρότερον	πότερον Plat.
	17 κατὰ τὸ = *BCDEv*	κατὰ (*Γ*)

Digitized by Google

	337, 17 παθήμαςιν ἢ καὶ ἐναντιουμένην = (ΔΦs)	πάθεςιν ἢ καὶ ἐναντιουμένην παθήμαςιν v: πάθεςιν ἐναντιουμένην παθήμαςιν BCD: πάθεςιν ἢ καὶ ἐναντιουμένην τοῖς παθήμαςιν E
	18 τὸ = BCDEv	om. (ΦL)
	18 οἷον = (ΔΦGsΛCEJLΓ)	ὡςεὶ BCDEv
	19 — — τὸ = BDEv	τοῦ C (Φ)
	20 που μυρία = C (G)	μυρία που BDEv
	21 — — — — ἐροῦμεν	δρῶμεν Plat.
p. 94 C	22 — — οὐκοῦν = BCEv	om. D (post οὖν)
	22 — — αὖ = BCDEv	ἂν (ΔE): om. (G)
	23 — πρόςθεν = BCDv	ἔμπροςθεν E (ΔΦGsΥ) cf. adn. 29
	23 μήποτε ταύτην = BCD	μήποτ' ἂν αὐτὴν Ev
	23 — — — τε	γε Plat.
	24 — — — — ψάλλοιτο	πάλλοιτο BCDEv: ἀπόλλοιτο (H): om. (G)
	25 — τυγχάνει = BCDEv	τυγχάνοι (Γ)[46]
	27 νῦν = BCDEv	om. (Φs)
	338, 1 φαίνεται ἡμῖν = (Δ)	ἡμῖν φαίνεται BCDEv
	2 — φηςί = BCDv	φήςει E[47]
	3 — — ἐναντιουμένη = BDEv	ἐναντιουμένην C
p. 94 D	4 — — χαλεπώτερον = BCDEv	χαλεπώτερα (G)
	4 — — κολάζουςα = BCDEv	κομίζουςα (L)
	5 — — τε = BCDEv	δὲ (Φ)
	5 τὴν ἰατρικήν = BCDEv	ἰατρικήν (ΔΦGs)
	9 — — οὗ = BCDEv	οἱ (G)
	10 — κραδίην = BCDEv	κραδίαν (Γ): καρδίαν (J): om. (L)
	10 — ἠνίπαπε = Ev	ἠνείπαπε BCD(ΔG): ἐνίπαπε (E)[48]
	11 — — δὴ = BCDEv	om. (s)
p. 94 E	12 — — ποιῆςαι = BCDEv	ποιῆςαι καὶ (Γ)
	13 παθημάτων = (ΔΦGsΛCEJLΓ)	παθῶν BCDEv
	14 — — — ταύτας	ταῦτα Plat.
	15 τινὸς ἢ = (ΛCEHJLΓ)	τινὸς ἢ πράγματος BCDEv
	16 — ἔμοιγε = BCD(ΔΦGs)	ἐμοὶ (ΛEHJLΓ): οὐκ ἔμοιγε Ev
	17 ἡμῖν = BCDEv	om. (G)
	17 — οὐδαμῆ = BCDEv	οὐδαμῶς (G): οὐδὲ μὴ (L)
p. 95 A	19 — — — ὁμολογοῦμεν	ὁμολογοῖμεν Plat.
	19 — — οὔτε = BCDEv	οὔτε γὰρ (Δ)

Digitized by Google

p. 338, 19 — ἔχει = (*ΦsΓ*)	ἔχειν *BCDEv*
20 — — — ἓν	εἶεν Plat.
20 — — — ὦ Σώκρατες	ὁ Σωκράτης Plat.
22 — — ὦ ... ἔφη = *BCD Ev*	om. (*s*) propter homoeoteleuton
22 — ἱλασόμεθα = *BCDEv*	ἱλασώμεθα (*Δ*)

si quis attento animo lectiones Stobaei proprias quae in hac ecloga occurrunt perlustraverit, paucas inveniet quibus qua veritatis species inesse videatur. p. 333, 26 (p. 92 A) quod pro ἐνδεθῆναι librorum Platonis in anthologio legitur ἐντεθῆναι doctrinae philosophicae quae Phaedone propagatur minus conveniens esse affirmant loci ut p. 81 E αἱ ψυχαί ... ἐνδεθῶϲιν εἰϲ ϲῶμα. ἐνδοῦνται ... εἰϲ τοιαῦτα ἔθη. p. 334, 1 (p. 92 A) ὡϲ in flosculo θαυμαϲτῶϲ ὡϲ ἐπείϲθην apud excerptorem desideratur; at notandum est non modo altero adiectivo vel adverbio sequente sicut Crat. 395 D θαυμαϲτῶϲ ὡϲ ϲυμφώνωϲ, Phaed. 102 A θαυμαϲτῶϲ ... ὡϲ ἐναργῶϲ, 96 A θαυμαϲτῶϲ ... ὡϲ παρὰ δόξαν pone θαυμαϲτῶϲ adverbium ὡϲ obviam fieri, verum exemplis simillimis Phaed. 96 A (Stob. I 339, 5) θαυμαϲτῶϲ ὡϲ ἐπεθύμηϲα, p. 99 D ὑπερφυῶϲ ... ὡϲ βούλομαι, Gorg. 496 C ὑπερφυῶϲ ὡϲ ὁμολογῶ (sic *B*: ὡϲ om. *T*), Symp. 173 C ὑπερφυῶϲ ὡϲ χαίρω (ὡϲ om. *DKp*) locutionem θαυμαϲτῶϲ ὡϲ ἐπείϲθην comprobari. deinde p. 335, 6 (p. 92 D) dictionem πρὶν ἤ Stobaeo traditam a Platone abiudicandam esse, quamquam ea p. 104 C vel in libris *BC* invenitur, nemo infitias ibit.[1]) item p. 335, 10 (p. 92 E) lectio eclogarii ὡϲ ἐμαυτοῦ ... ὡϲ ἄλλου ἀποδέχεϲθαι λέγοντοϲ comparato p. 92 A ἀποδέξει γε ϲαυτοῦ λέγοντοϲ suspecta videtur. praeterea p. 337, 24 (p. 94 C) propria citharistarum vox ψάλλειν pro πάλλειν apud Stobaeum obvia quin librario male docto debeatur nullus dubito; post ἐπιτείνεϲθαι quod idem atque ψάλλεϲθαι valet, ψάλλεϲθαι inepte, commode πάλλεϲθαι dici patet; neque iure quis Lys. 209 B οὐ διακωλύουϲί ϲε οὔτε ὁ πατὴρ οὔτε ἡ μήτηρ ἐπιτεῖναί τε καὶ ἀνεῖναι ἣν ἂν βούλῃ τῶν χορδῶν καὶ ψῆλαι καὶ κρούειν τῷ πλήκτρῳ in censum vocaverit, ubi adulescentuli licentiam coacervatione synonymorum ἐπιτεῖναι ψῆλαι κρούειν illustrare auctori dialogi in animo est. denique p. 334, 20 (p. 92 C) ξυναινέϲεται anthologii insitivum esse ultro patet; tamen haec lectio unde originem traxerit pluribus explicare in rem est. tenendum enim erit Platonem ξυνάιϲεται libris (*ΔΦGΛCEHJLTΓ*) traditum scripsisse, sed iam in priscis aliquot Phaedonis exemplis crebra dipthongi αι cum vocali ε commutatione[2]) ξυνέϲεται quod codices *BCDE* praebent exaratum fuisse. lectioni autem corruptae ξυνέϲεται si syllaba αι superscribebatur, verbum apud Stobaeum inventum ξυναινέϲεται facile

1) cf. Krueger, gramm. graec. 69, 58 adn.
2) cf. append. adn. 36. inprimis vide Tim. 26 D ἀπαιϲόμεθα corr. *A*: ἀπεϲόμεθα Tub.

Digitized by Google

oriri potuit.[1]) postremo p. 335, 3 (p. 92 D) scripturas καὶ τοῖϲ et πᾶϲιν pro καὶ ἐν τοῖϲ et ἅπαϲιν in anthologio occurrentes spurias esse testimonio Stobaei ipsius eundem locum iterum laudantis vol. II p. 24, 22 evincitur. ita plerasque proprietates eclogae πότερον ... ἐξευρήϲειν respuendas esse apparet. uno tantum loco excerpto soli incolumem Platonis scripturam acceptam ferri fatendum est. p. 337, 13 (p. 94 A) enim ἄν post πάϲχειν libri Platonici omittunt, libri anthologii exhibent, ubi nemo nisi unus Vermehren[2]) scripturam codicum Platonis defendere ausus est, qui καλῶϲ etiam ad πάϲχειν referendum esse putavit. ut autem merito editores Platonis ἄν recepisse censeo, ita causam iustam suppetere opinor, cur consulto a librariis ἄν expunctum esse sumamus. duas enim sententias inter se satis multum abhorrentes ἦ καὶ καλῶϲ δοκεῖ οὕτω λέγεϲθαι; et ἦ ἔπαϲχεν ἂν ταῦτα ὁ λόγοϲ εἰ ὀρθὴ ἡ ὑπόθεϲιϲ ἦν; una structura Plato copulavit. de improviso praeter λέγεϲθαι etiam enuntiatum irreale a δοκεῖ suspenditur, cum infinitivo praecedenti sequentem responsurum esse facile quis speret.[3])

igitur hanc eclogam πότερον ... ἐξευρήϲειν, quoniam illo loco ubi verum praebet, traditionem codicum Platonicorum a scribis diversis emendandi causa extersam esse putare licet, ceterae autem eiusdem eclogae peculiares lectiones reici debent, eodem discrimine atque eclogas generis *E* ab universa memoria nostrorum exemplarium Phaedonis distare apparet.[4]) relinquitur ut inter singulos libros Platonicos et hoc excerptum quae ratio intersit eruamus. codicem *E* quem ab eclogis superioribus proxime abesse videbamus, ab hoc excerpto saepius quam reliquos libros Platonis dissentire ante omnia puto memorabile est. cum universae eae lectiones quas vetustissimus liber *B* a Stobaeo alienas exhibet etiam in *E* recurrunt ut p. 334, 4 ποτέ pro ποτὲ ἔτι p. 334, 6 δοξάϲαι pro δόξαι p. 334, 26 ἔφη ἐκεῖνον pro ἐκεῖνον ἔφη p. 335, 17 ἁρμονίαν pro ἁρμονία p. 335, 18 ἁρμονίαν pro ἁρμονία p. 337, 18 ὡϲεί pro οἷον p. 338, 13 παθῶν pro παθημάτων p. 338, 15 τινὸϲ ἢ πράγματοϲ pro τινὸϲ ἤ, tum praecipue nulla de peculiaribus scripturis libri *E* quales sunt p. 333, 25 ἄλλοθί που pro ἄλλοθι, p. 334, 6 ἤδε ἡ pro ἡ p. 336, 9 ἄλλην καλήν pro ἄλλην p. 336, 18 μή pro μηδέν hac ecloga probatur. itaque aliter recensionem huius excerpti, aliter superiores eclogas constitutas esse indicatum habemus. nec vereor ne quis mihi obiciat ideo hanc eclogam a superioribus diversam videri, quia liber *E* inde a p. 85 novum fontem secutus cum recensione codicum *BCD* cohaereat.[5]) nam ut hoc verum sit,

1) quae explicatio scripturae Stobaeanae si recta est, hoc loco quae infra p. 450 de cognatione librorum *BCD* cum hac ecloga exponuntur egregie confirmantur.

2) Plat. Studien p. 28 sq.

3) de ἄν a librariis saepius omisso cf. p. 486 adn. 5.

4) cf. p. 442.

5) cf. Schanz, Platocodex p. 66.

Digitized by Google

certe tamen postulandum est ut cum illis libris qui per totum Phaedonem maxime a *BCD* discrepant (*ΛCEHJL*), quibuscum similiter atque cum *E* supra insigniter conspirabat[1]), etiam nunc Stobaeus peculiariter faciat. verum plurimis locis haec ecloga etiam a libris (*ΛCEHJL*) singulis vel cunctis abhorret; cf. p. 335, 13 ἐκεῖνα ἄν librorum (*ΛCEHJLΓ*) pro ἂν ἐκεῖνα p. 335, 26 cμικρότατον librorum (*CEHJL*) pro τὸ cμικρότατον p. 336, 3 δή librorum (*ΛCEHLΔΦsΓ*) pro δὴ ἔφη p. 336, 4 νοῦν librorum (*CEHJLΔΦGsΓ*) pro νοῦν τε p. 336, 9 τινὰ αὖ librorum (*ΛCEHJLΓ*) pro αὖ τινα p. 336, 13 τοιαῦτ' librorum (*ΛEJ*) pro τοιαῦτ' ἄττ' p. 334, 8 ἐκ δέ libri (*J*) pro ἐκ p. 336, 8 τῇ ψυχῇ pro ταῖc ψυχαῖc p. 336, 17 ἁρμονίαν libri (*C*) pro ἁρμονίαν ἁρμονίαc. hi igitur loci excerptum a traditione libris (*ΛCEHJL*) potissimum repraesentata satis longe remotum esse demonstrant. codex (*Γ*) autem plerumque a familia (*ΛCEHJL*) stat, complura a Stobaeo aliena peculiaria veluti p. 335, 25 ἧττον pro ἥττων p. 337, 17 κατά pro κατὰ τό praebet, una tantum in re minuta p. 336, 8 πότερα pro πότερον cum gnomologo proprie consentit; quocirca ne (*Γ*) quidem eclogae cognatus videtur. sequitur ut codices (*ΔΦGs*) cum excerpto comparemus, qui una cum *BCD* quattuor locis ab eo discedunt; cf. p. 334, 4 ποτέ pro ποτὲ ἔτι p. 334, 6 δοξάcαι pro δόξαι p. 335, 17 ἁρμονίαν pro ἁρμονία p. 338, 15 τινὸc ἢ πράγματοc pro τινὸc ἤ. praeterea libri (*ΔΦGs*) duabus lectionibus quae iis cum familia (*ΛCEHJL*) communes sunt p. 336, 3 et p. 336, 4, quas iam supra citavimus, ab ecloga seiunguntur. de iis vero scripturis quae peculiares librorum (*ΔΦGs*) inveniuntur, duas gravissimas p. 337, 17 παθήμαcιν ἢ καὶ ἐναντιουμένην pro πάθεcιν ἢ καὶ ἐναντιουμένην παθήμαcιν p. 338, 1 φαίνεται ἡμῖν pro ἡμῖν φαίνεται in hoc excerpto recurrere sane memorabile est; tamen quoniam item eclogis generis *E* aliquae proprietates librorum (*ΔΦGs*) probantur[2]) in consensu cum (*ΔΦGs*) huius excerpti indolem peculiarem consistere dici nequit. ceterum unusquisque codicum (*ΔΦGs*) differentiis multis ab ecloga distinguitur; cf. p. 336, 7 τιc τί librorum (*ΔΦGs*) pro τί τιc p. 338, 5 ἰατρικήν pro τὴν ἰατρικήν p. 334, 12 ὅτι οὐ librorum (*ΔΦ*) pro ὅτι p. 335, 19 ἄλλο τι librorum (*Δs*) pro τι ἄλλο p. 335, 8 τούτου libri (*Δ*) pro τοῦ p. 335, 26 τοῦτο καί pro τοῦτο p. 337, 4 οὐδεμία pro οὐδεμία ψυχή p. 334, 25 τὴν ψυχήν librorum (*Φs*) pro ψυχήν p. 337, 27 οὖν pro οὖν νῦν p. 337, 7 ψυχὴ παντελῶc libri (*Φ*) pro παντελῶc ψυχή p. 337, 18 τοιόνδε pro τὸ τοιόνδε p. 337, 10 ἀγαθαὶ ὁμοίωc libri (*G*) pro ὁμοίωc ἀγαθαί p. 337, 11 δοκεῖ pro δοκεῖ ἔφη p. 338, 17 ἄριcτε pro ἄριcτε ἡμῖν. ita explorata ratione quae inter familiam (*ΔΦGs*) et excerptum intercedat de libris *BCD* ut agamus superest. praeter quattuor illos locos ubi *BCD* (*ΔΦGs*) universi a Stobaeo discrepant communes codicum *BCD* lectiones tantum duae p. 337, 18 ὡcεί pro οἷον p. 338, 13 παθῶν

---

1) cf. p. 433. 2) cf. p. 438.

pro παθημάτων gnomologo improbantur. contra recurrit in anthologio librorum *BCD* vitium gravius p. 337, 23 μήποτε ταύτην pro μήποτ' ἂν αὐτήν. ut autem vel hoc loco eclogam πότερον . . . ἐξευρήcειν ad id genus nostrae memoriae Platonicae quod libris *BCD* praecipue repraesentatur referendam esse admodum veri simile fit[1]), ita nunc accipe peculiarem libri *C* recensionem propinqua cognatione hoc excerpto attingi. primum enim bis Tubingensis a traditione Bodleiani recedit, cum ecloga facit; cf. p. 334, 26 ἐκεῖνον ἔφη pro ἔφη ἐκεῖνον p. 335, 18 ἁρμονία pro ἁρμονίαν. deinde *C* quem ab eclogis superioribus propter peculiares scripturas longissime remotum videbamus[2]), etiam in ea parte Phaedonis quam haec ecloga complectitur aliquotiens a reliquis codicibus Platonicis discrepat; at in hac ecloga proprietates Crusiani (praeter unam p. 337, 9 πάντων τῶν pro πάντων) recurrunt; cf. p. 335, 12 τί δέ pro τῇδε p. 335, 15 παρ' ὅ pro παρ' ἅ p. 337, 20 που μυρία pro μυρία που.

si autem firmatum habemus hanc eclogam aliam atque superiores memoriam secum ferre, testimonia Platonica Stobaei revera e compluribus fontibus ortum trahere demonstratum est. et cum excerpti πότερον . . . ἐξευρήcειν proprietas eo contineatur quod lectiones peculiares libri *C* in eo recurrunt, alterum genus traditionis Platonicae apud excerptorem obvium memoriam *C* appellabimus. ex quibusnam vero diversis fontibus Stobaeus testimonia Phaedonis haurire potuerit, antequam ea omnia percensuerimus, dicere non attinet. interim pergamus in inlustranda memoria excerptorum quae e Phaedone sumpta Ioannes in medio capitis περὶ ψυχῆc composuit. quorum excerptorum primum comparatum est cum libris Platonicis; subsecuntur tria alia ὁ οὖν . . . χρῆμα (p. 95 E—96 C = p. 338, 25—339, 20), τὸ γάρ . . . οὐ cφόδρα (p. 99 B—100 A = p. 339, 22—341, 4), ἀποκρίνου . . . Ἅιδου (p. 105 C—107 A = p. 341, 6—343, 11) titulis ἐν ταὐτῷ, Πλάτωνοc, ἐν ταὐτῷ inducta:

p. 95 E = 338,	27 —— δεῖ = *BCDEv*	δή (*ΔΦΑLΓ*)
p. 96 A = 339,	1 τί coι χρήcιμον = *BCDEv*	χρήcιμόν τί coι (*J*)
	2 —— φαίνηται = *BCDEv*	φανεῖται (*ΑCEHL*) : φανῆται (*JΓ*)
	2 περὶ = *BCDEv*	om. (*s*)
	2 λέγειc = *Ev*	ἂν λέγηc *BCD*(*s*) : λέγηc (*Δ*)
	2 —— βούλομαι . . . Κέβηc *CDEv*	om. *B* propter homoeoteleuton
	4 ὡc ἐροῦντοc = *BCDEv*	ἐροῦντοc (*H*) : ὥcπερ ἐροῦντοc (*Φs*)
	4 —— ὧ = *BCDEv*	ὁ (*ΑJE*)

1) cf. etiam p. 448 adn. 1. 2) cf. p. 420 et 432.

Digitized by Google

339,	6 ὑπερήφανον = v Euseb. praep. ev. p. 26 b	ὑπερήφανοϲ BCDE(ΔGΛCE ΥΓ)
	7 — — — ἐδόκει εἰδέναι εἶναι	ἐδόκει εἶναι εἰδέναι Ev : ἐδόκει εἶναι BCD: εἶναι ἐδόκει εἰδέναι Euseb.
	7 αἰτίαϲ = BCDEv	ἱϲτορίαϲ (ΛCEHJLΓ)
	8 — — — — — πολλάκιϲ	πολλάκιϲ ἐμαυτὸν Plat. (sed J ponit ἐμαυτὸν post μετέβαλλον) Euseb.
	9 ἄνω κάτω = BCDE(ΔsΛ CEHJΥ)	ἄνω καὶ κάτω v
96 B	9 — μετέβαλλον = BCDEv	μετέβαλον (JLΓ)
	9 πρῶτον = Ev Euseb.	om. BCD
	10 τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν = Ev Euseb.	τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν BD(Δ): τὸ θερμὸν τὸ ψυχρὸν C
	11 — — τότε = BEv	τάτε CD(ΥG)
	13 — — ὁ BCDEv	οὗ (J)
	13 ὁ τὰϲ BDEv Euseb. Stob. p. 482, 22	om. C
	14 — — — — — καὶ τοῦ	καὶ Plat. Stob. p. 482, 23
	16 — — κατὰ = BCDEv	καὶ (ΛHJ)
	17 φθορὰϲ = BCDv	φορὰϲ E, Eusebii F
96 C	18 — τε καὶ = Ev Euseb.	καὶ BCD(ΛEHJ)

99 B — Πλάτωνοϲ

= 339,	22 τί ἐϲτι = BCDEv	ἐϲτί τι (ΛCH): ἐϲτι (EJL)
	23 — — ἐκεῖνο ἄνευ οὗ = BC DEv	ἐκεῖνο ὃ ἄνευ οὗ (ΛCEHJL ΦsΓ): ἐκεῖνο οὗ ἄνευ (Δ)[49])
	23 ἐϲτι τὸ αἴτιον = BCDEv	ἐϲτι αἴτιον (G)
	24 — — — εἶναί τι ὂν	εἴη αἴτιον Plat.
	25 — ϲκότει = BCDEv	ϲκότῳ (ΔΦGsHJL)[50])
	25 ὀνόματι = E (GΛCEHJL Γ) Simpl. in Arist. phys. p. 388 Diels	ὄμματι BCDv
	27 — — δὴ = BCDEv	δεῖ (H): δεῖν (J)
	28 ποιεῖν = (HJ)	ποιεῖ BCDEv
	28 — — καρδόπῳ = BCDEv	τῇ μαίϲτρᾳ τοῦ ἀλεύρου καρδόπῳ (H)[51])
	28 πλατείᾳ = BCDEv	om. (G)
340,	1 ἀέρα = BCDEv	ἀέρα κάτω (ΔΦGsC)
99 C	1 βέλτιϲτα αὐτὰ = (HΓ) Euseb. praep. ev. p. 752 d Simpl.	αὐτὰ βέλτιϲτα (ΔGs): βέλτιϲτον αὐτὰ BCDE(Υ) : βέλτιϲτα αὑτοῦ v
	3 — — — ἔχει	ἔχειν Plat. Euseb.
	4 ἄν ποτε Ἄτλαντα = v Euseb.	Ἄτλαντα ἄν ποτε BCDE(Υ)
	5 — — καὶ ὡϲ = BCDEv Euseb.	τὸ δὲ καὶ ὡϲ (Φs): τὸ δὲ ὡϲ (Δ)

Digitized by Google

340, 6	— — — — — cυνιδεῖν καὶ cυνδέειν	ξυνδεῖν καὶ cυνέχειν Plat. (sed pro ξυνδεῖν hab. *Φ* cκοπεῖν, pro cυνέχειν *Δ* ξυνέχον, cυνέχειν om. *ΔEJ*) Euseb.
7	τῆc τοιαύτηc = *BCDE*(*ΔGsΓ*): τοιαύτηc *v*	τῆc αὐτῆc (*ΔCEHJLΓ*)
7	— — ἔχει = *BCEv*	ἔχειν *D*
9	αὐτὸc = *BCDE*(*ΔΦGsCHL$\Gamma$$\Gamma$*)	ἂν αὐτὸc *v*
p. 99 D 11	ᾗ = *BCD*(*ΦGsΔCEHJLΓ*)	ἣν *Ev*
12	ποιήcομαι = *BCD*(*ΦGΔCEHJLΓ*)	ποιήcωμαι *Ev*
12	μὲν οὖν = *BCDEv*	μὲν (*ΦGs*)
14	— — — ἀπειρήκει	ἀπείρηκα Plat.
14	cκοπῶν = *BCDEv*	cκοπῶν ζητῶν (*Δ*)
14	— — εὐλαβηθῆναι = *BCDEv*	εὐλαβηθέντα (*J*)
15	— ἐκλείποντα *BBDEv*	ἐκλιπόντα (*Γ*)
16	πάcχουcι = *v*	om. *BCDE*(*Γ*)
16	διαφθείρονται γάρ που ἔνιοι τὰ ὄμματα = *BCDEv*, sed pro ἔνιοι τὰ hab. (*ΔGsCH*) ἐνίοτε	ἔνιοι. τὰ ὄμματα διαφθείρονται γάρ που (*Γ*)
17	— — ἐν = *BCDEv*	om. (*ΦE*)
17	τινι = *BCDE*(*ΔΦGsΓ*)	ἔν τινι *v*
p. 99 E 18	— τοιοῦτον = *BCDEv*	τοιοῦτο (*G*)[52])
21	— δὴ = *BCDEv*	δὲ (*H*) cf. adn. 31
21	— — εἰ τοὺc λόγουc = *BCDEv*	om. (*G*)
23	ὡc = *BCDEv*	ᾧ (*G*)
p. 100 A 24	— — — τὸ	τὸν Plat.
24	ἐν = (*ΔΦGsΔCEHJLΓ*)	ἐν τοῖc *BCDE*(*Γ*)
24	λόγοιc = *BCDEv*	λόγῳ (*L*)
24	cκοπούμενον = *BCDEv*	cκοποῦντα (*J*)
24	ἐν εἰκόcι = *BCDEv*	εἰκόcι (*ΔΦs*)
26	— — ὂν = *CEv*	om. *BD*
27	ἐρρωμενέcτατον = *BCDEv*	ἐρρωμενέcτερον (*L*)
28	ὄντα = *BCDEv*	εἶναι (*L*)
341, 1	περὶ = *BCDEv*	om. (*ΔΦGsJ*)
1	— — — — πάντων	ἁπάντων Plat.
1	ἃ = *v*	ὄντων ἃ *BCDE*(*ΔΦGsΓ*)
2	— — δέ cοι = *BCDEv*	δέοι (*H*)
2	cαφέcτερον = *BCDEv*	cαφέcτατα (*J*)
4	οὐ = *BCDEv*	om. (*Δ*)

Digitized by Google

p. 105 C		ἐν ταὐτῷ
= 341,	6 δὴ = *BCEv*	om. *D*
	6 — — ᾧ = *Ev*	ὃ *BCD*(*Υ*)
	6 ἐγγένηται = *BCDEv*	ἂν γένηται (*Δ*)
	7 ζῶν = *BCDEv*	ζῶον (*Γ*)
	7 — — ᾧ = *Ev*	ὃ *BCD*(*Υ*)
	7 — — ᾧ ἂν ψυχή, ἔφη = *BCDEv*	ᾧ ἂν ψυχή, ἔφη, ἔςται (*ΑΕΗJL*)
	7 ἀεὶ τοῦτο = *BCDEv*	τοῦτο ἀεὶ (*L*)
p. 105 D	8 — ἡ = *BCD* pr. *Ev*	om. (*ΑΕΗJL*) cf. adn. 30
	9 αὐτὴ = *BCDEv*	αὐτὸ (*ΓΕ*) : αὐτῷ (*ΑΗL*)
	9 — κατάςχῃ = *BCDEv*	κατάςχοι (*C*)
	9 — — ἐπ' ἐκεῖνο = *BDEv*	ἐπ' ἐκεῖνο ἐπ' ἐκεῖνο *C*
	10 — — πότερον . . . ἔφη = *BCDEv*	om. (*s*) propter homoeoteleuton
	10 δ' = *BCDEv*	om. (*Δ*)
	11 — — ἢ . . . ἐναντίον = *BCDEv*	om *D* (*H*) propter homoeoteleuton
	12 — ψυχὴ = *BCE*(*Υ*)	ἡ ψυχὴ *v* cf. adn. 30
	14 cφόδρα ἔφη = *BCDEv*	ἔφη cφόδρα (*Φs*)
	15 νῦν δὴ = *BCDEv*	δὴ νῦν (*Δ*)
	15 δὴ = *Ev*	δὴ ταῦτα *BCD*
	15 ὀνομάζομεν = (*ΔΦ*)	ὠνομάζομεν *BCDEv* : ὡμολογήcαμεν (*CEHJL*) : ὡμολογήcωμεν (*Α*)
p. 105 E	18 — — δέχηται = *BCDv*	δέχεται *E*
	19 — ψυχὴ = (*ΔΦGsCHLΓ*)	ἡ ψυχὴ *BCDEv* cf. v. 12
	20 ἄρα = *BCDEv*	οὖν (*ΑΕJ*) : ἐςτι (*HL*)
	20 — ψυχὴ = (*ΔsCHL*)	ἡ ψυχὴ *BCDEv* cf. v. 12
	22 — — ᾧ = *BCDEv*	ὃ (*Φ*)
	23 ἀναρτίῳ = *BCEv*	περιττῷ (*GΓ*) : ἀρτίῳ *D*
	23 ἀνωλέθρῳ = *BCDEv*	ἀνώλεθρον (*GΓJΥ*)
p. 106 A	23 ἢ τὰ τρία = (*GΓ*)	τὰ τρία ἢ *BCv* : τὰ τρία * *E* : τὰ τρία *D* (*ΑΕΗJ*)
	25 θερμὸν = *BCDE*(*ΑCEHJLΦΥ*)	ψυχρὸν (*GΓs*) et corr. (*Δ*) : ἄθερμον e
	25 — — ἀνώλεθρον = *BCDEv*	ἀνωλέθρῳ (*Φ*)
	26 ἐπάγει = (*ΔΓ*)	ἐπαγάγοι *BDE* : ἐπάγοι *C*(*ΦGΑCEHJ*) : ἐπάγῃ *L*
	26 — — ὑπεξῄει = *BCDEv*	ἐπεξῄει (*Ls*)
	26 — — — — μένουcα ἄτηκτος	οὖcα cῶc καὶ ἄτηκτοc Plat.
	27 γέ = *BCDv*	om. *E*
	27 αὖ = *BCDEv*	ἂν (*ΔGΓ*)
	27 — — — ἐδέξετ'	ἐδέξατο Plat., sed (*H*) hab. ἐδέξαιτ'

Digitized by Google

	341, 28	— ὡς δ' αὔτως = v	ὡσαύτως BCDE[53])
ita ex locis ubi discidium memoriae Platonicae Stobaeo vetustius esse aliorum scriptorum testimoniis firmatur, naturam excerpti ἀλλά . . . ἑαυτῷ inlustratam habemus. duo longissima testimoniorum quae in capite περὶ ψυχῆς leguntur ab Ioanne ex fonte eodem sumpta esse tenendum erit. et quoniam nunc eclogae omnes capitis περὶ ψυχῆς, quod solum locos plerosque a Stobaeo citatos Phaedonis continet, absolutae sunt, etiam reliquarum recensionum, quae praeter traditionem *C* in illo uno Stobaei capite nobis obviam fuerunt, breviter memoriam repetere iuvabit. excerpta initio capitis posita inde a p. 325, 18 usque ad 332, 3 pertinentia eandem atque ecloga ὡς . . . ἡδύ capitis L (p. 477, 22—478, 9) recensionem libro Bessarionis *E* consimilem prae se ferunt[2]); qui loci in medio capite inde a p. 338, 25 usque ad p. 343, 11 decurrentes excerptum prius generis *C* πότερον . . . ἐξευρήσειν excipiunt, codicem Coislinianum (*Γ*) propinquitate attingunt[3]); denique eclogae quae capite vergente testimonio generis *C* alteri ἀλλά . . . ἑαυτῷ praemissae inde a p. 430, 36 usque ad p. 434, 3 leguntur, ipsae quoque peculiari recensione utuntur.[4]) ita in classes quattuor excerpta capitis περὶ ψυχῆς discedere reperimus; et in has classes quattuor etiam reliquas eclogas Stobaei, quae ex parte summa brevissimae per totum anthologium dispersae sunt, discribere nunc nobis conandum erit. quamquam iudicium de brevioribus eclogis summa cautione faciendum, de brevissima quaque prorsus retinendum

1) cf. p. 450. 2) cf. p. 437.
3) cf. p. 457. 4) cf. p. 462.

Digitized by Google

esse nemo non videt. hoc vero ordine reliqua excerpta proponam quo ordine in opere Stobaeano inveniuntur.

τοὺς . . . πλείστους (p. 90 A = p. 301, 10—12) ecloga legitur in capite XLVII περὶ φύσεως ἀνθρώπων aliis Platonicis inserta, lemmate Πλάτωνος ἐκ τοῦ Φαίδωνος inducta. v. 11 hab. (*Δ*) ἢ pro καί.

φέρε . . . λέγεται (p. 93 B = p. 310, 22—24) locum eundem iam intra excerptum maius πότερον . . . ἐξευρήσειν generis *C* p. 336, 3—6 deprehendimus.[1]) quam p. 336, 4 tam 310, 22 τε quod libri (*CEHJLΔΦGsΓ*) omittunt traditur. sed ἔφη excerptor p. 336, 3 cum libris *BCDEv* praebet, p. 310, 22 cum (*ΛCEHL ΔΦsΓ*) neglegit; ideo hanc eclogam ex alio fonte atque longiorem πότερον . . . ἐξευρήσειν originem trahere credo. ceterum hoc excerptum vitiis planis aspersum est p. 310, 23 ἀγαθήν v. 24 κακήν quibus amplior ecloga p. 336, 4 et v. 5 caret.

ὁ . . . ἐπιστήμην (p. 96 B = p. 482, 22—25) verba eadem, quae hic Aetianis decretis et loco cuidam Aristotelico a Didymo petito adnexa occurrunt, iam in excerpto generis (*Γ*) p. 339, 13—17 citata vidimus.[2]) quod p. 339, 14 additur τοῦ ante ὁρᾶν, p. 482, 22 ut in libris Platonis deest.

ἐγώ . . . ἅπασι (p. 92 D = vol. II p. 24, 20—23) haec quoque ecloga iteratur in capite περὶ ψυχῆς et in priore quidem excerptorum *C* πότερον . . . ἐξευρήσειν p. 334, 28—335, 3.[3]) in capite περὶ ψυχῆς codicibus Platonis invitis p. 335, 3 ἐν omittitur, ibid. πᾶσιν pro ἅπασιν scribitur; vol. II p. 24, 23 adest ἐν et ἅπασι legitur. contra articulus τοῖς quem p. 335, 3 Stobaeus cum libris Platonis tradit desideratur II p. 24, 23.

τῷ . . . φοβερόν (p. 67 E = vol. III p. 28, 4—6) praeter quod v. 5 suo periculo τό ante τεθνάναι neglegit, excerptum constanter cum vulgata memoria codicum Platonicorum consentit. verum singuli libri Platonici saepius ut a reliquis ita ab ecloga discedunt; v. 4 omittit *D* οἱ, ibid. transponit (*J*) ἔφη ἄρα, v. 5 (*Φ*) αὐτοῖς ἥκιστα, v. 6 deest in (*Φs*) ἀνθρώπων.

ἀλλά . . . πλείστους (p. 89 C—90 A = vol. III p, 231, 10—232, 7) ὡς . . . προθυμοῦνται (p. 91 A = p. 232, 9—14) in libri III capite IV cui titulus περὶ ἀφροσύνης est, Ioannes tres eclogas Phaedonis proposuit, quarum duae priores lemmate ἐν ταὐτῷ inter se coniunctae inde a p. 231, 10 usque ad p. 232, 14 leguntur, tertia in fine capitis p. 252, 11 sq. occurrit. duarum superiorum eclogarum variae lectiones hae sunt:

---

1) cf. p. 444. 2) cf. p. 451. 3) cf. p. 443.

Digitized by Google

p. 89 C = 231,	10	μὲν = (L)	om. BCDEv
	10	— — μὴ = BCDEv	μὲν (J)
p. 89 D	13	— — ἔστιν = BCDEv	ἔσται (s): ἔστ' (Δ)
	13	τούτου = BCDEv	om. (H)
	17	— τε = BCDE(G)	γε v[86])
	20	μάλιστα = BCDEv	om. (Δ)
p. 89 E	21	— — δὴ = BCEv	τί D
	22	ἡγεῖται οὐδενὸς = BCDEv	οὐδενὸς ἡγεῖται (G)
232,	1	— — — — οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι	οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι τὸ παράπαν BCDv: τὸ παράπαν οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι E
	1	σὺ = BCDE(Υ)	σύ πω (G): οὔπω v: οὕτω πως (ΔC): πάνυ (Φ)
	1	τοῦτο γιγνόμενον = BCDEv	γιγνόμενον τοῦτο (Δ)
	4	— — — — ἐπεχείρει	ἐπιχειρεῖ Plat.
	4	ἀνθρώποις = v	ἀνθρωπείοις BCDE(ΥG)
	5	ἔχει = BCDEv	πρέπει (Δ)
	5	— — ἂν = BCDv	om. E
	6	καὶ = BCDEv Stob. I 301, 10	ἢ (Δ)
	7	— — — — τούτων	om. Plat. Stob. I 301, 11

ἐν ταὐτῷ

p. 91 A = 232,	10	— — οἱ = BCDEv	om. (Δ)
	11	— φιλονεικῶς = BCDEv	φιλονίκως (s) cf. adn. 48
	14	— — καὶ = BDEv	om. C
	41	— ἀμφισβητῶσιν = BCDEv	ἀμφισβητήσωσι (ΔΦGsACEH JΓ)
	12	ὅπῃ = BCDEv	ὅπως (L)
	12	— — ἔχει = BCDv	ἔχοι E
	12	— — ὢν = BCDEv	om. (L)
	13	— δόξει = BCDE(ΦGsACHJΥΓ)	δόξῃ v[87])

verba quae eclogam ἀλλά . . . πλείστους claudunt τούς . . . πλείστους p. 232, 5—7 iam vol. I p. 301, 11—12 et illic quidem paullo fidelius (cf. p. 232, 7 τούτων) laudata vidimus.[1]) tamen in summa pauca excerpti ἀλλά . . . πλείστους peculiaria sunt, quod praeter illo quod memoravimus additamento tantum bis ab universis libris Platonis discrepat p. 232, 1 omissione adverbii τὸ παράπαν p. 232, 4 scriptura ἐπεχείρει pro ἐπιχειρεῖ. a plerisque vero libris Platonicis ecloga p. 231, 10 abhorret, cum uno codice (*L*) μέν post πρῶτον tradit. similiter p. 232, 4 excerptum ab antiquissimis libris *BCD* ἀνθρωπείοις praebentibus secedit, scripturam codicum

1) cf. p. 478.

Digitized by Google

(*ACEHJLΓΔΦs*) ἀνθρώποιϲ praestat. unico tantum loco p. 232, 1, ubi solius codicis (*G*) lectionem ϲύ πω veram esse cum Hermanno[1]) persuasum habeo, ecloga memoriam peculiarem codicum *BCD* tuetur.

οὐκοῦν . . . πεφιλοϲοφηκότεϲ (p. 68 B—69 D = vol. III p. 252, 11 — 255, 8) capitis περὶ ἀφροϲύνηϲ excerptorum Phaedonis tertium quod a superioribus duobus tam aliorum philosophorum locis quam Platonicis testimoniis e Clitoph. Euthyphr. Soph. Tim. Men. Epist. Alcib. II desumptis dirimitur, has offert varias lectiones:

p. 68 B = 252, 11	ἔφη = *BCDEv* pap.	ἦ δ' ὅϲ (*Φs*)
12	— — μέλλοντα = *BCDEv*	μέλλοντοϲ (*J*)
13	— — — — αὐτὸϲ	ὁ αὐτὸϲ Plat. pap.
13	— δὲ = *BCDEv*	δή (*C*)
p. 68 C 14	— — — τοῦ	που Plat.
14	— — ὧν = *BDEv*	ὃν *C*: om. pap.
15	ἦ = *BCDEv* pap.	ἦ καὶ (*Δ*)
15	— πάνυ = *BCDEv*	πάνυ γ' (*ΔΦs*)
15	ἔχει = *BCDEv*	om. (*Δ*)
16	— — — οὐκ ἂν	οὐ καὶ ἡ Plat. pap.
253, 1	— ἀνδρεία = *D* Iambl. protr. p. 65, 22 P.	ἀνδρία *BCE*(*ACHJ*), Stobaei *A*[88])
1	— — τοῖϲ = *BCEv*	τοῖ *D*
2	— — — — που	δή που Plat.
2	καὶ = *BCDEv* pap.	om. (*Δ*)
2	ἡ = *BCDEv* pap. Iambl.	om. (*Φs*)
3	καὶ οἱ πολλοὶ = *BCDEv* Iambl.	οἱ πολλοὶ καὶ (*Γ*)
3	— — ϲωφροϲύνην = *BCD Ev* pap.	ϲωφρόνην (*Δ*)
3	— — τὸ = *BDEv* Stob. III 279, 4 pap.	τε *C*

inde a verbis v. 7 εἰ γάρ eclogam editio Trincavelliana sola rettulit

p. 68 D 7	— ἐθέλειϲ = *BCD*(*CHJΓ*) pap. Iambl.	ἐθελήϲειϲ *Ev* cf. adn. 47
7	— — γε = *Ev* pap. Iambl.	τε *BCD*(*ΔΓE*)
8	— ἀνδρείαν = *v* pap. Iambl.	ἀνδρίαν *BCDE* cf. v. 1
8	δόξῃ ϲυ : δόξει ϲοι *BCDEv* pap. Iambl.	δόξει (*Δ*)
8	— ἄτοποϲ = *BCDEv*	ἄτοπον (*L*)
9	— δή = *BCDEv*	δὲ (*J*)

---

1) cf. ed. praef. p. 16.

	253, 9	— — οἶcθα = *BCDv*	ἦcθα *E*[89])
	10	μεγάλων = *BCD* pap. Iambl.	μεγίcτων *Ev*
	10	κακῶν = *BCD* Iamb. Olympiod.	κακῶν εἶναι *Ev* pap.
	12	— — — αὐτὸν	αὐτῶν Plat. pap. Iambl.
	12	— — τὸν . . . εἰcι = *BCEv* pap.	om. *D* propter homoeoteleuton
	13	— — — δε, ναί; ναί. ἄρα οὖν	δεδιέναι ἄρα καὶ Plat. pap. Iambl.
	14	— — πλὴν . . . εἶναι = *BD Ev* pap.	om. *C*
	14	ἄλογόν = *BD* pap. Iambl.	ἄτοπόν *Ev*
	15	τινὰ = *BCDEv* Iambl.	τινὶ (*Γ*)
	15	καὶ *BCDE*(*ΔΦGsΓ*) Iambl.	ἢ *v*
	15	— — δειλίᾳ = *BCDEv*	om. (*Φ*)
p. 68 E	16	αὐτῶν = *BCDEv*	τούτων (*Φs*)
	16	— — — ὃ	οὗ Plat. Iambl.
	16	— — — — ταυτὸ	ταὐτὸν Plat. Iambl. cf. adn. 52
	16	— τοῦτο = *BCDEv*	τούτῳ (*L*) Iambl. cf. adn. 72
	17	γε = *BCD* Iambl.	γέ που *Ev*
	18	— — — — ὅμωc	ὅμωc αὐτοῖc Plat. pap. Iambl.
	18	— τούτῳ = *BCDEv* Iambl.	τοῦτο (*G*) pap.
	18	ὅμοιον = *BCD* Iambl.	ὅμοιον εἶναι *Ev*
	21	ὑπ' ἄλλων κρατουμένων : ὑπ' ἄλλων κρατούμενοι *BCD Ev* Iambl. : ὑπ' ἐκείνων κρατούμενοι pap.	κρατούμενοι ὑπ' ἄλλων (*ΔΦGs*)
p. 69 A	22	— — ἄρχεcθαι = *BCDEv* Stob. III 292, 5	ἄρξεcθαι (*Δ*)
	23	ὑφ' ἡδονῶν = *BCDEv* pap. Iambl.	ὑφ' ἡδονῆc (*Γ*) : ὑπὸ τῶν ἡδονῶν (*L*)
	254, 1	τοῦτο = *C*	κρατεῖν ἄλλων ἡδονῶν τοῦτο *BDEv* pap. Iambl.
	1	— — — — δὴ	δ' Plat. Iambl.
	1	— — — — ὃ = Iambl.	ᾧ *BCDEv* : ἃ (*Φs*)
	2	— — δὴ ἐλέγετο = *BCD Ev* : δὴ ἔλεγον Iambl.	διελέγετο (*L*)
	2	— — — — τὸ	τῷ Plat. : om. Iambl.
	2	— — cεcωφρονίcθαι = *BC DEv*	cεcωφρονῆcθαι (*ΔΛCEH*) : cεcωφρονεῖcθαι (*JL*)
	3	μὴ γὰρ = *BCD*(*ΦGs*)	μὴ *Ev*
	4	— ἡ = *BC* : ᾗ *Dv*	ᾗ η *E*(*Δ*) : ἐcτὶν ἡ (praecedente οὐ) Iambl. cf. adn. 45
	4	ἀλλ' ἀντὶ : ἀλλαγὴ (*ΔΦsC*) Iambl.	ἀλλὰ *BCD* : om. *Ev*
	4	— — — ἡδονὰc	ἡδονὰc πρὸc ἡδονὰc Plat. Iambl. pap.

	254, 5	— — — λύπαϲ	λύπαϲ πρὸϲ λύπαϲ Plat. Iambl. pap. ut vid.
	6	— — — — μείζω = Iambl.	καὶ μείζω Plat.
	7	— — ᾗ = *BCDEv*	εἰ (*Δ*)
	7	— οὗ = *BCDEv*	ὅτου (*Φs*)
	7	ταῦτα πάντα = (*J*)	πάντα ταῦτα *Ev* Iambl.: ἅπαντα ταῦτα *BCD*
	8	— — καταλλάττεϲθαι = *B CEv*	καταλάττεϲθαι *D*
p. 69 B	9	— — τούτου = *BCDEv*	τούτῳ (*Δ*)
	10	— — — — ἀνδρεία = Iambl.	ἀνδρία Plat. cf. adn. 88
	10	ϲωφροϲύνη καὶ δικαιοϲύνη = *BCDEv* Iambl.	δικαιοϲύνη καὶ ϲωφροϲύνη (*Δs*)
	11	— ἀρετὴ = *BEv* Iambl.	ἀπετὴ ᾗ *CD*(*G*): ἀρετὴ καὶ (*Δ*) cf. adn. 45
	11	καὶ = *BCDEv* Iambl.	om. (*Δ*)
	11	— — — προϲγινομένη	προϲγινομένων *BCD* Iambl.: προϲγιγνομένων *Ev* cf. adn. 3
	12	— — — ἀπογινομένη	ἀπογινομένων *BCD* Iambl.: ἀπογιγνομένων *Ev*
	12	— πάντων = *BCDEv* Iambl.	ἁπάντων (*Δ*)
	13	καὶ = *Ev* Iambl.	om. *BCD*
	13	— — ἀλλαττόμενα = *BCDEv*	ἀπαλλαττόμενα (*Δ*)
	14	— — ἀλλήλων = *Ev* Iambl.	ἄλλων *BCD*
	14	— — — — ᾗ	ᾗ ἡ Plat. (sed *G* hab. εἴη ἡ): ἐϲτιν ἡ Iambl. cf. adn. 45
	14	— — τοιαύτη = *BCDEv*	τοϲαύτη (*C*)
	15	— — ὑγιὲϲ = *Ev* Iambl.	ὑγιὲϲ εἶναι *BCD*
	16	ἔχῃ = *BDEv*: ἔχει *C*	ἔχουϲα (*ΔΦGs*): ἔχειν (*L*)
	16	ᾗ κάθαρϲιϲ = *D*	ᾗ κάθαρϲίϲ τιϲ *BCEv*: κάθαρϲιϲ ᾗ τιϲ (*ΔΦGs*): ἐϲτὶ κάθαρϲίϲ τιϲ Iambl.
	17	— πάντων = *BCDEv* Iambl.	ἁπάντων (*G*)
	17	καὶ (prius) = *BCDEv*	om. (*Δ*)
p. 69 C	17	ἡ δικαιοϲύνη = *BCDEv* Iambl.	δικαιοϲύνη (*E*)
	18	— — — — δικαιοϲύνη	δικαιοϲύνη καὶ ἀνδρεία *BCD*: δικαιοϲύνη καὶ ἡ ἀνδρεία *Ev* Iambl.
	18	— — — — ἔτι	om. Plat. Iambl.
	18	— — αὐτὴ = *BCDEv*	αὐτὴ δὲ (*Δ*)
	18	— — καθαρμὸϲ = *BCDEv*	καθαριϲμὸϲ (*Δ*)
	18	— — τιϲ = *BCDEv*	τι (*G*)
	255, 1	— — — — ὡϲ	καὶ Plat. Iambl.
	1	— κινδυνεύουϲι = *D*(*Δ G*) Iambl. Olymp.	κινδυνεύϲουϲι (*H*): κινδυνεύωϲι *BCEv*

255,	2 φαῦλοι = *BCD* Iambl. Olymp.	φαῦλοί τινες *Ev*
	3 — — ἀτέλεςτος = *BDEv*	ἀτελέςτατος *C*
	4 — — ἐν = *BCDEv*	om. (*s*)
	4 — — — κείςεςθαι	κείςεται Plat. Iambl.
	4 — τε καὶ = *BCDEv* Iambl.	καὶ (*ΦsE*)
	5 — — θεῶν = *BCDEv*	θεὸν (*Δ*)
	5 — — — — οἰκήςεται	οἰκήςει Plat. Iambl.
	6 ὡς = *BCD*(*ΔΦGs*)	om. *Ev* Iambl.
	7 βάκχοι δέ τε παῦροι = *BCDEv* Iambl.	βάκχοι δὲ παῦροι (*L*) : παῦροι δέ τε βάκχοι (*s*)
69 D	8 — — — — πεφιλοςοφηκότες = Iambl.	πεφιλοςοφηκότες ὀρθῶς Plat. Clem. Alex. strom. 1, 19 p. 372 Pott.

locis quattuor libris Platonis adversantibus Iamblichus cum ecloga congruit. primum p. 254, 10 (p. 69 B Iambl. p. 66, 28) forma falsa ἀνδρία in libris nostris legitur, vera ἀνδρεία apud scriptores solos invenitur.[1]) deinde p. 254, 1 (p. 69 A) attractio relativi quam codices Platonici in sententia τοῦτο δὲ ὅμοιόν ἐςτιν ᾧ νῦν δὴ ἐλέγετο τῷ τρόπον τινὰ . . . cεςωφρονίςθαι tradunt, quae defendi potest[2]), quamvis hoc attractionis genus rarum sit, apud Stobaeum et apud Iamblichum (p. 66, 19) desideratur. praeterea quae verba in exemplaribus nostris Phaedonis comparent p. 254, 6 (p. 69 A) καί p. 255, 8 (p. 69 D) ὀρθῶς, ut in gnomologio Stobaei ita in protreptico Iamblichi (p. 66, 23 et p. 67, 16) frustra quaeruntur; tamen lectio librorum καί tutorem invenit Heindorfium[3]), ὀρθῶς vero probatur testimonio Clementis nec non disputatione sequenti p. 69 D εἰ δ' ὀρθῶς προὐθυμήθην et antecedenti p. 67 E οἱ ὀρθῶς φιλοςοφοῦντες, p. 67 D μόνοι οἱ φιλοςοφοῦντες ὀρθῶς, p. 66 B τοῖς γνηςίως φιλοςόφοις, p. 64 E ὅ γε ὡς ἀληθῶς φιλόςοφος, p. 64 B οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόςοφοι. ita ne eae quidem quas Iamblichus amplectitur huius eclogae proprietates praeter unam rem minutam (p. 254, 10 ἀνδρείαν) accipi debent. multo saepius autem quam memoriam Stobaeanam traditionem nostrorum librorum Iamblichum tueri moneo; cf. p. 253, 16. 18 p. 254, 1. 18. 18 p. 255, 1. 5 similiter in papyro nullam peculiarem eclogae lectionem recurrere statuendum est; cf. p. 252, 13 p. 253, 18.

sequitur ut perscrutemur a qua familia codicum Platonicorum ecloga οὐκοῦν . . . πεφιλοςοφηκότες proxime absit. ac primum quidem lectionibus duabus a vetustissimis libris *BCD* distinguitur. p. 254, 7 Stobaeus cum codice (*J*) scriptura ταῦτα πάντα consentit, ubi reliqui libri cum Iamblicho (p. 66, 25) πάντα ταῦτα tradunt[4]); p. 254, 13 gnomologus cum universis recentioribus libris

1) cf. Schanz, Plat. VII praef. p. 9. 2) cf. Krueger, gramm. graec. 51, 10, 3. 3) in ed. 4) saepe libri Platonici inter πάντα ταῦτα et ταῦτα πάντα fluctuant veluti Phaed. 66 B 74 A Symp. 183 B Polit. 259 D.

E(*ACEHJLYΓΔΦGs*) καί quod supervacaneum esse Schanzius demonstravit[1]) exhibet. sed his locis duobus exceptis ecloga cum antiquissimus codicibus *BCD* constanter facit. una cum familia (*ΔΦGs*) suffragante eclogario libri *BCD* p. 253, 15 καί pro ἤ suppeditant, p. 254, 3 γάρ post μή inserunt. deinde p. 255, 6 (p. 69 C) ὡς *BCD*(*ΔΦGs*) cum Stobaeo offerunt, reliqui libri cum Iamblicho (p. 67, 13) omittunt. atque ad eos locos quibus una cum (*ΔΦGs*) vetustissimi libri eclogae adstipulantur, illi accedunt ubi recensio Stobaeana in nullis codicibus nisi *BCD* obviam est. ita p. 253, 10 (p. 68 D) scriptura Stobaei et Iamblichi (p. 66, 6) κακῶν in *BCD* recurrit, cum reliquarum membranarum Platonis lectio κακῶν εἶναι papyro, in qua αι superest, probetur. praeterea cf. p. 253, 10 μεγάλων librorum *BCD* et Stobaei pro μεγίστων p. 253, 14 ἄλογον pro ἄτοπον p. 253, 17 γε pro γέ που p. 253, 18 ὅμοιον pro ὅμοιον εἶναι p. 255, 2 φαῦλοι pro φαῦλοί τινες. his igitur locis perspicue cognoscitur excerptum οὐκοῦν . . . πεφιλοσοφηκότες consimilis recensionis esse atque eclogas πότερον . . . ἐξευρήσειν (p. 91 E—95 A = vol. I p. 333, 21—338, 23)[2]) et ἀλλά . . . ἑαυτῷ (p. 107 B—114 D = p. 434, 5—444, 30)[3]) quae non modo cum codice Tubingensi *C* proprie conspirant, verum etiam cum tota familia *BCD* necessitudine iunguntur.[4])

ἄριστον δὲ τὸ περί . . . κοσμίως (p, 68 C = vol. III p. 279, 5—6) verba quae in capitis IV excerpto οὐκοῦν . . . πεφιλοσοφηκότες, quod modo comparavimus, p. 253, 3—4 leguntur[5]) in capite V περὶ σωφροσύνης iterum proponuntur. hic gnomologus Platonis verbis flosculum ἄριστον δέ quasi caput obtrusit.

καίτοι . . . ἄρχεσθαι (p. 68 E = vol. III p. 292, 4—5) haec quoque ecloga intra testimonium οὐκοῦν . . . πεφιλοσοφηκότες recurrit p. 253, 21—22.[6]) memoria Stobaeana locis diversis sibi constat.

βαβαί . . . βίῳ (p. 84 D—E = vol. III p. 336, 8—12) v. 9 ecloga cum plerisque libris Platonis conspirat lectione τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ubi ἀνθρώπους (*s*) omittit, (*Γ*) post πείσαιμι ponit. v. 10 libri (*AEHJL*) habent ὅτι pro ὅτε reliquorum Platonis et Stobaei. v. 11 post δυσκολώτερον desideratur in ecloga τι.

οὐκοῦν . . . σώματος (p. 67 D = cap. 118, 18 p. 452 Gaisford) cum *BCDEv* Stobaeus habet τοῦτό γε θάνατος ubi (*ΔΦGs*) θά-

1) Nov. Comm. p. 142. 2) cf. p. 450. 3) cf. p. 477. 4) nota omissionem trium verborum p. 254, 1 (p. 69 A) κρατεῖν ἄλλων ἡδονῶν huic excerpto cum uno codice *C* communem esse lacuna ex homoeoteleuto ortum trahente. item nota in ea parte Phaedonis quae hac ecloga continetur inde a p. 68 B usque ad p. 69 D Crusianum, nisi plani scribarum errores in censum vocantur, nusquam a *BD* recedere. 5) cf. p. 480. 6) cf. p. 481.

νατος τοῦτό γε praebent. quod post χωρισμός pessime in *BCD* deest ψυχῆς, ecloga cum *Ev* tradit. articulus τοῦ ante σώματος in *E*(*TL*) infersus abest ut a *BCDv* ita a florilegio.

βαβαί . . . ἀπαλλάττεσθαι (p. 84 D — 85 B = cap. 120, 31 p. 471 Gaisford) verba quibus ecloga incipit βαβαί . . . βίῳ iam supra III p. 336, 8—12 pro peculiari excerpto Ioannes citavit.[1]) recensio textus utroque loco Stobaeano eadem est, praeter quod in maiore testimonio νῦν ante διάκειμαι male omittitur. reliqua pars eclogae bis ab universa memoria codicum Platonicorum secedit, p. 85 A legitur apud Stobaeum οὔτε pro οὐδέ p. 85 B δεσπότου αὐτοῦ pro δεσπότου. praeterea in excerpto corrupte scribuntur p. 85 A δέος τοῦ ἀνθρώπου μᾶλλον ibid. αὐτὴ ἀηδών. a recentioribus libris Platonicis (*ΔΦGsΛCEHJLΓ*) aliena est eclogae lectio p. 85 C καί pro τε καί. contra ab antiquissimis codicibus *BCD* abhorret excerptum scripturis p. 85 B ἡγοῦμαι pro που οἶμαι ibid. τε pro γε. a maxima parte codicum Platonicorum discrepans Stobaeus p. 85 A cum (*Φs*) solis articulum ὁ ante ἔποψ inserit. ceterae singulorum vel plurium librorum peculiares lectiones Stobaeo refelluntur, ita scripturae libri (*L*) p. 84 *E* ὡς pro καὶ ὡς ibid. ἀποθανεῖν αὐτούς pro αὐτοὺς ἀποθανεῖν p. 85 A μέγιστα pro μάλιστα p. 85 B αὐτός pro καὶ αὐτός, libri *C* p. 85 A καί pro καὶ χελιδὼν καί ibid. φαίνεται pro μοι φαίνεται, deinde lectio libri (*s*) p. 85 A λυπῆται λύπην pro λύπην λυπῆται, libri (*G*) p. 85 A ἡ χελιδών pro χελιδών, librorum (*ΔsΛE*) p. 85 A ὅν pro ἅ, libri (*Γ*) p. 85 A μοι ταῦτα pro ταῦτά μοι, librorum (*GEH*) p. 85 B πρόσθεν pro ἔμπροσθεν, libri (*Δ*) p. 85 B χείρων pro χεῖρον.

καί . . . καρτερεῖτε (p. 117 E = cap. 120, 32 p. 472 Gaisford) ecloga brevissima cum lemmate ἐν ταὐτῷ excerpto βαβαί . . . ἀπαλλάττεσθαι adnexa est. testes inter se consentiunt.

conclusio

postquam omnia excerpta anthologii cum libris Platonicis comparavimus, summam quaestionis facere oportet. absolutis iis eclogis quae a libris *E*(*ΛCEHJL*) proxime absunt, de locis in historia memoriae Platonicae quibusdam iudicium certum fieri potuit, locis aliis reliqua Stobaei testimonia lucem allatura esse sperabamus.[2]) a varia veterum memoria nostram Phaedonis ortum trahere vel ex eclogis generis *E* solis intellegere licuit; sed ut archetypon peculiare Stobaeanae memoriae *E* et certae partis nostrorum librorum refingere frustra temptavimus, ita ne unici quidem fontis prisci nostrorum librorum recensionem accuratius definire contigit. qui igitur libri

1) cf. p. 484. 2) cf. p. 441.

Platonis ad antiquitatem ascendentes recensionem e diversis fontibus recens constitutam secum ferrent, qui a singulis veteribus exemplis stirpem ducerent, plane incertum remansit. atque etiam in eo quaestio de fontibus librorum Platonicorum testimoniis generis *E* comparatis movebatur potius quam ad liquidum perducebatur, quod testimonia *E* proprietates non nullas singulorum codicum recentium necopinato probabant, ad explorandum quot tandem libri pro testibus peculiaribus orationis Platonicae habendi essent, copiis minime sufficientibus. si vero cetera excerpta Stobaei quae post eclogas generis *E* nobis obviam fuere quid expedierint circumspicimus, primum statuendum est: quam supra[1]) promulgavimus sententiam, nostros libros Platonicos ad unum archetypon post Stobaeum in plura exempla transcriptum revocari non posse, eam sequentibus eclogis egregie firmatam esse. tot lectiones aperte vitiosas singularum familiarum codicum Platonicorum apud Stobaeum recurrere, tot locis singulos codices auctoritatem reliquorum gnomologo defensam obruere, totiens nostros libros in easdem scripturas atque scriptores veteres discedere vidimus, ut gravissimam quamque differentiam nostrae memoriae Platonicae ab antiquitate originem petere sumi debeat. et quod ex locis, quos inde antiquitus varie tradi testimoniis Stobaei expertum habemus, de memoria totius Phaedonis necessario efficitur, id minime illis locis refutatur ubi idem Stobaeus omnia nostra exempla Phaedonis vitio eodem occupari docet. nimirum quod de spuriis scripturis quas excerpta generis *E* comparantes omnium librorum Platonicorum communes deprehendimus[2]), moneri oportuit[3]), idem in reliquas[4]) quoque nostri textus Platonici mendas Stobaeo detectas cadere nemo non videt. ut autem si verum est variis exemplaribus veterum nostram traditionem Phaedonis niti, ne unam quidem sententiam dialogi decurtatam mutilam ad nos pervenisse probabile videtur, ita nunc in eo est ut in toto Phaedone codicum Platonicorum memoriam nulla lacuna aut vitio graviore laborare diserte declaremus.[5])

quae igitur de archetypo media aetate scripto omnium librorum Phaedonis quaestio est, eam eclogis Stobaei funditus diremptam vides.

---

1) cf. p. 421. 2) cf. p. 429 sq. 3) cf. p. 438. 4) cf. p. 448 p. 475 p. 483. 5) utile duxi lectiones componere quae universis libris traditae omnes quoad video editores Phaedonis offenderunt, praeterii tamen additamenta libris cunctis inserta. mutanda igitur putavere editores omnes p. 62 A ἰττίω vel εἰττίω in ἴττω (nota *C* τι in ras. habere) p. 87 A ἀντιτίθεμαι in ἀνατίθεμαι p. 91 B ἄνοια in ἄγνοια (cf. append. adn. 56) p. 104 A ὅπερ in οὗπερ (de ο pro ου in priscis libris Platonis obvio cf. Lach. pap. p. 190 E, 17 p. 191 D, 12, Hermathena 19, 1893, p. 310 sq. cf. etiam Crat. 416 B) p. 112 B αὐτόν in αὐτό (αὐτόν etiam Stob. I p. 441, 4 tradit, cf. p. 476 adn. 2). deinde supplenda censuere editores omnes p. 78 B οὐ (cf. de loco Cornarius, eclog. p. 8) p. 88 C τά (τά abest etiam a Iambl. protr. p. 69 et a pap.) praeterea bis particulam ἄν, p. 94 B (cf. p. 448) et p. 109 E (cum libris consentit Stob. I p. 437, 18, cf. p. 476 adn. 2). pars editorum reposuit ἄν etiam p. 62 C p. 72 B p. 84 D.

atque etiam de altero in historia memoriae Phaedonis loco pertractatis testimoniis Ioannis iudicium firmum facere licebit. eos enim libros Phaedonem praebentes qui cum testimoniis veterum proprie conspirant, ad antiquitatem ipsos ascendere certa res est; tantam autem partem dialogi Stobaeus citavit, tot tamque variis generibus memoriae usus est, ut eclogis Stobaeanis codices omnes ad unum qui peculiares testes orationis Platonicae in Phaedone sunt, ad lucem protractos esse credendum sit. ita apographa a libris qui ad edendum Phaedonem adhiberi debent, ratione certa distincta habemus. siquidem vero praeter codices *CE*(*Γ*) quorum quisque cum excerptis certi generis proprietates graviores communes habet, etiam aliorum codicum peculiares lectiones in eclogis Stobaei recurrunt idque in eclogis generum variorum, iam uno ordine libros omnes qui ab exemplaribus deperditis pendent eorumque scripturas Stobaeo probatas percensere iuvabit.

propriae libri *B* traditioni quam Stobaeus praestat, omnes ii loci imputari debent ubi *BCD* soli cum eclogario congruunt, quorum locorum numerus tantus est ut singulos proferre supersedendum sit. codicem Venetum *D* saepius solum memoriam veterem reddere lectionibus cum gnomologio Stobaeano communibus veluti p. 106 A (p. 342, 2) ἀποcβέννυτο et ἀπόλλυτο pro ἀπεcβέννυτο et ἀπώλλυτο non ita certo demonstratur. contra Tubingensis *C* admodum multas scripturas anthologii unus servavit p. 71 C (p. 327, 21) ὄντων pro ὄντοιν p. 92 E (p. 335, 12) τί δέ pro τῇδε p. 93 A (p. 335, 15) ὅ pro ἅ p. 94 B (p. 337, 20) που μυρία pro μυρία που p. 107 D (p. 434, 20) ὥcπερ pro ὅcπερ p. 113 B (p. 442, 24) τάρταρος pro τέταρτοc p. 113 D (p. 443, 16) ἠδίκηcεν pro ἠδίκηκεν. Vaticani (*Δ*) apud Stobaeum recurrunt proprietates p. 71 C (p. 327, 17) τό pro τῷ p. 94 C (p. 338, 1) φαίνεται ἡμῖν pro ἡμῖν φαίνεται p. 107 D (p. 434, 20) οὕτωc pro οὗτοc p. 111 A (p. 439, 12) αὐτῆc pro αὐτῇ; praeterea (*Δ*) locis quibusdam una cum singulis pluribusve libris cognatis excerptori astipulatur, cf. p. 60 B (p. 477, 22) ἔοικεν pro ἔοικέ τι p. 69 A (III p. 254, 4) ἀλλαγή pro ἄλλα p. 94 B (p. 337, 17) παθήμαcιν ἢ καὶ ἐναντιουμένην pro πάθεcιν ἢ καὶ ἐναντιουμένην παθήμαcιν p. 105 D (p. 341, 15) ὀνομάζομεν pro ὠνομάζομεν p. 113 B (p. 442, 22) ἐπονομάζουcι pro ἔτι ὀνομάζουcι. codicis Parisini (*G*) peculiares lectiones Stobaeo firmantur p. 63 C (p. 431, 4) τό pro ὅτι p. 81 D (p. 432, 22) φάcματα pro φαντάcματα p. 92 A (p. 334, 6) ἄλλο pro ἄλλα p. 106 A (p. 341, 23) ἢ τὰ τρία pro τὰ τρία ἢ p. 106 B (p. 342, 4) θανάτου pro ἀθανάτου. Vindobonensem (*Φ*) et ipsum aliquotiens fontem deperditum nobis solum recludere indicare videntur scripturae p. 70 A (p. 326, 3) διιπταμένη pro διαπτομένη p. 79 A (p. 329, 11) αὐτῶν ἢ pro αὐτῶν p. 85 A (IV cap. 120, 31) ὁ ἔποψ pro ἔποψ. codex (*s*) librorum (*ΔGΦ*) adsecla nusquam cum Stobaeo proprie consentit. familiae (*ΛCEHJL*) memoria universa saepe eclogario probatur, cf. p. 92 A (p. 334, 6)

δόξαι pro δοξάσαι p 94 E (p. 338, 15) τινὸς ἤ pro τινὸς ἢ πράγματος p. 100 A (p. 341, 1) ἅ pro ὄντων ἅ p. 106 B (p. 342, 4) εἰ μέν pro εἰπεῖν εἰ μέν p. 111 B (p. 439, 18) αὐτοῖς pro αὐτῆς p. 112 E (p. 442, 6) τέτταρα pro τέτταρ' ἄττα. codex (*J*) familiae (*ΛCEHJL*) solus cum Stobaeo communes habet lectiones p. 69 A (III p. 254, 7) ταῦτα πάντα pro πάντα ταῦτα p. 92 E (p. 335, 13) ἔχει pro ἔχειν p. 94 A (p. 337, 8) τε pro γε p. 99 B (p. 339, 28) ποιεῖν pro ποιεῖ p. 111 E (p. 440, 19) δὲ αὕτη pro δὲ ἄρα αὕτη, codex (*L*) p. 89 C (III 231, 10) πρῶτον μέν pro πρῶτον p. 96 A (p. 339, 6) ὑπερήφανον pro ὑπερήφανος. reliquorum familiae (*ΛCEHJL*) librorum memoria peculiaris a Stobaeo aliena est.[1]) Coisliniani (*Γ*) traditionem ad antiquitatem ascendere ex huius codicis scripturis p. 92 E (p. 335, 9) ἀποδέδειγμαι pro ἀποδέδεγμαι p. 93 C (p. 336, 8) πότερα pro πότερον p. 99 C (p. 340, 1) βέλτιστα αὐτὰ pro αὐτὰ βέλτιστα p. 106 A (p. 341, 26) ἐπάγει pro ἐπάγοι p. 106 D (p. 342, 23) τό τε pro γε τό intellegitur. liber Bessarionis *E*[2]), qui similiter atque Coislinianus (*Γ*) saepissime cum familia (*ΛCEHJL*) peculiariter conspirat, ab hac familia discrepans p. 71 A (p. 327, 14) οὐκ ἐξ pro ἐξ p. 109 C (p. 436, 28) ταῦτα pro τὰ τοιαῦτα p. 110 E (p. 439, 1) μή pro οὐ cum Stobaeo exhibet.[3])

---

1) libros (*ΛCEHJL*) ex *T* (Ven. app. class. IV cod. I) transcriptos esse Schanzius affirmat (cf. p. 415 adn. 3), et quamvis unum quemque horum librorum e compluribus fontibus constitutum esse ex laterculis variarum lectionum facile cognoscitur (praecipue Parisinus *C* totiens conspirat cum Bodleiano ubi *ΛEHJL* cum Stobaeo faciunt), tamen editori Phaedonis pro libris sex (*ΛCEHJL*) unum *T* usurpare licebit, dummodo quaecumque a Bodleiano diversa memoria vetus singulis libris (*ΛCEHJL*) inest, contineatur omnis codice *T*. contra si iis locis ubi libri (*J*) et (*L*) singuli cum Stobaeo congruunt, *T* cum (*ΛCEH*) a *B* stantibus facit, praeter *T* etiam (*J*) et (*L*) adsumere oportebit. mirum est ut p. 71 E (p. 328, 10) universi (*ΛCEHJL*) bis ταῖν tradant, quamquam Schanzio teste (cf. Plat. XII praef. p. 11) *T* cum *BCDE*(*GΦsΓ*) τοῖν praebet.

2) *E* ex (*T*) Phaedonem petivisse ferunt, cf. Schanz, Platocodex p. 89 sq. etiamsi autem ex antiquiore libro (*T*) memoriam communem (*T*)*E* recuperare fas sit, tamen (*T*) e. g. p. 109 C (p. 436, 28) cum Bodleiano ταῦτα tradere, *E* solum propriam traditionem τὰ τοιαῦτα servare notandum est.

3) quae Stobaei excerpta de memoria peculiari singulorum codicum Phaedonis docent, pluribus modis firmari possunt. primum omnes loci conligendi erunt ubi singuli libri soli verum rettulere, sicuti lectiones unius codicis *D* p. 70 A (p. 326, 1), unius (*G*) p. 89 E (III p. 232, 1) et p. 99 E (p. 340, 23) accipiendas esse nos p. 434 p. 480 p. 457 monuimus. deinde aliorum scriptorum testimonia nec non papyrum Phaedonis cum iisdem membranis atque Stobaeum proprie conspirare monstrandum est. Eusebium p. 109 C (p. 436, 28 = p. 565 b) scripturam libri (*Γ*) τῶν pro τῶν περί p. 113 D (p. 443, 11 = p. 568 a) libri (*L*) ὁσίως καὶ δικαίως pro καλῶς καὶ ὁσίως p. 114 B (p. 444, 7 = p. 568 d) libri *E* ἐκβαίνουσι pro ἀποβαίνουσι comprobare, papyrum p. 81 B (p. 432, 6) cum *C* γοητευομένη pro γεγοητευμένη p. 81 C (p. 432, 17) cum (*GL*) τοῦτο ὦ φίλε pro ὦ φίλε τοῦτο tradere supra memoravimus. praeclarum libro-

postquam libros e quibus varia vetus memoria quae ad nos pervenit Phaedonis resuscitanda est, singulos proposuimus, qui horum librorum traditionem media aetate e pluribus priscis constitutam suppeditent, qui recensionem a simillima vetere ductam praebeant, expedire relicum est. recensionem codicis *E* excerpta quae prima nobis apud Stobaeum occurrere, paene constanter sequi vidimus[1]); attamen inter lectiones ab illis eclogis diversas libri *E* etiam eas inveniri concedendum fuit, quas Oxoniensis codicis auctoritate firmatas veritatis specie splendentes recensioni archetypae libri *E* relinquere ratio postulabat.[2]) ipsum igitur genus *E* nostrae memoriae Phaedonis utrum ab antiquitate ortum traheret, an post Stobaeum e Bodleiani memoria et ex illa quam *E* vocare iuvabat traditione Stobaeana factum esset, diiudicari non potuit. ac ne ceteris quidem excerptis quae praeter eclogas *E* in anthologio nobis obviam fuere, aetatem recensionis cuiusdam nostrarum Phaedonis certo definitam esse concedi debet. quamvis non nullis reliquarum eclogarum cum codice *C* peculiaris ratio intercedat, aliae autem a libro (*Γ*) proxime absint, tamen nec testimonia generis *C* cum codice Tubingensi, neque generis (*Γ*) cum Coisliniano cognatione tam propinqua coniungi quam eclogas *E* cum libro Bessarionis neminem fugere potuit. quod quoniam ne testimonia *E* quidem cum certa familia librorum Platonicorum ad peculiare archetypon revocare contigit, auxilio eclogarum *C* et (*Γ*) priscas recensiones *C* et (*Γ*) refingere omnino non iam temptandum fuisse patet. ut cum eclogis generis *E*[3]), ita etiam cum excerptis *C* et (*Γ*) comparata una quaeque nostrarum recensionum Phaedonis e diversis libris veteribus mixta videtur; quocirca qui omnes quae extant recensiones Phaedonis post antiquitatem exeuntem factas esse volunt, eos certis argumentis refelli non posse apparet.

tamen tenendum erit non modo traditionem plane eandem quae veteribus Stobaei recensionibus continetur, recensionibus nostris subesse[4]), verum etiam alia anthologii excerpta aliis libris Platonicis similiora esse. igitur fac quaeso e codicibus Photiana aetate scriptis paucissimis — atque duos ponere satis est, Bodleianum codicemque alterum — multos illos libros quos ad antiquitatem ipsos ascendere demonstravimus, ductos esse; nonne horum archetyporum codicum recensiones ita inter se mixtas esse, ut libri similiter ac quos Stobaeus usurpavit constituti denuo suborerentur, dicere necessarium erit? ergo quibus recensionibus nostris peculiaris cognatio cum eclogis certis intercedit, eas a consimilibus veteribus

---

rum (*ΔΦGs*) cum papyro consensum (cf. p. 83 B λυπηθῇ ἢ φοβηθῇ pro φοβηθῇ ἢ λυπηθῇ p. 83 D ὁμότροφός τε καὶ ὁμότροπος pro ὁμότροπός τε καὶ ὁμότροφος ibid. καθαρῶς εἰς Ἅιδου pro εἰς Ἅιδου καθαρῶς), familiae (*ΛCEHJL*) cum Plutarcho (cf. p. 58 A = Plut. fat. 7 τί ἦν pro τί οὖν ἦν) obiter indicare libet.

1) cf. p. 420 et 433. 2) cf. p. 439. 3) cf. p. 440. 4) memineris velim quae diversis locis de discrimine dixerim inter universam codicum Platonicorum memoriam et eclogas Stobaei intercedente.

recensionibus originem trahere haud alienum videtur credere. ac praecipue codex Tubingensis *C* undecimo saeculo p. Chr. n. exaratus dubito an exemplar antiquissimum ipse exprimat; de libris *E* et (*Γ*) recentissimis iudicare difficilius videtur, quorum alterum (*Γ*) Venetum *T* inter fontes habere[1]), alterum *E* saltem in dialogis quos praeter Phaedonem continet[2]) quibusdam e libris servatis memoriam petivisse certa res est. tamen vel horum codicum recensiones proprias summam partem ex antiquissimis libris fluxisse probabili coniectura assequimur.[3])

si autem qui media aetate scripti sunt libri Phaedonis ad plus duos veterum libros redeunt, secundum fontes eorum priscos in duas classes codices nostros discerni non posse consentaneum est. nec tamen ab omni ratione duarum classium distinctionem librorum Phaedonis abhorrere nunc explicare oportet. codicum qui extant vetustissimi *B* aliquot lacunas lectionesque sensu carentes etiam in duobus aliis libris, in Tubingensi *C* et in Veneto *D* recurrere monendum est[4]); nisi igitur membranarum *C* et *D* fons primarius ipse Bodleianus est, imago libri cuiusdam ante annum 895 p. Chr. n. exarati refingitur, ex quo *BCD*, quamvis unus quisque eorum etiam ex altero fonte interpolatus sit[5]), summam partem memoriae petiverint. ille autem liber deperditus, quem classis prioris codicum Platonicorum archetypon aliquo iure vocare licebit, in exempla plurima transcriptus esse videtur; nimirum ab eo codices omnes qui nobis Phaedonem servarunt, alii alibi pendent.[6]) ita proprio consensu membranarum *BCD* certus fons deperditus memoriae Phaedonis definiri posse videtur. codicibus autem qui praeter *BCD* ad antiquitatem ascendentes[7]) plurimis locis peculiari familiae *BCD* traditioni coniuncti opponuntur[8]), item certum quoddam genus librorum Phaedonis effici nemo infitias ibit. tamen lacunis lectionibusve aperte vitiosis huius alterius classis libri omnino nullis inter se cohaerent.[9]) non nisi communi codicum recentiorum a familia *BCD* differentia codices recentiores inter se copulantur. itaque quid de discrimine classium librorum Phaedonis statuendum sit, in aperto videtur: ad duo archetypa codices nostri

---

1) cf. append. adn. 34. praeterea cf. p. 456. 2) praebet omnes. 3) similia de libris (*Γ*) et *E* sensit A. Schaeffer, Quaest. Plat. p. 70 sq. 4) ita *BCD* omittunt p. 71 C ἐγρηγορέναι καὶ ἐκ τοῦ καθεύδειν p. 78 C τε p. 96 A εἰδέναι p. 102 E οὐ, praebent p. 78 D καταυτά pro κατὰ ταὐτά p. 82 B ὅτι οὐ pro ὅτι p. 82 D cώματι pro cώματα p. 92 C οἵου pro coἱ οὐ p. 108 C ὅcων pro θεῶν p. 110 C ἐπί pro ἔτι p. 114 A μητρολοίαc pro μητραλοίαc. 5) id ex locis concluditur quales ii sunt ubi *C* cum Stobaeo facit, *BD* cum Eusebio. 6) cf. quae libris *BCD* communia sunt menda plana cum exemplis familiae (*ΛCEHJL*) p. 73 B μέν pro μέντ' p. 76 B τόδε pro τί δὲ τόδε p. 90 C πάντα pro πάντα τά p. 104 D ὅτι pro ἃ ὅτι p. 110 A πολλοῦ pro πολύ, familiae (*ΔΦGs*) p. 82 A εἶναι pro ἰέναι p. 86 C ὑποταθῇ pro ἐπιταθῇ p. 96 C ἅ ποτ' ἔμαθον pro ἀπέμαθον p. 112 E ἄναντες γὰρ προς pro ἄναντες γὰρ. 7) *TE*(*ΔΦGJLTΓ*). 8) singulos locos adnotare supervacaneum est. 9) criticam Bekkeri adnotationem sis perlustra.

referri non debent, sed quondam a vulgata dialogi memoria recensionem propriam libri illius quem archetypon classis prioris appellari voluimus, secessisse sumendum erit. cum vero indolem recensionis communis classis *BCD* vetustissimo horum librorum maxime inlustrari putandum est, tum codicem *B* inter omnes libros Platonis fidelissime Atticum philosophi sermonem servasse ex adnotationibus, quibus in appendice[1]) differentias memoriae Platonicae ad formas res orthographicas grammaticas spectantes prosecuti sumus, uni cuique cognoscere licet. de aetate autem qua archetypon familiae *BCD* scriptum sit, si verum est quod supra coniecimus, codicem *C* e libro ante Stobaeum exarato solo descendisse[2]), sequitur ut memoria communis classis *BCD* etiam multo ante Stobaeum[3]) constituta sit. contra antiquiorem altero saeculo p. Chr. n. scripturam archetypi librorum *BCD* esse, in quo αι pro ε non modo in terminationibus verborum solemniter exaratum fuit[4]) parum probabile videtur.

ita ab historia memoriae Phaedonis causa repetenda est, cur duo traditionis genera distinguamus; tamen ad recensendum dialogum nostros libros in duas classes dividere nil expedire ex iis quae exposuimus apparet. num consensu codicum omnium classis prioris cum plerisque exemplaribus classis alterius universa memoria vetus Phaedonis quae ad nos pervenit suppeditetur, incertum remanet. singularum ad antiquitatem ascendentium membranarum testimonium concordanti testimonio reliquorum librorum ad textum constituendum adhibendorum editorem Phaedonis par putare fas est.

de Platonis Phaedone diximus, dicendum est de Stobaeo excerptore Phaedonis. ac primum quidem diversae originis eclogas Stobaeanas esse certum nos cognovisse statuo. etiamsi omnes nostrae recensiones Phaedonis post Stobaeum compositae essent, dummodo variam veterem memoriam contineant, e mutata ratione, quae inter singulas recensiones et textum Stobaeanum intercedit, novum fontem Ioannem sequi necessario efficitur. propter unicam tantum rem paullisper dubitare licebit, num qualem instituimus distinctionem generum traditionis Stobaeanae, fundamento iusto nitatur: nimirum si in diversis Phaedonis partibus rationes plane diversae singulis Platonis libris cum fontibus priscis intercederent, per totum dialogum dispersa anthologii excerpta ad normam recensionum nostrarum dirigi non posse apparet. sed eclogae quae in finitimis paginis Phaedonis obviam sunt veluti p. 60 B—C ὡς . . . ἡδύ[5]) et p. 68 B—69 D οὐκοῦν . . . πεφιλοσοφηκότες[6]) quantum inter se distent velim tecum reputes;

1) cf. p. 493 sq. 2) cf. p. 490. 3) de Stobaei aetate cf. K. Praechter, Hierocles der Stoiker (Leipzig 1901) p. 2. 4) cf. append. adn. 36, Kühner-Blass, gramm. graec. I p. 52. Meisterhans, gramm. inscr. Att. p. 34 n. 185. 5) cf. p. 416. 6) cf. p. 480.

praeterea in scriptura locorum bis a se citatorum Ioannem saepissime secum ipsum pugnare meminerimus.[1])

quod si ratione recta species varias memoriae Stobaeanae distinctas esse persuasum habemus, fontibus diversis anthologii nomina imponere conandum est. quae eclogae recensionem codicis *E* secuntur, tam excerptum ὡς ... ἡδύ capitis L p. 477, 22—478, 9 quam eclogae multae capitis περὶ ψυχῆς ineuntis lemmate ἐν ταὐτῷ aut nullo inter se cohaerentes p. 325, 18—332, 3 post placita Aetiana reperiuntur. Aetianis vero solebat Stobaeus Didymea subiungere.[2]) igitur gnomologum excerpta generis *E* ex enchiridio quodam Didymi descripsisse veri simile fit.[3]) atque huic fonti Ioannis etiam ecloga ὁ ... ἐπιστήμην p. 482, 22—25, quippe quae et ipsa pone decreta Aeti posita inveniatur[4]), adscribenda erit. deinde excerpta generum *C* et (*Γ*)[5]) generisque quod deteximus quartum[6]) cum a vetustioribus anthologiis tum ab exemplari quodam ipsius Stobaei Platonico[7]) originem ducere opinabimur. cum autem illud traditionis genus quod eclogarum longissimarum proprium in omni parte anthologii recurrit, peculiare Stobaeani exemplaris Phaedonis fuisse haud absurdum sit putare, classis *C* testimonia πότερον ... ἐξευρήσειν p. 333, 21—338, 23[8]) ἀλλά ... ἑαυτῷ p. 434, 5—444, 29[9]) οὐκοῦν ... πεφιλοσοφηκότες III 252, 11—255, 8[10]) Ioannem e suo Platonis libro transcripsisse credo.[11])

---

1) iterantur apud Stobaeum verba p. 68 C τό ... κοσμίως (cf. p. 484) p. 68 E καίτοι ... ἄρχεσθαι (cf. ibid.) p. 80 D—E ἡ ... Σιμμία (cf. p. 461) p. 84 D—E βαβαί ... βίῳ (cf. p. 485) p. 89 E—90 A τούς ... πλείστους (cf. p. 479) p. 92 D ἐγώ ... ἅπασι (cf. p. 478) p. 93 B φέρε ... λέγεται (cf. ibid.) p. 96 B ὁ ... ἐπιστήμην (cf. ibid.). 2) cf. Elter, de Ioannis Stobaei codice Photiano p. 25. 3) cf. Elter, Ind. schol. Bonn. (1894/95) p. 12. ceterum de huius enchiridii Didymei memoria Platonica planius dici nequit nisi praeter Phaedonem aliis dialogis, Timaeo potissimum et Philebo cum Stobaeo comparatis, Eusebio in censum vocato. 4) cf. p. 478. 5) cf. p. 450. 6) cf. p. 458. 7) cf. Diels, Dox. Graec. p. 75. 8) cf. p. 442. 9) cf. p. 463. 10) cf. p. 480. 11) de Platonis codice Stobaeano, priusquam omnia Platonica anthologii inlustrata erunt, sententia certa proferri non potest. interim coniciemus hunc librum non modo quae neoplatonicis adamabantur (cf. p. 414 adn. 4), verum omnia quae nos possidemus opera Platonis complexum fuisse. laudat enim Ioannes Lyside Hippiis Epinomide exceptis dialogos omnes nostri corporis Platonici novem tetralogiarum atque etiam spuria extra tetralogias relicta scripta Parisino *Α* aliis libris tradita praeter Sisyphum Alcyonem. tetralogiarum ordinem Stobaei librum secutum fuisse inde deducas quod gnomologus II p. 35, 25 Ionem cum Hippiis confudit.

Appendix

1) τὸ ἅμα cum Riddellio probavit Schanz p. 91, 1   2) θέλειν hic ferri potest quia μή praecedit. at post consonas nil nisi ἐθέλειν Platonem usurpasse libris scriptis eius titulisque Atticis (cf. Meisterhans[3], gramm. inscr. Att. p. 178) docti sumus. Blaſs et Horna qui nuper (Berichte d. Sächs. Gesellsch. d. W. 1899 p. 162) Usenero θέλειν a Platone abiudicanti (Gött. Nachr. 1892 p. 50) obstitere nil novi attulerunt neglectis iis quae Schanz (Nov. Comm. p. 102) congessit   3) cf. Moeris, ed. Bekker. p. 193. Meisterhans[3] p. 177. — librarius qui *E* exaravit praeter hunc locum etiam ed. Schanz. p. 129, 4. 142, 13 γ̄ omisit. multo saepius vero forma falsa in *BCD* inrepsit, ita p. 101, 16. 106, 9 bis. 108, 20. 124, 16. 175, 9. constantius quam codex Oxoniensis videtur γ̄ offerre Parisinus vetustissimus, cf. Bekker ad Remp. 329 C 'γίγνεται *A* qui nusquam aliter'   4) ἐπεὶ οὐκ ἐδύνατο, συνῆψεν libri (*J*) lectio ab usu Platonis aliena. rarissime apud eum ἐπεί pro ἐπειδή positum invenitur, legitur Parm. 158 B Clit. 406, nota Theag. 126 C ἐπεὶ δὲ δή. similiter inscriptionibus ἐπεί pro ἐπειδή perraro traditur, cf. Meisterhans[3] p. 252. e coniectura igitur non debuit Hermann Civ. 477 A ἐπεί scribere. ceterum ab Attico usu Platonis usus Xenophonteus abhorret, cf. Anab. 1, 3, 5. 1, 3, 6   5) ἠδυνάμην ita ut ἤμελλον ἠβουλόμην tituli Attici non ante Platonem mortuum praebent, cf. Meisterhans[3] p. 169. libri Platonici testantur ἠβούλου in Alcibiade II dialogo spurio p. 144 B. inter veteres grammaticos alii formas cum η̄ augmento sermoni Atheniensi addixere, alii eas ab eo abhorrere iudicarunt. tamen nobiliores η̄ probavere, cf. Herodian II p. 354 Moeris p. 198   6) quae ratio inter formas ξυν et συν in libris *B* et *C* intersit, adcurata Schanzi quaestione (Nov. Comm. p. 156 sq.) exploratum est. de libris Bekkerianis, utpote qui parum diligenter excussi sint, iudicari nequit. *E* praebet ubicumque *BCD* συν habent formam eandem. deinde *E* tribus locis quibus *BCD* ξ̄ testantur ed. Schanz. p. 124, 23. 126, 19. 128, 8 vocabula a σ̄ incipientia suppeditat. at si omnes loci spectantur, scriptura Thucydidea ξυν (cf. Poppo ad Thuc. I p. 209. 399) multo saepius in *E* comparet quam in vetustioribus libris, cf. 104, 4. 8. 114, 22. 122, 17. 127, 20. 133, 2. 7. 9. 135, 21. 136, 14. 26. 140, 2. 7. 144, 5. 11. 24. 25. 145, 1. 2. 4. 6. 146, 7. 8. 12. 148, 12. 153, 12. 155, 10. 14. 15. 17. 156, 16. 17. 157, 14, 18. 158, 1. 8 bis. 160, 3. 23. 161, 13. 162, 26. 28. 164, 5. 165, 18. 19. 169, 22. 173, 23. 174, 1. 175, 9. 178, 10. 186, 9. cum tituli Attici inde a bello Peloponnesiaco confecto in paucissimis tantum certis vocibus ξ̄ praebeant (cf. Meisterhans[3] p. 220), minus probabile est Platonem totiens formam antiquiorem, quotiens ea in *E* legitur, adhibuisse. cf. etiam Diels, D. Litteraturzeitung (1901) p. 3033   7) indicativum ἀπόλλυται defendi p. 480. — alterum λ̄ in ἀπόλλυσθαι omittit *C* etiam ed. Schanz. p. 137, 26. 138, 2, *E* p. 144, 3. 144, 8. 9. 145, 10. 150, 18 Crit. 79, 9. 11. tamen saepius in *E* ut in *B* semper per duas λ̄ ἀπόλλυσθαι scribitur, cf. p. 137, 26. 138, 2. 151, 14. 153, 16. 27. 162, 3. 164, 11. 167, 13. 16. 24

8) Plato in ἀποθνῄσκειν ι adscripsit, cf. Usener, Ann. phil. 91 (1865) p. 245 sq. Meisterhans[3] p. 177. praeter papyrum p. 67 E etiam Bodleianus genuinam scripturam servavit, vide ed. Schanz. p. 92, 12. 93, 12. 95, 5. 19. 97, 17. 103, 18. 104, 11. 110, 26. 112, 2. 120, 10. 121, 11. 139, 14. 168, 13 9) de crasi ἅνθρωπος novissimus disputavit Schanz Nov. Comm. p. 98 10) tituli Attici vivo Platone incisi formam αὑτοῦ fere totiens quotiens ἑαυτοῦ praebent, cf. Meisterhans[3] p. 153. codices Platonici in Phaedone modo bisyllabam modo trisyllabam testantur formam, sed inter se plerumque consentiunt. duobus tantum locis ed. Schanz. p. 98, 8. 108, 2 pone καθ' in *E* formam ampliorem, in *BCD* breviorem reperis, duobus aliis p. 129, 11. 17 *BCD* soli longiore utuntur. etiam papyri scriptura variat, p. 83 A ἑαυτήν habet ubi membranae cunctae αὑτήν exhibent, p. 84 A bis αὑτήν ubi illae ἑαυτήν praebent. reliquis locis papyro servatis libri membranei cum papyraceo formam bisyllabam suppeditant p. 127, 17. 130, 17 bis. 130, 18. bisyllaba inde ab Alexandrina aetate rarissima est in inscriptionibus Atticis, apud tragicos et Isocratem tragicos imitantem erat usitatissima, cf. Br. Keil, Anal. Isocr. p. 111 11) σαφῶς pro glossa ad ἴσως apposita habeo; quam qui adiecit ἴσως non urbane ac leniter, sed ita ut p. 67 A in sententia τοῦτο δ' ἐστὶν ἴσως τὸ ἀληθές fortius dictum voluit 12) Heindorf defendebat ποιοῦμεν inepte comparato Civ. 530 D καὶ ἡμεῖς . . . ξυγχωροῦμεν. ἢ πῶς ποιοῦμεν; 13) εἴτε — ἢ interrogationem disiunctivam inducere Leg. 938 B nescio quam membranam secutus Ast lexic. I p. 646 contendit. revera εἴτε — ἢ pro εἴτε — εἴτε i. q. πότερον — ἢ valet C I A. I 40, 5 διαχειροτονῆσαι τὸν δῆμον αὐτίκα πρὸς Μεθωναίους, εἴτε φόρον δοκεῖ τάττειν τὸν δῆμον αὐτίκα μάλα, ἢ ἐξαρκεῖν αὐτοῖς τελεῖν ὅσον τῇ Θεῷ ἀπὸ τοῦ φόρου ἐγίγνετο 14) ἐκεῖσε recipere potuerunt Ast et Schleiermacher, quippe qui ἐκεῖ ad ἀφικόμεναι referendum putarent. sed pessime Platoni dictio εἰσὶν ἀφικόμεναι similis Sophocleae Oed. R. 90 προδείσας εἰμί vindicatur. etsi enim apud eum saepius εἶναι cum participio alius verbi coniunctum legitur (cf. Phaedr. 249 D ἔστιν . . . δεῦρο . . . ἥκων. Men. 84 A οὐ ἐστὶν . . . βαδίζων. Ast, lexic. I p. 622), tamen aoristi participium nullum ita copulatum occurrit. ne ἔσομαι quidem participio aoristi adiunctum repperi, cuius usus apud reliquos scriptores generis cuiusvis exempla crebra sunt, cf. Krueger, gramm. graec. § 56, 1 sq. — igitur εἰσίν cum ἐκεῖ coniungemus, lectio libri (*L*) petita videtur ex p. 58 E ἐκεῖσε ἀφικόμενον 15) Schanz et hoc loco et Soph. 245 E a scriptura εἰδῶμεν vetustiorum codicum temere recessit. nam satis constat εἰδέναι non solum i. q. scire, sed etiam i. q. cognoscere significare. cf. Theaet. 202 E ἰστέον δή. Symp. 217 C ἰστέον ἤδη τί ἐστι τὸ πρᾶγμα. Phaedr. 246 C οὔτε εἰδότες (sic *B*, accipi debet: ἰδόντες *T*) οὔτε ἱκανῶς νοήσαντες Θεόν. Lys. 204 A: βούλει οὖν ἕπεσθαι ἵνα καὶ εἰδῇς τοὺς ὄντας αὐτοῦ. Lysias or. 12, 100 οἶμαι δ' αὐτοὺς ἡμῶν τε ἀκροᾶσθαι καὶ ὑμᾶς εἴσεσθαι τὴν ψῆφον φέροντας. — quamquam monendum est εἰδῶμεν (in *B* praecipue) etiam iis locis legi ubi dipthongum licentiae scribarum deberi pateat. vide Crat. 385 E φέρε δὴ εἰδῶμεν (sic *BT*). 424 B εἰδῶμεν *B*: ἴδωμεν *T*. 428 D καὶ δὴ καὶ νυνὶ ἡμεῖς εἰδῶμεν (sic *B*: ἴδωμεν *T*). 435 E ἔχε δὴ εἰδῶμεν (sic *B*: ἴδωμεν *T*). Theaet. 169 D ἀντιλαβώμεθα . . . καὶ εἰδῶμεν (sic *B*: ἴδωμεν *T*). Soph. 223 B ἔτι δὲ καὶ τῇδε εἰδῶμεν (sic *BT*: ἴδωμεν *W*). 257 A εἰδῶμεν δὴ καὶ τόδε (sic *BT*: ἴδωμεν *W*). 260 E ἵνα κατειδῶμεν (sic *T*: κατίδωμεν *B*). Parm. 158 B ὧδε εἰδῶμεν. Lach. 190 C ἀλλὰ . . . εἰδῶμεν (sic *B*: ἴδωμεν *T*). e contrario scribae ει in ι mutarunt e. g. Charm. 155 D ubi ἴδον in *BT* invenis. bene consentiunt in ἴδωμεν *B* et *T* Phaedr. 268 A Gorg. 455 A al. — cf. etiam adn. 48 16) de formis οὕτως οὕτω dixit Schanz Nov. Comm. p. 4 sq.; in uno quoque codice Platonis saepissime ante consonas οὕτως invenitur, itemque οὕτω ante vocales ipsi vetustissimi libri aliquotiens prae-

bent. in media oratione legitur οὕτω vocali sequente in *B*, cui *T* plerumque astipulatur, Euthyphr. 9 E Apol. 22 E Crat. 439 D Theaet. 152 B 159 B 209 C Soph. 245 B Symp. 191 C Phaedr. 257 D Erast. 133 C Protag. 351 C. deinde saepenumero in fine enuntiati, etsi sententia quae sequitur a vocali incipit, οὕτω traditur. in dialogis primo editis Schanz ubique librum *B* expressit, in posterioribus ante vocales nil scripsit nisi οὕτωc. cf. Kühner-Blafs, gramm. graec. I 296. — forma οὑτωcίν, de qua cf. Herodian. I 509, in codice *E* ante vocales frequentatur, ita Euthyphr. 4 E Apol. 19 A Phaed. 91 B; similiter reperitur in *E* Apol. 26 E οὑτοcίν ὦ. 33 D οὑτοcίν ἐμόc 17) totum enuntiatum in (*L*) ita constituitur: ἆρα ἀναγκαῖον, ὅcον ἔcτι τι ἐναντίον, μηδαμόθεν ἄλλοθεν γίγνεcθαι ἢ ἐκ τοῦ αὐτῷ ἐναντίου. quod si αὐτό post ἄλλοθεν deletum, ὅcοιc in ὅcον mutatum est, libri (*L*) scribam iudico αὐτό ad ὅcοιc referre noluisse. lectio vulgata firmatur loco ab Heindorfio adlato Leg. 667 B δεῖ τόδε γε ὑπάρχειν ἅπαcιν, ὅcοιc cυμπαρέπεταί τιc χάριc, ἢ τοῦτο αὐτὸ μόνον αὐτοῦ τὸ cπουδαιότατον εἶναι ἤ τινα ὀρθότητα 18) particula δαί Aristophaneis et Platonicis libris fere solis traditur (cf. Krueger, gramm. graec. § 69, 16) ac iam ne a Platonis quidem editoribus admittitur. — in Phaedone formulam τί δαί recentioribus codicibus traditam Oxoniensi obtrusit corrector ed. Schanz. p. 89, 13. 93, 4. 98, 16. 17. 99, 12. 100, 4. 105, 13. 110, 18. 114, 14. 115, 11. 21. 118, 14. 120, 1. 123, 5. 24. 125, 3. 146, 6. 14. 148, 10. 149, 21. 159, 16. 181, 13. item in aliis haud paucis dialogis nulli libri nisi recentiores δαί praebent, velut Euthyphr. p. 4, 6. 11, 1. 12, 7. 21, 25. 22, 16 Crit. 76, 16. 18. 84, 13 Theaet. 16, 21. 31, 8. 41, 35. 64, 2 Phaedr. 1, 15 Lach. 58, 16 Gorg. 1, 12. 2, 24. 26. 12, 2. 24, 16. 31, 28. 73, 20. in Marciano *T* occurrit δαί e. g. Theaet. p. 9, 23. 32, 13. 59, 6. 77, 26 Soph. 12, 17. 23, 16. 28, 4. 20. 31, 7. 51, 26. 80, 12 Phaedr. 59, 29 Alcib. I 36, 13. 37, 10. 39, 2 Charm. 9, 21 Lach. 40, 29. 54, 16. his igitur locis omnibus libri *B* prima manus τί δέ scripsit. at in Menone manus eadem nil nisi τί δαί exaravit, cf. p. 116, 17. 118, 26. 119, 4. 125, 21. 132, 30. 140, 21. 147, 13. 18. 148, 29. 150, 26. 153, 34. 154, 26. in Parisino *A* legitur τί δαί, sed ᾱι in rasura e. g. Leg. p. 46, 19. 53, 27. 98, 10. 21, τί δέ comparet e. g. p. 22, 6. 28, 32. 31, 21. 46, 17. 69, 26. — haec cum sit librorum scriptorum memoria, Platonem formulas τί δαί et τί δέ promiscue usurpasse Hermanno dissentiente (cf. ed. Plat. I praef. p. 5) Schneiderum secutus (cf. ad Civ. I p. 155. 307) censeo 19) libri Platonis formam triplicem καὶ ἐάν ed. Schanz. p. 169, 2. 179, 27, καὶ ἄν p. 92, 24. 145, 21, κἄν p. 109, 12. 169, 4. 181, 18 testantur. in Phaedone *BCD* saepius quam *E* καὶ ἄν habent, cf. p. 109, 16. 126, 8. eadem forma iam in titulo ante bellum Peloponnesium scripto C I A. IV 1 b, 35 b 18 occurrit. itaque quamquam inscriptiones vivo Platone incisae formam ἄν non praebent (cf. Meisterhans[3] p. 256), tamen post dipthongos philosophum ἄν exarasse dubitari nequit. post consonas in Phaedone duodecies ἐάν reperitur, semel post c ἄν p. 146, 16. item post brevem vocalem omnes libri semel tantum ἄν habent p. 151, 7. scriptura δὲ ἄν quae bis invenitur, non potest in censum vocari. — cum ea ratio inter formas ἐάν et ἄν in Phaedone intersit, quaerere utile videtur, num etiam in aliis dialogis inter has formas eadem ratio recurrat. praeter Phaedonem igitur Euthyphronem Apologiam Critonem Cratylum Theaetetum inspexi. in his dialogis post ν̄ ἐάν undequadragies legitur Euth. p. 14, 23. 24, 11 Apol. 36, 24. 40, 28. 41, 16. 45, 18. 58, 6. 59, 24. 64, 5 Crit. 68, 2. 70, 23. 75, 15. 79, 19. 83, 6. 84, 18. 85, 8 Phaed. 97, 6. 126, 24. 136, 4. 15. 143, 19. 151, 7 Crat. 3, 16. 17. 6, 30. 11, 25. 18, 22. 48, 4. 65, 6. 75, 31. 76, 23. 78, 25. 81, 9 Theaet. 18, 25. 28. 34, 7. 60, 22. 99, 30. 32, ἄν quinquies Apol. 35, 15 Crat. 75, 11 Theaet. 7, 1. 44, 25. 57, 6; post c̄ ἐάν vicies bis Euth. 13, 28 Apol. 58, 1 Crit. 80, 17. 82, 23 Phaed. 127, 8. 136, 14. 140, 12. 153, 9. 158, 4. 164, 19 Crat. 25, 13. 55, 29. 56, 8. 75, 23. 76, 6 Theaet.

14, 6. 22, 19. 28, 13. 35, 19. 29. 71, 20. 77, 8, ἄν quater Crit. 84, 6 Phaed. 146, 16 Crat. 53, 14 Theaet. 11, 8. post ρ̄ semel ἐάν reperitur Euth. 7, 14, ἄν bis Crat. 74, 14 Theaet. 6, 34; post κ̄ semel ἐάν Crat. 55, 27. sexies ἀλλ' ἐάν scriptum est Apol. 47, 23 Phaed. 158, 10 Crat. 60, 23 Theaet. 15, 20. 71, 18. 98, 13, semel ἀλλ' ἄν Theaet. 55, 6. post dipthongos et longas vocales ἐάν septuagies quater comparet Euth. 5, 1. 3. 7, 14 bis. 13, 20 Apol. 36, 24. 38, 20. 43, 6. 46, 2. 5. 47, 14. 51, 3. 58, 8. 64, 7. 9 Crit. 67, 11. 68, 11. 17. 73, 8. 74, 16. 79, 20. 21. 80, 15. 84, 19. 85, 7 Phaed. 96, 23. 102, 9. 113, 1. 126, 18. 159, 6. 169, 2. 179, 27 Crat. 7, 3. 9. 20. 11, 24. 17, 13. 15. 19, 25. 26, 7. 27, 22. 30, 1. 38, 25. 43, 7. 53, 10. 70, 7. 72, 30. 75, 28. 78, 26 Theaet. 11, 9. 13, 24. 15, 21. 18, 23. 20, 14. 21, 16. 33, 6. 35, 26. 37, 16. 38, 8. 44, 23. 51, 1. 56, 13. 15. 65, 30. 33. 73, 24. 74, 14. 84, 34. 89, 5. 90, 19. 93, 30. 97, 28. 29. 98, 22, ἄν quater decies Euth. 3, 10. 6, 15 Phaed. 92, 24. 126, 13. 143, 18. 145, 21 Crat. 7, 22. 24, 2. 66, 8. 67, 14. 74, 5, 13 Theaet. 56, 9. 60, 8. post ῑ quattuor locis ἐάν traditur Euth. 22, 20 Apol. 39, 16. 24 Phaed. 101, 23, semel tantum Theaet. 51, 2 omnibus libris ἄν. post ᾱ legitur ἐάν decem locis Euth. 8, 19 Crit. 79, 20. 85, 21 Phaed. 113, 4. 157, 7 Crat. 65, 6. 75, 2 Theaet. 77, 7. 78, 28. 85, 12, ἄν tribus Phaed. 151, 7 Crat. 60, 20. 74, 6, post ō ἐάν bis Crat. 7, 6 Theaet. 85, 22, ἄν semel Theaet. 37, 30. — ex his copiis apparet ἄν libris Platonicis non tantum post eas syllabas tradi, post quas litteram ε̄ propter aphaeresin omissam esse dicere licet. tamen ἐάν adeo crebro reperimus, ut omnibus iis locis, quibus elisio litterae ε̄ in voculis δέ et γέ statuenda an forma ἄν legenda sit incertum est, Platoni ἐάν reddendum videatur. philosophus ipse prosodiis usus non est. itaque nos secundum titulos Atticos scribere par est Apol. 31, 25 μηδ' ἐάν pro μηδὲ ἄν, Phaed. 101, 11 δ' ἐάν pro δὲ ἄν, 109, 15 τί δ'; ἐάν pro τί δέ; ἄν, Crat. 1, 14 οὐδ' ἐὰν pro οὐδὲ ἄν. 22, 15 δ' ἐὰν pro δὲ ἄν, 28, 14 τοῦτό γ'· ἐάν pro τοῦτο γε· ἄν. similiter dubito an pro μηδ' ἄν Euth. 7, 18 et οὐδ' ἄν Crit. 76, 25 Crat. 17, 17 μηδ' ἐὰν et οὐδ' ἐὰν restituenda sint. librarii ε̄ elisisse videntur quasi de forma consueta οὐδ' ἄν ageretur 20) ν̄ paragogicum aeque ante consonas atque ante vocales in titulis Atticis comparet, cf. Meisterhans[3] p. 112. inter poetas Athenienses Aeschylus ut positionem quae dicitur efficeret saepius quam Sophocles Euripides Aristophanes illam litteram usurpavit, cf. Br. Keil, Anal. Isocr. p. 121. tamen eadem in recentibus Atticis inscriptionibus multo crebrior est quam in vetustioribus. libri Platonis praeter paucos *BDTA* qui usum titulorum secuntur, ν̄ paragogicum ante vocales exhibent, ante consonas omittunt, normam eandem tenent codices Stobaeani 21) ubi de re iam in medium prolata agitur (cf. p. 71 A δύο γενέςεις), articulus locum suum tuetur 22) ἱκανῶς coι nullum verbum desiderat, cf. Men. 75 B ἱκανῶς coι, ἢ ἄλλως πως ζητεῖς; 23) si titulis libroque *B* fides est, forma ταῖν a Platone abiudicari debet; quae tamen saepius vel in codices *T* et *Λ* se insinuavit. cf. Schanz, ed. XII praef. p. 11. Meisterhans[3] p. 123. Kühner-Blafs I p. 604 24) in sententia ὅθεν δὴ πάλιν γίγνεcθαι Heindorf δεῖ pro δὴ voluit, sed cf. Civ. 408 C ὅθεν δὴ κεραυνωθῆναι αὐτόν. infinitivus adhibetur in enuntiato relativo etiam Phaed. 109 B 110 B 111 A. contra δεῖ traditur libris plerisque idque recte p. 107 D (p. 434, 21) ubi (*L*) cum Stobaeo δή habet 25) τὰ αὐτά librorum *Ev* quod sententiae vix convenit ex ταῦτα ita natum videtur, ut librarii de ταὐτά agi arbitrati crasin dissolverent, veluti dissolverunt p. 78 C 78 E 79 A, cf. Schanz, Nov. Comm. p. 99. ipsum Platonem saltem in formula κατὰ ταὐτά constanter usum esse crasi veri simile est propter titulos, cf. Meisterhans[3] p. 71. p. 155. — in libris Stobaeanis saepissime falsam prosodiam dictioni contractae ταυτα additam vides, ita p. 329, 4. 329, 9. 329, 10. 330, 1. 331, 4 26) (*Δ*) articulum τῷ in verbis

ποτέρῳ οὖν ὁμοιότερον τῷ εἴδει φαμὲν ἂν εἶναι . . . τὸ cῶμα pessime omittere demonstrant Phaed. 79 D ποτέρῳ . . . τῷ εἴδει. Crat. 439 A ποτέρα . . . ἡ μάθηcιc (sic codd.: ἡ inducit Hirschig). Politic. 264 E ὁποτέρας . . . τῆς τέχνης (τῆς om. *A*). Parm. 149 E ὁποτέρῳ . . . τῷ εἴδει. Phaedr. 263 C ποτέρου . . . τοῦ γένους (sic *B T*: τοῦ om. *Σ*). Gorg. 521 A ἐπὶ ποτέραν . . . τὴν θεραπείαν (sic *B T*: τὴν om. *T*). Men. 87 B ὁποτέρῳ . . . τῷ ονόματι Leg. 663 C τὴν δ' ἀλήθειαν . . . ποτέραν. — cf. Krueger, gramm. graec. § 50, 11. 24 27) ἐλέγομεν quod *Ev* p. 329, 17 cum Stobaeo, p. 329, 18 soli praebent, utroque loco minus apte dicitur. similiter Crat. 398 D male in *T* ἐλέγομεν pro λέγομεν libri *B* scriptum. verum Phaed. 73 C imperfecto quod *BCD* offerunt, locum esse probavit Hermann ed. praef. p. 14. deinde hic moneo ἐλέγομεν p. 79 C omnibus testibus relatum sane retinendum esse, verba τόδε πάλαι ἐλέγομεν spectant ad p. 65 B sq. 28) quod non solum in Platonis membranis (*ΔGsJ*), verum etiam in parte Eusebianarum Praep. ev. p. 552 b obviam est ἀληθῶς librariis videlicet debetur, quos dictio καλῶς καὶ ἀληθῆ offendebat. ἀληθῆ cum adverbio copulatum occurrit etiam Protag, 352 D Ion. 538 E. ἀληθῶς plerumque apud Platonem i. q. revera valet, perraro ut Phaed. 93 B i. q. recte; huius significationis Asti index exempla promit nulla 29) Plato formas πρόcθεν et ἔμπροcθεν promiscue usurpavit. ut hoc loco, ita p. 108 A (435, 9) et Euthyphr. 15 C libri recentiores πρόcθεν, vetustiores ἔμπροcθεν praebent. aliis locis, velut Phaed. 86 E 94 C Crat. 410 D forma brevior in *B* comparet, plenior in vulgata

30) saepissime Plato ψυχή sine articulo dixit, cf. Kühner-Gerth, gramm. graec. I p. 606. tamen testibus inter se dissentientibus quid singulis locis philosophus scripserit aliquotiens difficile est diiudicatu. ed. Schanz. p. 124, 22 (praep. ev. p. 552 d) libri Eusebiani pugnant cum Platonicis Stobaeanisque, p. 125, 2 Eusebiani item atque Platonici inter se ipsi. multis locis recentiores codices Platonis articulum suppeditant, vetustiores omittunt, ita p. 83 C 87 D 95 C 105 D. contra evenit p. 70 B (p. 326, 8) 31) saepenumero pro δή singuli libri δέ vere exhibent. ut hic codicis (*Δ*) scripturam ὅρα δέ Stobaeus probat, ita haud scio an etiam p. 69 E (p. 325, 18) εἰπόντος δὲ τοῦ Σωκράτους ταῦτα unius Vaticani lectio genuina sit, cf. Symp. 212 C εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Σωκράτους. similiter Gorg. 450 C 452 B Men. 88 A Phaedr. 229 E δή codicum *B T* Schanz respuit, δέ sive libri (*Δ*) sive (*Γ*) sive aliorum recentiorum accepit. Gorg. 497 E *B* (*Δ*) ἄθρει δέ, reliqui ἄθρει δή habent. Men. 92 E δέ libris plerisque inter quos *B T* sunt pro δή pessime traditur. Crit. 44 B ἔτι δέ defendi potest 32) vide ne scriptura codicum *BD* καὶ κατ' αὐτὰ αὖ πότερόν cοι δοκεῖ Platoni tribuenda sit comparatis Phaedr. 229 E ἐμοὶ δὲ πρὸς αὐτά (sic *B*: ταῦτα *T*) οὐδαμῶς ἐστι σχολή. Leg. 820 E θαῦμά γε περὶ αὐτά (sic *A*: ταῦτα reliqui) ἐστι. Phaed. 63 B χρή με πρὸς αὐτὰ (sic *G*: ταῦτα reliqui) ἀπολογήσεσθαι 33) εὐδιάλυτος apud Aristotelem primum legitur

34) verba in (*Γ*) neglecta unum versum libri *T* efficere Schanz Platocodex p. 41 statuit 35) ἔμπροcθε pro ἔμπροcθεν saepe Plato ante consonas scripsisse putandus est. nam non modo apud poetas Athenienses ν̄ terminationis -θεν aliquotiens abiectum reperitur, etiam in titulis quarti saeculi occurrunt ἔμπροcθε καθύπερθε sim., cf. Meisterhans[3] p. 146. Kühner-Blass I p. 294. in *B* ἔμπροcθε vel πρόcθε exaratum est Crit. 49 E Theaet. 164 A Politic. 292 E 300 E Gorg. 504 B 508 E, in *A* Leg. 688 C 713 A 755 B 773 E 872 C 917 E 925 A Epist. 325 C 326 D, in *D* Phil. 42 A. de recentioribus libris cf. Schneider ad Civ. I p. 124 sq.

36) ne quis λέγεται librorum *B* (*T*) defendere curet, memoro saepe *B* unum aut cum paucis aliis libris perperam αι pro ε praebere. praeter hunc locum occurrit scriptura vitiosa λέγεται in *B* solo Soph. 243 E, in *B* (*Δ*) Men. 76 C, in *B T* Charm. 154 D. deinde Lach. 201 B antiquissimus

unus αἱρεῖ pro ἐρεῖ habet, una cum *T* suppeditat Lach. 200 E σκέψασθαι pro σκέψασθε, cum *CD* (*T*) Phaed. 102 E αἴτιον pro ἔτι ὄν. in *T* uno Lach. 189 C male μαθήσεσθαι pro μαθήσεσθε exaratum est, in *W* Hipp. 298 E ἀφαιρεῖσθαι pro ἀφαιρεῖσθε. atque idem vitium quod his locis in singulis paucisve libris conparet, occurrit hic illic etiam in plerisque Platonicis, cf. Phaed. 77 D λέγεται. 77 E ἐξιάσηται. 107 B διέληται Euthyd. 278 C ἐνδείξαισθον. Hipp. 298 D λέγεται. rarius librarii αι in ε mutarunt, *B* tradit falso Lach. 198 E ἔσεσθε pro ἔσεσθαι, *BT* Euthyd. 275 A προτρέψετε pro προτρέψαιτε, *BCDE* Phaed. 92 C ξυνέσεται pro ξυνάισεται, *C* Tim. 26 D ἀπεσόμεθα pro ἀπαισόμεθα 37) cf. Civ. 478 B φαμέν *A*: ἔφαμεν reliqui 38) p. 86 B consentiunt libri in ἐντεταμένου 39) cf. Tim. lex. ἑαυτῷ ἐπὶ τρίτου προσώπου· οἱ Ἀττικοὶ δὲ ἐπὶ δευτέρου κέχρηνται. e librorum memoria Schanz ed. Plat. VII praef. p. 12 pluralem tantum numerum pronominis ἑαυτοῦ Platonem in alias personas transtulisse conligit 40) ᾧ probavit Heindorf Civ. 349 D τοιοῦτος ἄρα ἐστὶν ἑκάτερος αὐτῶν οἷσπερ ἔοικεν comparato, ὅ defendit Ast s. v. ἀπεικάζω in indice 41) forma ἐρρέθην occurrit Theaet. 168 B in *B*, Soph. 261 C in *W*, nusquam ut videtur in *A*, saepe in recentioribus libris. cf. Schneider ad Civ. II p. 5 sq. 42) ἐναντία adverbii loco positum est ut p. 94 C, cf. Krueger, gramm. graec. § 46, 5, 4 43) praesens et aoristus verbi τίθημι saepius a librariis inter se confunduntur, vide Crat. 427 A τιθέμενος *B*: θέμενος *T*. Civ. 420 C τιθέντες *A* al.: θέντες reliqui 44) τό retinuit Wyttenbach 45) locos ubi librarii ἤ post alterum ἤ aut addidere, aut neglexere congessit Schanz Studien p. 30. adde Phaed. 69 A αὕτη ᾖ *BCDv* Stob. III p. 254, 4: αὕτη ᾖ ἡ *E* (*Δ*). 69 B ἀρετῇ *BEv* Stob. III p. 254, 11: ἀρετὴ ᾖ *CD* (*G*) 46) τυγχάνοι libri (*Γ*) recepit Bekker. sed indicativum ab usu minime abhorrere monuit Stallbaum ad l. 47) similiter p. 68 D futurum ἐθελήσεις in *Ev*, praesens ἐθέλεις in *BCD* (*CHJΓT*) legitur. quo loco ἐθέλεις, quamvis δόξει sequatur, verum esse Heindorf Crat. 435 B Alcib. I 122 D Protag. 324 A 342 D Men. 71 A in censum vocatis docuit. cf. praeterea p. 109 A μενεῖ *E*: μένει *BCD* 48) scriptura speciosa libri *B* ἠνείπαπε improbanda est. etiam in aliis vocabulis perperam *B* ει pro ι praebet. cf. quod eum saepissime falso testari adn. 15 monebam εἰδῶμεν pro ἴδωμεν. deinde ἀποκτεινύναι in Gorgia libri *B* solemniter scribitur, cum grammatici nil nisi κτεινύειν ἀποκτιννύναι ἀποκτινύναι agnoscant, cf. Schanz, ed Plat. VIII praef. p. 6. Kühner-Blass, gramm, graec. II p. 469. — in non nullis verbis omnes libri ει falso suppeditant, ita in οἰκτείρω, v. Kühner-Blass II p. 498 et in φιλόνεικος, v. Schanz. ed. Plat. VI praef. p. 10. similiter ἀϊδής (quod papyrus Phaedonis pro ἀειδής offert, membranae rarissime velut Crat. 404 B exhibent) Platoni reddendum erit, cf. Usener, Götting. Nachr. (1892) p. 46. ceterum librarii etiam in partem contrariam ει in ι mutando peccarunt, cf. Schanz, ed. Plat. VII praef. § 1 et 7. Meisterhans[3] p. 48—54 49) ἄνευ nomini postpositum invenis apud Xenophontem Demosthenem alios, non apud Platonem, cf. Krueger § 68, 4, 1. Kühner-Gerth I p. 455 50) Platoni utriusque generis ὁ σκότος et τὸ σκότος formae usitatae, cf. Kühner-Blass I p. 514 51) in textum libri (*H*) scholion ab Hermanno ed. Plat. VI p. 233 propositum inrepsit 52) indicem locorum tantum non omnium quibus τοιοῦτον τοιοῦτο τοσοῦτον τοσοῦτο ταὐτόν ταὐτό apud Platonem leguntur, a Schanzio Nov. Comm. § 1 confectum habes, a Schanzio eodem ubi in antiquissimis libris *AB* τοιοῦτο τοσοῦτο ταὐτό occurrant diligenter exploratum est ed. XII praef. § 4. formae exiles a nullo Atheniensium scriptorum plane alienae videntur, quamquam tituli eas non praestant, cf. Kühner-Blass I p. 606. Meisterhans[3] p. 155 53) mirum in modum Wachsmuth ὡς δ' αὔτως lectionem librorum Stobaei plerorumque Platonicorum sprevit. consensu codicum scripsisse Platonem ὡς δ' αὔτως evincitur Phaed. 102 E

Politic. 310 D Leg. 809 E 879 D 910 A. membranae Leg. 728 E variant, sed *A* habet hic quoque ὡς δ' αὕτως 54) ϲῶον traditur libris (*GΓ*) Phaed. 106 A 106 E, Vaticano o Tim. 82 B. in ϲῶν consentiunt codices Phaed. 87 C Civ. 333 C. utraque forma probatur inscriptionibus, cf. Meisterhans[3] p. 149 55) structura libri (*L*) ὑπάρχει αὐτῇ εὐδαίμονα εἶναι vix digna Platone est, quippe a quo nomen infinitivo additum quod ad dativum spectat dativo exprimi soleat. vide apud Astium structuras verborum ὑπάρχει πρέπει ἐξαρκεῖ ἐγχωρεῖ sim. raro accusativus dativo subiungitur, subiungitur Politic. 274 A τῷ κόϲμῳ προϲετέτακτο αὐτοκράτορα εἶναι. Symp. 176 D ἄλλῳ ϲυμβουλεύϲαιμι . . . κραιπαλῶντα. Civ. 408 E ἢ οὐκ ἐγχωρεῖ κακὴν γενομένην τε καὶ οὖϲαν εὖ τι θεραπεύειν. 414 A Alcib. II 141 A ἐξαρκέϲει ϲοι τύραννον γενέϲθαι. cf. Krueger, § 55, 2, 7. Meisterhans[3] p. 204 56) haud ita crebro libri inter ἄνοια et ἄγνοια fluctuant, cf. Phaedr. 270 A ἀνοίαϲ *BT*: ἀγνοίαϲ *G*. Criti. 107 B ἄγνοια *AΣ*: ἄνοια *Ξ*. Leg. 794 E ἀνοίᾳ *A* al.: ἀγνοίᾳ γρ. 𝔥. maior numerus eorum locorum praesto est ubi libri scripti in ἄνοια conspirent, in editis ἄγνοια inveniatur, v. Phil. 38 A 48 C 49 D Leg. 625 E 688 E 689 B 819 D. quod discrimen inter ἄνοια et ἄγνοια intercedat, commode intellegitur ex Phaed. 93 C λέγεται ψυχὴ ἡ μὲν νοῦν τε ἔχειν . . . ἡ δὲ ἄνοιαν, Theaet. 176 C ἡ δὲ ἄγνοια ἀμαθία, Tim. 86 B νόϲον μὲν δὴ ψυχῆϲ ἄνοιαν ξυγχωρητέον, δύο δ' ἀνοίαϲ γένη, τὸ μὲν μανίαν, τὸ δ' ἀμαθίαν. — ceterum aliquotiens etiam διάνοια cum ἄνοια in codicibus confundi notandum est, v. Phaed. 91 B Phaedr. 270 A Gorg. 464 D 57) ut hoc loco ita Symp. 187 E Alcib. I 103 A Oxoniensis aliis libris repugnantibus formam ἀνθρώπειοϲ praebet. ἀνθρώπειοϲ cum ἀνθρώπινοϲ idem valere, utramque formam Platonem promiscue adhibuisse docuit Stallbaum ad Civ. 497 C. in Phaedone omnibus libris ἀνθρώπειοϲ traditur p. 89 E, ἀνθρώπινοϲ p. 68 A 72 E 80 B 82 B 84 B 85 C 107 A 58) καλινδεῖϲθαι etiam Theaet. 172 C Politic. 309 A editionibus propagatur. num codicum auctoritate forma per ᾱ scripta nitatur ex Bekkeri adnotationibus certo non intellegitur 59) cf. p. 82 C οὔτι *D* (*ACHJGΓ*) : οὔτοι (*E*). Civ. 331 A οὔτι *AD*: οὔτοι reliqui 60) dipthongus ῡῑ Athenis quarto saeculo etiam ante vocales in ῡ abiit, cf. Kühner-Blass I p. 136. in formis femininis participii perfecti tituli quinti saeculi ῡῑ praebent, quarti ῡ, v. Meisterhans[3] p. 59 adn. 505. codicum Platonicorum scriptura solemnis in his formis ῡῑ est, raro occurrit ῡ, ita legitur in libro *C* Phaed. 86 A διερρωγυῶν, in *A* Leg. 694 E γεγονυῶν, 736 B ξυμβεβηκοα. saepius quam in participio in υἱόϲ ῑ libri neglegunt, cf. Schanz, ed. Plat. XII praef. p. 8. Sauppe, ed. Protag. (1884) p. 349

61) quia per epexegesin καὶ μὴ διευλαβουμένουϲ antecedenti μεμελετηκόταϲ adnectitur, participium praesentis cum perfecto copulatum nullam offensionem habet, cf. Krueger, gramm. graec. § 56, 15, 3 62) neutrum ἕκαϲτα Bernhardy gramm. graec. (1829) p. 430 defendit conlatis Leg. 795 A οὐκ ἐν ἀριϲτερᾷ μὲν τόξον ἀπάγων, ἐν δεξιᾷ δὲ οἰϲτὸν προϲαγόμενοϲ μόνον, ἀλλ' ὁμοίωϲ ἑκατέροιϲ (sic codd.: ἑκατέραιϲ edd.) ἐπ' ἀμφότερα χρώμενοϲ. p. 802 B ταῖϲ δὲ ἡδοναῖϲ καὶ ἐπιθυμίαιϲ μὴ ἐπιτρέπονταϲ ἀλλ' ἤ τιϲιν ὀλίγοιϲ (sic codd. Bekker Ast: ὀλίγαιϲ Hermann) 63) cf. p. 106 D ἂν . . . δέχοιτο εἰ . . . δέξεται. Alcib. I 113 E ἂν . . . ἀμπίϲχοιο εἰ . . . οἴϲει 64) similiter atque hic unus (*L*) οὐ . . . ϲυλλεγένταϲ praebent omnes libri Men. 84 A οὐ . . . βαδίζων, ibid. 94 C οὐ . . . δαπανώμενον. cf. etiam adn. 66 65) ἐνθένδε pro ἐνθάδε in sententia τοὺϲ ἐνθένδε ἐκεῖϲε πορεῦϲαι de more dictum est. cf. Apol. 40 C μετοίκηϲιϲ τῇ ψυχῇ τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰϲ ἄλλον τόπον. Phaed. 112 C (p. 441, 13) τὰ ἐνθένδε (sic *CHJL*: ἐνθάδε reliqui) πληροῖ. Gorg. 472 B ἥντιν' ἂν βούλῃ τῶν ἐνθένδε (sic *EF*: ἐνθάδε reliqui) ἐκλέξαϲθαι. Crat. 403 D οὐδένα δεῦρο . . . ἀπελθεῖν τῶν ἐκεῖθεν. Leg. 888 E ϲκεψώμεθα τοὺϲ ἐκεῖθεν. Politic. 307 E πρὸϲ τὰϲ ἔξωθεν πόλειϲ. — de ὅθεν pro ὅπου obvio cf.

Schneider ad Civ. 489 E 66) ut hoc loco (*L*) ἐκεῖ πορεῦcαι codex *m* Civ. 618 E tradit δc αὐτὴν ἐκεῖ ἄξει. cf. Krueger, gramm. graec. 66, 2, 6. Wohlrab ad Phaed. 82 A 67) in *B* legitur μόγιc Apol. 21 B 27 C Phaed. 108 B Symp. 190 C 213 D Phaedr. 240 E 248 A 254 C Charm. 160 A Lys. 222 B, μόλιc Theaet. 142 B 160 E Euthyd. 282 D. Parisinus *A* testatur μόγιc Civ. 346 C 350 D 502 C Leg. 644 D Epist. 313 C 314 A, μόλιc Tim. 85 C 86 A Epist. 362 B Axioch. 368 B. librorum consensu probatur μόγιc Phaedr. 248 A Civ. 346 C Leg. 644 D, μόλιc Euthyd. 282 D Tim. 85 C Epist. 362 B Axioch. 368 B. ubi libri fluctuant, plerumque vetustiores μόγιc, recentiores μόλιc exhibent ut Apol. 21 B 27 C Phaed. 108 B Symp. 190 C 213 D Phaedr. 240 E 254 C Lys. 222 B Civ. 350 D Tim. 86 A Epist. 313 C 314 A; tamen Theaet. 142 B 160 E Charm. 160 A Hipp. II 364 C Civ. 502 C codices antiquissimi aut saltem satis antiqui μόλιc praestant. cf. Schneider ad Civ. II p. 208 68) structura hic in libris *BCD* obvia μοι δοκεῖ . . . ἐξαρκεῖ recurrit in iisdem libris p. 77 A ἐμοὶ δοκεῖ . . . ἀποδέδεικται, deinde in omnibus libris Protag. 314 C δοκεῖ . . . μοι . . . κατήκουεν. Menex. 236 B μοι δοκεῖ cυνετίθει. Crat. 386 D οἶμαι . . . δοκεῖ. 422 C οἶμαι . . . cυνδοκεῖ. cf. Sauppe ad Protag. 314 C. Schanz, Nov. Comm. p. 130 69) μέχριc a titulis alienum est qui etiam ante vocales nihil exhibent nisi μέχρι, cf. Meisterhans[3] p. 219. similiter nullo loco cunctis codicibus Platonis μέχριc traditur, at singuli binive libri aliquotiens formam cum c̄ ante vocales suppeditant, praeter ceteros Vind. 21 (*T*) in quo Gorg. 487 C μέχριc ὅποι. Hipp. I 281 C μέχριc Ἀναξαγόρου. Menex. 239 E μέχριc Αἰγύπτου. 245 A μέχριc οὗ invenitur. in Veneto *D* Civ. 423 B Bekkero teste μέχριc οὗ exaratum est, praeterea occurrit μέχριc in libris scriptis Theaet. 143 A Symp. 210 E 220 D Phaedr. 268 B Protag. 325 C Civ. 471 B 599 A Leg. 794 A 877 D 878 D 929 B 70) formam θάλαccα, quae oppido raro in codicibus legitur, tamen dubitarunt prorsus a Platone abiudicare et Heindorf ad Euthyd. 279 E et Schneider ad Civ. I p. 21. libri *A* et *B* praeter unum locum Tim. 25 D θάλαττα praebent, recentiores codices a vetustioribus hic illic abhorrent; ita saepe in Menex. Coisliniani (*Γ*) p. 239 E 240 B 241 A 241 D 243 C 246 A nec non pauciens in Phaed. Veneti *E* p. 109 B 111 A in Civ. Ambrosiani *t* p. 332 E 396 B θάλαccα scriptum est. etiam Phaed. 109 C Politic. 298 B Euthyd. 279 E Civ. 371 B Criti. 110 E membranae inter θάλαττα et θάλαccα fluctuant. tituli Attici scripturam per duo τ̄ firmant, cf. Meisterhans[3] p. 101 71) terminatio -ιcι(ν) dativi declinationum primae alteriusque non invenitur in inscriptionibus quarto saeculo incisis, neque eam Platone excepto scriptores solutae orationis Athenienses usurpasse videntur, cf. Meisterhans[3] p. 121. 126. Kühner-Blass I p. 385. Platonicorum librorum praecipue *A* terminationem ampliorem praestat, raro in Civ. p. 388 D 560 E 564 C, et in Tim. p. 74 E, satis frequenter in Leg. p. 625 C 625 D 660 A 687 D 690 E 713 D 714 E 717 A 732 C 744 D 783 A 785 A 789 A 794 A 795 A 806 D 822 C 829 C 848 C 849 A 873 D bis 873 E 880 D 888 B 888 C 910 A 917 B. aliis Legum locis veluti p. 713 D 783 B 806 D 811 D item ut Phaed. 109 B 112 E Symp. 197 D Gorg. 497 D Io. 535 D Civ. 541 A nulli libri nisi recentes formam plenam testantur. Venetus *D* habet Civ. 389 B θεοῖcι, in *B* legitur Phaedr. 240 B ἡδίcτοιcιν. 276 B ἡμέραιcιν. 278 B ἄλλαιcιν. etiam in Polit. libri *B* plenarum formarum vestigia sunt, vide p. 261 E διπλαcίοιc ἢ. 294 E τaciν. Theag. 131 A tradunt codices cuncti εὐχαῖcι. — cf. Schneider ad Civ. I p. 222 72) pro τούτω libris (*ΔACHL*) relato τούτῳ scribendum est quod ad ταὐτόν referre licebit. cf. p. 68 E (III p. 253, 16) 73) aut πολύ aut πολλῷ comparativo adicitur, cf. Krueger, gr. 48, 15, 10. 11 74) tituli quarti et tertii saeculi in scriptura πλέον sibi constant, πλεῖον forma recentior est, cf. Meisterhans[3] p. 152. at libri Platonici vel antiquissimi quam πλέον tam πλεῖον exhibent, πλεῖον occurrit

in *B* Theaet. 146 B 192 D Soph. 244 B 258 C Alcib. II 148 C Charm. 170 A Euthyd. 300 D Gorg. 488 B, in *A* Civ. 349 B 588 A Leg. 766 C, in *D* Civ. 574 A, in recentioribus codicibus e. g. Civ. 417 B 505 B. tamen πλέον libri multo saepius praebent, ita Euthyphr. 12 C Apol. 19 A Phaed. 93 B 114 E 115 C Crat. 387 A 387 C 428 A Theaet. 161 B 200 C Politic. 262 C 305 B Parm. 154 D Phil. 24 C Symp. 175 E 217 C 222 D Phaedr. 261 B 275 C Alcib. I 106 A II 148 B Lach. 190 C Euthyd. 290 B Gorg. 453 A 483 C 483 D Men. 91 E Hipp. I 282 E bis Io. 535 D Civ. 343 D 349 B 349 C 466 C Criti. 114 E Leg. 689 B 697 D 751 B 774 D 75) tres formae ἁλουργῆς ἁλουργοῦς ἁλουργός memoria Platonica probantur, cf. Tim. 68 C ἁλουργοῦν codicum *A* al. ἁλουργόν codicum *FSsv*. Civ. 429 D ἁλουργά. ceteri scriptores duas tantum formas ἁλουργής ἁλουργός promiscuo usu adhibuerunt, vide Lobeck ad Phryn. p. 185 76) etiam ἔκπλεως, quamquam alias apud Platonem non legitur, tolerari potest. ἔμπλεως testantur membranae omnes Theaet. 156 E Civ. 411 C 505 C

77) quae forma in recenti libro (*E*) occurrit μεσογείᾳ, ea Attica est. cf. Kühner-Blass I p. 134. 552. Meisterhans[3] p. 128. item Leg. 909 B recentes codices μεσογείων suppeditant, ubi *A* μεσογαίων, sed αι ex correctura habet 78) καθαριότης Epin. 984 A traditur 79) αὐτῶν vel αὑτῶν lectio Crusiani cum sermonis lege pugnat, cf. Krueger 47, 9, 12. αὐτούς ut per epanalepsin dictum accipiendum est 80) comparativum per ο scriptum adiectivi στενός quem *B* offert, grammatici antiqui agnoscunt, cf. Kühner-Blass I p. 558 adn. 2. Tim. 66 D omnes libri στενώτεραι praebent 81) scriptionem ἀένναος Platoni non imputo, recurrit Leg. 966 E in quibusdam libris 82) ἐπήντλητο voluit Hirschig 83) πέραν ubi apud Platonem reperitur eandem vim atque πέρᾳ habet, cf. Tim. 89 C οὐ βίου οὐκ ἄν ποτέ τις εἰς τὸ πέραν ἔτι βιῴη. Leg. 670 A τοὺς ἤδη τριακοντούτας καὶ τῶν πεντήκοντα πέραν (sic *A*) γεγονότας. — de scriptura πέρᾳ monendum est ι adscriptum ut Phaed. 112 E ita Phil. 12 C Gorg. 487 D Civ. 423 B 493 D 559 B 561 A 590 A Tim. 29 D 65 D Criti. 110 D desiderari; adest in *A* Civ. 561 A, in *B T* Phaedr. 241 D 84) πρός tam post ἅναντες quam pone γάρ redundare patet. ne πρὸς ἅναντες quidem, quod apud Aristotelem legitur invehentem in hunc Phaedonis locum met. 2, 2 τὸ γὰρ λοιπὸν πρὸς ἅναντες ἤδη πᾶσιν εἶναι τὴν φοράν, sententiae Platonicae conveniens est

85) cf. p. 113 D βιώσαντες omnibus libris traditum 86) voculam τε in dictione παντάπασί τε ἀληθῆ εἶναι καὶ ὑγιῆ ante ἀληθῆ positam nil offensionis habere ex locis ab Astio lexic. III p. 365 conlectis commode intellegitur 87) paullo inferius ipsi vetustissimi libri *BCD* coniunctivum δόξῃ post ὅπως praebent, item aliis locis ut Symp. 174 E coniunctivus aoristi cum ὅπως copulatur. cf. Krueger 54, 8, 5. Meisterhans[3] p. 254 88) de formarum ἀνδρεία ἀνδρία memoria Platonica disputavit Schanz ed. VII praef. § 7. forma per ει scripta etiam papyro confirmatur p. 68 D. — cf. adn. 48 89) neque imperfecto locus est neque forma ᾔσθα Platoni vindicari debet, de qua cf. Kühner-Blass II p. 242

DE GRAECORVM PRECATIONIBVS QVAESTIONES

SCRIPSIT

CAROLVS AVSFELD
DR. PHIL.

In cultu cuiusque gentis, cuiusque aetatis, quae rationes inter homines et deos intercedant, optime illustratur precibus cum publice tum a privatis ad deos missis. Cum vero precibus omnium populorum et quae more maiorum sancita quaeque tempore sollemniter ac rite formulis sacris concepta sunt, per saecula retineantur sacris in caerimoniis ac ritibus et paulatim antiquis formis insinuentur novae rationes, facilius possumus pervestigare atque intellegere, quo ex fonte profectae quaque via progressae sint sententiae illae rituales. Hanc in sententiam tractare mihi proposui preces Graecorum, quorum cultus atque ritus quantum et in rebus publicis et privatis valuerint nemo nescit, quantumque nostris quoque in rebus sacris adhuc vigeant magis magisque intellegimus.

Multi viri docti de precibus Graecorum disputaverunt multaque collegerunt multasque adnotaverunt rationes, quae in precatione respiciendae sunt. Imprimis *Naegelsbach: Homerische Theologie* 1840 de Homericis precibus optime disseruit, *Autenrieth* tertia curata editione 1884 cf. p. 197 sqq. nonnulla notabilia in notis attulit. Idemque *Naegelsbach: Nachhomerische Theologie* 1857 de insequenti aetate multa explicavit atque testimoniis illustravit; itemque *E. v. Lasaulx: Die Gebete der Griechen und Römer*, *ind. lect. Wirceb.* 1842 paucis paginis magnam copiam testimoniorum inter se respondentium congessit multasque rationes gravissimas perstrinxit. Praeterea adhibui *C. Fr. Hermann*: *Lehrbuch der griech. Staatsaltertümer*, tom. II *Die gottesdienstlichen Altertümer der Griechen.* 1846 § 21; *Schoemann: Griech. Altertümer* tom. II⁴. 1902. p. 262 sqq. *Stengel*: *Griech. Cultusaltertümer (Handbuch* V, 2²) 1898 p. 71 sqq., ubi summatim multa referuntur exemplisque, quae quidem in promptu sint, explicantur. Planius *L. Schmidt: Die Ethik der alten Griechen.* 1884. tom. I. p. 85 sqq. et II p. 31 sqq. de Graecorum precibus disputat atque eximia affert et de tempore inde a quinto saeculo, cuius ad explicationes saepius recurram. Attamen haud supervacaneum putavi denuo res illas sacras perquirere ita, ut ea, quae viri illi docti passim dispersa et alia ratione collecta atque paucis tantum exemplis illustrata adnotaverunt, uno tenore per nonnulla saecula persequar atque eo consilio illustrem, ut et ex precandi usu eluceat, quo modo paulatim notiones atque sententiae Graecorum ex rudimentis rationum, ut ita dicam, naturalium ad honestiores illas sententias saeculi quinti, quarti seqq. pervenerint. Sed neque omnia Graecorum scripta pervestigare

neque omnia congerere potui; itaque eas potissimum preces, quibus natura ac religio cuiusque aetatis praecipue illustratur, privatas dico, perquirere conatus sum, quae quidem immissae sint dialogis poetarum tragicorum et comicorum. Atque ut exponam rudimenta opinionum plerumque formulis sollemnibus servata, magicas preces adhibui quasi fundamentum, deinde Homericae aetatis preces collegi et quae inveniuntur in Pindari, Bacchylidis aliorumque carminibus insertae preces — hymnis exceptis. Tragicos comicosque poetas perscrutatus sum omniaque exempla eximiarum precum congessi, atque ex historicorum scriptis illius aetatis nonnulla conquisivi. Atque ut explanem, quas ad maiores et honestiores sententias, inde a quinto saeculo vigentes et sensim in preces irrepentes, Graeci petentes pervenerint, utque persequar summas opiniones gravissimasque usque ad preces christianas, rationes et doctrinas philosophorum imprimis Socraticae aetatis, Xenophontis Platonis, adieci et quae mihi exempla ex Stoicorum doctrina occurrebant, adhibui.

Sed priusquam ad precationem ipsam transgrediamur, nonnulla exponenda sunt de generibus precationum, de occasione atque tempore precandi, de diis imprimis advocatis, de usu rituque precandi. Quamquam de his potissimum rebus ab iis, qui de Graecorum precibus generaliter disseruerunt, fusius actum est, tamen exemplis a me collectis praefationis atque expositionis causa denuo illas rationes colligere, demonstrare, emendare, augere studui, ut ea, quae de precibus ipsis exponam, eo clarius intellegi possint. Iam vero primum quidem pauca praemittamus de precationum generibus. Discernuntur primo obtutu preces, quae cum actione quadam sacra coniunctae, cum sacrificiis, libationibus cet., pronuntiantur, ferme publicae, coram coetu quodam ab uno dictae; aliud genus est privatarum, quae temporis momento postulantur quaeque sine ulla actione, quocumque sunt loco, ad deos mittuntur. Sed cum haud semper accurate diversae illae rationes distingui possint, primum sequantur exempla precum, ut ita dicam, ritualium, deinde earum, quae sine actione sacra effunduntur:

Il. I 451: Chryses verba facit in sacrificio Apollini oblato. II 412: Agamemnon Iovi bovem sacrificans precatur. III 276: in iure iurando sacrificatur atque dei ab Agamemnone implorantur. VI 305: Theano Athenae vestimentum dedicans preces effundit. XVI 233: Achilles Patroclo in pugnae discrimen misso Iovem imprecatur: v. 231 cτὰc μέcῳ ἕρκεϊ, λεῖβε δὲ οἶνον οὐρανὸν εἰcανιδών; cf. alia similia: XIX 258. XXIV 308; Odyss. III 55. IV 762; Aeschyl. Choeph. (165) 125, ubi Electra patri mortuo libationem offert. v. 479 orationem illam ab Oreste et Electra in patris tumulo pronuntiatam (cf. Eurip. El. 671, Orest. 1225). Pertinent ad has preces, ut ita dicam, rituales verba ab Oreste in templo Athenae facta: Aeschyl. Eum. 235 sqq. et 287; praeterea conferantur preces apud Sophoclem laudatae: El. 634. In Euripidis fabulis egregia sunt exempla: Hec. 534.

Iph. Aul. 1570, de quibus infra p. 529 copiosius dicam; cf. Hel. 1584. El. 805.[1]) In Aristophanis fabulis huic generi tribuendae videntur preces, quas Dicaeopolis Ach. 247 ad Dionysium ante pompam sacram ineundam dirigit; cf. alias sollemnes precationes: nub. 264. vesp. 868. 875. pac. 974. Thesm. 282. v. Herond. mim. IV 1 sqq.

His exemplis genus illud precationum usitatissimarum sacrificantium satis illustretur, quae preces rituales plerumque coram populo circumstante velut exercitu (cf. exempla ex Iliade allata) coetu sollemni convocato (v. exempla ex Aristophanis comoediis congesta) pronuntiantur atque eae ab uno et qui dignitate et auctoritate antecedit — rex exercitui — sacerdos coetui — et qui sive cum eo, cui sacrificium datur — liberi cum patre mortuo — sive cum ea, quae immolatur (v. Achilles cum sponsa Iph. Aul. l. l.) vinculo quodam coniunctus est. Attamen non semper pro multis preces illae rituales ab uno proferuntur — v. Il. XVI 233 Aeschyl. Choeph. (165) 124. Eurip. El. 805 al. Quibus ab exemplis profecti ad id genus precandi et precantium pervenimus, quo pro se quisque deos adorat plerumque sine ulla sacrali actione, prout temporis momentum postulat, quodque genus praecipue in Homericis carminibus passim invenitur. Ac primum quidem homines omnibus rerum angustiis ad preces impelluntur, quibus iis ob oculos adducitur, quanta ipsi sint infirmitate et quam incerti sint rerum eventus deorum gratia auxiliove, quacumque sit ratione, non conciliatis paratisque[2]) — velut ante pugnam, in certaminis discrimine, ante mortem, post reditum, ante alium quendam conatum: oratores orationes publicas incipientes cf. Lycurg. Leocrat. 1. 2: δίκαιον, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ εὐϲεβῆ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ὑπὲρ τῶν θεῶν τὴν ἀρχὴν τῆϲ κατηγορίαϲ Λεωκράτουϲ τοῦ κρινομένου ποιήϲομαι, εὔχομαι γὰρ τῇ Ἀθηνᾷ καὶ τοῖϲ ἄλλοιϲ θεοῖϲ καὶ τοῖϲ ἥρωϲι τοῖϲ κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἱδρυμένοιϲ . . . Demosthen. de cor. 1. πρῶτον μὲν . . . τοῖϲ θεοῖϲ εὔχομαι πᾶϲι καὶ πάϲαιϲ . . . et talia; cf. de Pericle Plutarch. Moral. 803 A; saepius in dialogis Platonicis gravis quaestio initur deorum invocatione: Plat. rep. 4, 432 C Euthyd. 275 D Krit. 108 C. Tim. 48 D. E. legg. 10, 887 C. 893 B.

Atque per saecula paulatim maiore existimatione omnium rerum divinarum per se praevalente certae normae statutae inveniuntur,

---

1) Accedunt apud eundem poetam preces, quas Helena Hermionae mandat solvendas in tumulo Clytaemnestrae: Orest. 115 μελίκρατ' ἄφεϲ γάλακτοϲ οἰνωπόν τ' ἄχνην, καὶ ϲτᾶϲ' ἐπ' ἄκρου χώματοϲ, λέξον τάδε κ. τ. λ. et Iphigeniae verba Iph. Taur. 170 anapaestis lugubribus, qui vocantur, expressa et carmen illud Hippolyti, quo Artemidi coronam dedicat: Hipp. 75 sqq.

2) Sed ne actam rem agam, conferas singulis illis rationibus exemplisque ab aliis congestis: *Naegelsbach, H. Th.*[3] p. 198. *N. H. Th.* p. 212 sqq. 216 sqq. *Schmidt,* l. l. II, p. 31. *Lasaulx,* l. l. p. 9. *Hermann,* l. l. § 21 not. 3 sqq. *Schoemann,* l. l. p. 262. *Stengel,* l. l. p. 73 not. 1—3.

quando quibusque locis semper dei invocandi sint, neque solum temporis momento coacti homines deos precibus adibant. Itaque simulacra, aras, templa cet. deorum praetereuntes ad precandum commoventur non solum ita, ut precaturi illo aspectu impellantur, ut ad certum quendam deum, cuius sacrum in conspectu est, preces dirigant, sed etiam ita, ut quasi lex statuatur, ne quis deorum statuas praetereat nisi precibus effusis: v. Eurip. Hipp. 88 ἄναξ, θεοὺς γὰρ δεσπότας καλεῖν χρεών, ἆρ' ἄν τί μου δέξαιο βουλεύσαντος εὖ; v. 107 τιμαῖσιν, ὦ παῖ, δαιμόνων χρῆσθαι χρεών. Attamen Hippolytus Veneris statuam neglegit, quamquam serva eum admonuit, ut precaretur sicut ipsa v. 522 sqq. et senex v. 107 sqq. fecerunt praetereuntes. Similem in modum in universum postulatur, ut abeuntes atque redeuntes deos adorent: cf. Sophocl. Ai. 823. Electr. 67. Euripid. Heracl. 599, ubi Herculem adhortatur Amphitruo: προσελθὼν νῦν πρόσειπέ θ' ἑστίαν καὶ δὸς πατρῴοις δώμασιν σὸν ὄμμ' ἰδεῖν. — Atque brevi post a Xenophonte et Platone diserte in universum praecipiebatur, ne quid ageretur nisi deis advocatis: cf. speciminis gratia: Xenoph. Oecon. 6, 1 Ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν κελεύων πειρᾶσθαι σὺν θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου, ὡς τῶν θεῶν κυρίων ὄντων οὐδὲν ἧττον τῶν εἰρηνικῶν ἢ τῶν πολεμικῶν ἔργων. Plat. Tim. 27 C ἐπὶ παντὸς ὁρμῇ καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος θεὸν ἀεί που καλοῦσιν, saepius. Frequentatur illa elocutio σὺν θεοῖς, cuius genuinam vim plane perspicias ex versu Iliaco X 290, ubi de patris rebus Athenae auxilio bene gestis Diomedes dicit: σύν σοι, δῖα θεάων, ὅτε οἱ πρόφρασσα παρέστης. cf. Aeschyl. Ag. 912 τὰ δ' ἄλλα φροντὶς οὐχ ὕπνῳ νικωμένη θήσει δικαίως σὺν θεοῖσιν ἄρμενα. 961 οἴκοις δ' ὑπάρχει τῶνδε σὺν θεοῖς, ἄναξ, ἔχειν. Choeph. 147 ἡμῖν δὲ πομπὸς ἴσθι τῶν ἐσθλῶν ἄνω, σὺν θεοῖσι καὶ γῇ καὶ δίκῃ νικηφόρῳ. Soph. Ai. 383 ξύν τοι θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται. 764 τέκνον, δόρει βούλου κρατεῖν μέν, σὺν θεῷ δ' ἀεὶ κρατεῖν. 778 ἀλλ' εἴπερ ἔστι τῇδε θἠμέρᾳ τάχ' ἂν γενοίμεθ' αὐτοῦ σὺν θεῷ σωτήριοι. O. R. 145 ἢ γὰρ εὐτυχεῖς σὺν τῷ θεῷ φανούμεθ' ἢ πεπτωκότες. Eurip. frg. 352 N² ὡς σὺν θεοῖσι τοὺς σοφοὺς κινεῖν δόρυ στρατηλάτας χρή, τῶν θεῶν δὲ μὴ βίᾳ. frg. 490 σύν τοι θεῷ χρὴ τοὺς σοφοὺς ἀναστρέφειν βουλεύματ' ἀεὶ πρὸς τὸ χρησιμώτερον. Aristoph. ran. 1199 ἀλλὰ σὺν τοῖσιν θεοῖς ἀπο ληκυθίου σου τοὺς προλόγους διαφθερῶ. vesp. 1085 ἀλλ' ὅμως ἐωσάμεσθα ξὺν θεοῖς, πρὸς ἑσπέραν. Cf. Thucyd. I 86, 5 ξὺν τοῖς θεοῖς ἐπίωμεν πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας. Xenoph. Oec. VI 1 v. l. 18. Hipparch. IX 8 σὺν θεῷ πράττειν (opponitur ἄνευ θεῶν v. Epictet. l. c. p. 509 et Trag. frag. adesp. 477 N² ἄνευ θεοῦ γὰρ οὐδὲ εἷς ἀνὴρ σθένει); vectig. VI 3 σὺν γὰρ θεῷ. inst. Cyr. XII 5, 77 θεοὺς χρὴ σὺν ἡμῖν ἔσεσθαι. (cf. quae *Schmidt* et alii ll. ll. afferunt.) Eadem sententia praevaluit inde ab illa aetate apud philosophos deorum cultum laudantes, ut Epictetum:

v. diss. 3, 21, 12 sqq.: ἀλλ' ἀπὸ λιμένος μὲν οὐδεὶς ἀνάγεται μὴ θύσας τοῖς θεοῖς καὶ παρακαλέσας αὐτοὺς βοηθοὺς οὐδὲ σπείρουσιν ἄλλως οἱ ἄνθρωποι, εἰ μὴ τὴν Δήμητραν ἐπικαλεσάμενοι τηλικούτου δ' ἔργου ἀψάμενός τις ἄνευ θεῶν ἀσφαλῶς ἄψεται καὶ οἱ τούτῳ προσιόντες εὐτυχῶς προσελεύσονται: v. Antonin. ε. ε. VI 23 ἐφ' ἅπασι δὲ θεοὺς ἐπικαλοῦ. καὶ μὴ διαφέρου πρὸς τὸ πόσῳ χρόνῳ ταῦτα πράξεις· ἀρκοῦσι γὰρ καὶ τρεῖς ὧραι τοιαῦται.

Hoc exemplo laudato progressi sumus ad tempora diei precationi idonea, quae praecipue commemorantur in numero precandi praeceptorum; cf. Plat. legg. X 887 E θεοῖς εὐχαῖς προσδιαλεγομένους καὶ ἱκετείαις, ἀνὰ *ἀνατέλλοντός τε ἡλίου καὶ σελήνης καὶ πρὸς δυσμὰς ἰόντων* προκυλίσεις ἅμα καὶ προσκυνήσεις ἀκούοντές τε καὶ ὁρῶντες . . .

Ad id spectant etiam praecepta Hesiodi[1]) op. 338 ἄλλοτε δὲ σπονδῇσι θύεσσι τε ἱλάσκεσθαι, ἠμὲν ὅτ' εὐνάζῃ καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ· cf. de Socrate: Plato Symp. 220 ὁ δὲ εἱστήκει μέχρι ἕως ἐγένετο καὶ ἥλιος ἀνέσχεν. ἔπειτ' ᾤχετ' ἀπιὼν προσευξάμενος τῷ ἡλίῳ.[2])

Sacro illo et magico tempore diei Pindarus quoque Pelopem precem illam praeclarissimam effundentem facit: Ol. I 73 *ἐν ὀρφνᾷ*.[3]) Xenoph. rep. Laced. XIII 2. 3 de Lycurgi temporibus observat: Θύει (ὁ βασιλεύς) μὲν γὰρ πρῶτον οἴκοι ὢν Διὶ ἀγήτορι . . . αὖ θύεται Διὶ καὶ Ἀθηνᾷ. ὅταν δὲ ἀμφοῖν τούτοιν τοῖν θεοῖν καλλιερηθῇ, τότε διαβαίνει τὰ ὅρια τῆς χώρας . . . ἀεὶ δέ, ὅταν θύηται, ἄρχεται μὲν τούτου τοῦ ἔργου *ἔτι κνεφαῖος*, προλαμβάνειν βουλόμενος τὴν τοῦ θεοῦ εὔνοιαν.[4])

Exempla precationum collectarum perlustranti atque disponenti mirum videtur, quam *paucae* inveniantur *gratulationes*. Quod genus precationum et spectat ad maiorem opinionem consuetudinis inter deos et homines initae et plerumque hymnis et carminibus choriacis explicatur, ut *Naegelsbach* recte *N. H. Th.* p. 214 affert. — Apud Homerum vestigia quaedam, ut ita dicam, exstant: cf. Odyss. XIII 356, ubi Odysseus post reditum nymphas ita precibus adit: 'νύμφαι νηιάδες, κοῦραι Διός, οὔ ποτ' ἐγώ γε ὄψεσθ' ὔμμ' ἐφάμην·

---

1) cf. *Schmidt*, l. l. II p. 31 et al.

2) De Persarum more cf. Herodot. VII 54 ὡς δὲ ἐπανέτελλε ὁ ἥλιος σπένδων ἐκ χρυσέης φιάλης Ξέρξης ἐς τὴν θάλασσαν εὔχετο πρὸς τὸν ἥλιον μηδεμίαν οἱ συντυχίην τοιαύτην γενέσθαι, . . cf. Tac. hist. 3, 24, ubi milites Romani, qui e Syria venerant, secundum eundem morem solem adorant: *orientem solem (uti in Syria mos est) salutavere.*

3) cf. *Usener, G. N.* p. 336 not. 9.

4) cf. *Usener, G. N.* p. 185 not. 24. 187 not. 25. — Wellhausen: *Reste arab. Heidentums.* edit. alt. p. 115: „sie opfern dem Morgenstern das Beste der Beute", sagt Nilus, „. . . am liebsten schöne Knaben, auf zusammengetragenen Steinen, zur Zeit der Morgendämmerung." cf. *Dieterich: Abraxas* p. 159: „Beschwörung am frühen Morgen . . . bei Sonnenaufgang" . . .

νῦν δ' εὐχωλῆς ἀγανῆςιν χαίρετ'. sequuntur denuo vota et preces.[1])

Inde ab Euripidis aetate saepius laudantur gratiae deis oblatae; precibus illis a redeuntibus effusis (cf. p. 508) sensu quodam gratiae aguntur: v. Heracl. 606 δράςω τάδ' εὖ γὰρ εἶπας... χρόνῳ δ' ἀνελθὼν ... οὐκ ἀτιμάςω θεοὺς προςειπεῖν πρῶτα τοὺς κατὰ ςτέγας. Heraclid. 869, ubi Alcmene exclamat: ὦ Ζεῦ χρόνῳ μὲν τἄμ' ἐπεςκέψω κακά, χάριν δ' ὅμως ςοι τῶν πεπραγμένων ἔχω; cf. Elect. 563. 771. Hipp. 1169.[2])

Apud Xenophontem multa exempla praestant, quibus gratias agere iubentur homines, cf. inst. Cyr. IV 1, 2 πρῶτον μὲν τοὺς θεοὺς ἐγώ τ' ἐπαινῶ[3]) ὅςον δύναμαι, καὶ ὑμεῖς δὲ πάντες, οἶμαι· νίκης τε γὰρ τετυχήκαμεν καὶ ςωτηρίας τούτων μὲν οὖν χρὴ χαριςτήρια, ὧν ἂν ἀεὶ ἔχωμεν, τοῖς θεοῖς ἀποτελεῖν. v. VII 5, 32. Ages. XI 2. cf. Herodot. IV 136 θεοῖςί τε καὶ Σκύθῃςι εἰδότες χάριν. Plutarch. Mor. 349 F. et *Naegelsbach, N. H. Th.* p. 214. *Schmidt,* l. l. II p. 38 sqq. Apud oratores item talia inveniuntur, ut *Meuss, Fleckeis. Jahrb.* 139 (1899) p. 464. 65 adnotat: Demosth. I 10. XV 2. prooim. 24. Dein. III 11 (Demosth. XVIII 238 mente quidem, 86, 216 actione). Herond. mim. IV 1 sqq.

In eligendo deum, qui singulis occasionibus invocetur, varia sunt respicienda; primum quidem multum interest, id quod per se intellegitur, cuius ad provinciam pertineant petita:

Ad Apollinem verba faciunt Graeci pestem deprecantes Il. I 351 (cf. I 37 v. p. 515) Odysseus in mari iactatus deum maris invocat. Odyss. V 445. Penelope mortem ab Artemide petit. XX 61 Iupiter, ut signum det, rogatur XX 98. 112; Aeschyl. Sept. 69 Eteocles Iovem et deos urbis cet. imprecatur, ut urbem servent. Choeph. init. (cf. 165. 124 sqq. 479) inferi dei implorantur ulciscendi causa, cf. Eumen. 94. Sophocl. Ai. 831 sqq. Electr. 118. Euripid. Alc. 163 Hestia, ut liberos tueatur. Helen. 1584 Poseidon et Nereides, ut mare prosperum reddant. cf. Iph. Taur. 269 saepius. Itaque planius explicatur, quem ad deum dirigantur, cuiusque in

---

1) De testimoniis Homericis cf. *Naegelsbach, H. Th.*[3] p. 198. *Hermann,* l. l. § 24 not. 4 (p. 107). *Stengel,* l. l. p. 72 not. 33.

2) His locis addam aliud testimonium: Hel. 1447 κέκληςθέ μοι, θεοί, πολλὰ χρηςτ' ἐμοῦ κλύειν καὶ λυπρὰ ... librorum lectionibus contra Kirchhoffii, Nauckii, Weckleinii sententias retentis atque hunc in modum explicatis: iam saepe, dei, a me invocati estis, ut et iucunda et tristia audiatis; cum χρηςτά vim „utilia" neque ex sententiarum connexu neque ex insequenti voce ἐμοῦ habere possit, et vim per se habere liceat „iucunda", cf. Medea 601 ubi χρηςτὰ et λυπρὰ hac vi opponuntur, concludendum mihi videtur imprecantes gratias egisse deis ita, ut iucunda audirent.

3) De voce ἔπαινος cf. *Schoemann,* l. c. p. 262 not. 2 εὐχαὶ a Platone legg. VII 801 explicantur: παρὰ θεῶν αἰτήςεις, 415 B εὐχή, αἴτηςις ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἢ δοκούντων περὶ θεῶν. cf. Euthyphr. 14 B Xenoph. conviv. 2, 1 ὡς δ' ἀφῃρέθηςαν αἱ τράπεζαι καὶ ἐςπείςαντο καὶ ἐπαιάνιςαν.

rei angustiis. v. Xenoph. Cyneg. VI 13 εὐξαμένῳ τῷ Ἀπόλλωνι καὶ τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Ἀγροτέρᾳ ... Arrian. Cyneg. 34.[1])

Praeterea ratio habenda est, quonam cum deo precantes vinculo quodam[2]) coniuncti sint:

velut Odysseus eiusque gens saepe Athenae supplicat: cf. Il. X 278. 460. XXIII 770. Odyss. II 260. IV 762. VI 323. Euripid. Rhes. 608. Cycl. 350; vel filius deum patrem advocat.: Achilles matrem Il. I 352. Cyclops Poseidonem Odyss. IX 528. Theseus eundem deum. Eurip. Hipp. 887. 1169; cf. Pind. Olymp. VI 58 de Iamo: ἐκάλεσσε Ποσειδᾶν' εὐρυβίαν, ὃν *πρόγονον*, καὶ τοξοφόρον Δάλου θεοδμάτας σκοπόν ... Isth. V 41 Heracles Iovem patrem pro Telamone orat. Bacchyl. XVI 53 verba Minos facit ad Iovem: Ζεῦ *πάτερ*, ἄκουσον. εἴπερ μ[ε κούρ]α Φοίνισσα λευκώλενος σοὶ τέκε. Huc spectant preces a sacerdote ad deum, cui servit, effusae: cf. Il. I 37 Chryses ad Apollinem. VI 305 Theano ad Athenam. Eurip. Iph. Taur. 1082. 1398 Iphigenia ad Artemidem. Eundem fere in modum diiudicandum est, quod Glaucus ad Apollinem preces mittit, quasi patrium; venerat enim Glaucus e Lycia, terra illa vera lucis, ubi Apollo imprimis colebatur. cf. *Usener, G.N.* p. 190 sqq. Ita saepius leguntur exempla, quibus illustratur singulos viros cum deo quodam artissime coniunctos esse: cf. Aeschyl. Sept. 448. de Polyphontis et Eurip. Hipp. de Hippolyti amicitia cum Diana inita. Atque Diomedem eiusque maiores cum Pallade arte cohaerere eodem quo Odysseus vinculo privato ex Iliados versibus: V 115. X 284 elucet. Huc quadrant praeterea preces Aeschyli mysteriis initiati ad Cererem datae: Aristoph. ran. 886 et v. 892 Euripidis verba: αἰθὴρ *ἐμὸν βόσκημα*; iudicum ad Lycum heroem cf. vesp. 389 c. schol. et ad *Δία βούλαιον* et Ἀθηνᾶν βουλαίαν cf. Antiph. π. τ. Χορευτ. 45.

Praeterea addam causam haud ita parvi momenti a *Naegelsbacho* et aliis laudatam exemplisque exstructam: sacrum quoddam, quod non multum abest, persaepe ad eligendum deum impellit:

Odysseus invocat nymphas; Odyss. XIII 356 Aegisthus easdem deas Eurip. El. 805. cf. Soph. El. 635. 1376. Eurip. Suppl. init. Hipp. 116. 522 v. p. 508. Eadem de causa Phoen. 1365 ad Heram, βλέψας πρὸς Ἄργος, 1373 ad Athenam (cf. schol.) preces diriguntur. Idem valent verba Herodot. VII 191. VIII 64. Socratis preces ad Panem: Plat. Phaedr. 279 B. C.[3]) Neque omittam aliam rationem apud Graecos vigentem; utebantur saepius, cum dubitabant quem

---

1) Fusius de illa parte, quis deus imploretur, imprimis *Schmidt*, l. c. II p. 84 sqq. disputat; de exemplis Homericis conferas *Naegelsbach*, l. l. p. 216 sqq. de Euripideis: *Fr. Lübker: Zur Theologie und Ethik des Euripides* (Prg. Parchim 1863) p. 12. 13.

2) cf. *Naegelsbach*, l. l. p. 217.

3) cf. Phileb. 65 B v. p. 515.

ad deum preces dirigerent, oraculis: cf. Herodot. VII 178. 189. Xenoph. Anab. III 1. 6.[1])

Ex normis illis in eligendo deo generaliter statutis satis dilucide apparet, quam multi ac diversi dei in auxilium vocentur. Attamen nonnulla animadverti possunt, qui potissimum dei a singulis scriptoribus singulis temporibus invocati sint. Si preces carminum Homericae aetatis perlustramus, tria illa numina, Iovem Athenam Apollinem, praecipue advocari videmus:

Ζεύς: Il. II 412. III 298. 320. 350. 365. VII 179. 202. VIII 236. XV 372. XVI 233. XVII 645. XIX 270. XXI 273. XXIV 308. Odyss.: VII 331. XX 97. 112.[2]) Ἀθήνη: Il. V 115. VI 304. X 278. 283. 460. XXIII 769. Odyss. II 261. III 380. IV 762. VI 323. Ἀπόλλων: Il. I 37. 451. XVI 513. Qui tres dei in trinitatem, ut ita dicam, coniuncti in formula illa, ut suspicari, licet antiquissima, qua ea, quae optantur, nullo modo fieri posse significatur, apud Homerum usitatissimi sunt: αἲ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον cf. Il. II 371. IV 288. VII 132 saepius[3]), quam formulam *L. Schmidt*, l. l. II 35 legitimum initium sollemnis praecationis fuisse existimat.[4]) Eandem trinitatem quasi legitimam laudat Plat. Euthyd. 302 C. D.: εἶτα τοῖς ἄλλοις, ἔφη, Ἀθηναίοις οὐκ ἔστι Ζεὺς ὁ πατρῷος; οὐκ ἔστιν, ἦ δ' ἐγώ, αὕτη ἡ ἐπωνυμία Ἰώνων οὐδενί, οὐθ' ὅσοι ἐκ τῆσδε τῆς πόλεως ἀπῳκισμένοι εἰσὶν οὐθ' ἡμῖν, ἀλλ' Ἀπόλλων πατρῷος διὰ τὴν τοῦ Ἴωνος γένεσιν· Ζεὺς δ' ἡμῖν πατρῷος μὲν οὐ καλεῖται, ἕρκειος δὲ καὶ φράτριος, καὶ Ἀθηναίη φρατρία ἀλλ' ἀρκεῖ γε, ἔφη ὁ Διονυσόδωρος: ἔστι γάρ σοι, ὡς ἔοικεν, Ἀπόλλων τε καὶ Ζεὺς καὶ Ἀθηνᾶ. πάνυ ἦν δ' ἐγώ. οὔκουν καὶ οὗτοι σοὶ θεοὶ ἂν εἶεν; ἔφη. Atque apud Demosthenem XXI 198 illa trinitas quasi formula legitima legitur: νὴ τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Ἀθηνᾶν. Maximus Tyrius in fine capitis undecimi, quo de sententia εἰ δεῖ εὔχεσθαι disputatur,

---

1) cf. *Schmidt,* l. l. II, p. 37. 38.

2) Memoratu dignum videtur, quod plurimae preces et publicae et privatae ad Iovem directae a regibus exclamantur. In brevibus invocationibus per dialogos dispersis, quae quidem non sint exclamationes stupentium vel admirantium, quibus in exclamationibus Apollo appellatur, ut *Wilamowitz, Heracl.*[2] ad vss. 538 et 821 ad ὦ Φοῖβε adnotat, certae quaedam leges constitutae sunt. Apud Aristophanem tales formulae affirmationis vel admirationis ex sermone cotidiano, ut videtur, desumptae passim laudantur atque scholia normas illas deorum advocandorum accuratius explicant. cf. *Ziebarth, de iure iurando in iure Graeco. Diss. Gotting. 1892* p. 6 sqq., ubi omnes fere loci ad hanc rem pertinentes collecti inveniuntur.

3) cf. *Naegelsbach, H. Th.* p. 108 § 81.

4) In eandem fere sententiam iudicant: *Lasaulx, l. l.* p. 5 not. 13. *Naegelsbach,* l. l. p. 108. *Stengel,* l. l. p. 72 not. 6.

precatur hunc in modum: ὦ Ζεῦ καὶ Ἀθηνᾶ καὶ Ἄπολλον, ἐθῶν ἀνθρώπων ἐπίσκοποι ...[1])

E numero aliorum deorum advocatorum, quos omnes singulos enarrare supervacaneum videtur, et Poseidonem Odyss. III 55. IX 528, Artemidem: Odyss. XX 60 nymphas: Odyss. XIII 355. XVII 240 et rituales illas formulas commemorem, quibus deis advocatis ad longe aliam quandam et genuinam et vulgarem seriem deorum et quasi a ceteris rationibus carminum Homericae aetatis alienam descendimus. Il. III 276 sqq. Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων, κύδιστε μέγιστε, ἠέλιος δ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ ἐπακούεις καὶ ποταμοὶ καὶ γαῖα καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας ἀνθρώπους τίνυσθον ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσῃ. et XIX 258 ἴστω νῦν Ζεὺς πρῶτα, θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος, Γῆ τε καὶ Ἠέλιος καὶ Ἐρινύες, αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνυνται, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσῃ.[2])

Longe aliter res se habet posteriore aetate, apud poetas, tragicos et comicos quos quidem praecipue adhibeam: permulti dei atque deae invocantur, singuli et coniuncti, sicut argumentis singularum fabularum postulatur. Quo fit, ut apud Aeschylum et Sophoclem plerumque dei inferi et patrii, mortui advocentur:

Sept. 69 ὦ Ζεῦ τε καὶ Γῆ καὶ πολισσοῦχοι θεοί, Ἀρά τ' Ἐρινὺς πατρὸς ἡ μεγασθενής. Choeph. 1 Ἑρμῆ χθόνιε. v. 124. 139 καὶ σὺ κλῦθί μου, πάτερ. v. 479. Eum. 115 ὦ κατὰ χθονὸς θεαί. Soph. Ai. 831 Ζεῦ ... πομπαῖον Ἑρμῆν ... ταχεῖαι ποίνιμοί τ' Ἐρινύες ... Ἥλιε ... Θάνατε, Θάνατε ... El. 67 ὦ πατρῴα γῆ θεοί τ' ἐγχώριοι. 110 ὦ δῶμα Ἀίδου καὶ Περσεφόνης, ὦ χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρὰ σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες. v. O. C. 84.

In Euripidis et Aristophanis fabulis item multi ac varii dei et deae invocantur et maxima et inferiora numina, quae enumerare longum est, quaeque nullo modo certa quadam ratione comprehendi possunt.[3])

Iam vero satis superque mihi dictum videtur in universum de generibus precationum, de occasione precandi, de diis potissimum

---

1) Fortasse hic afferre licet haec: Aeschyl. Eum. 756 καί τις Ἑλλήνων ἐρεῖ, "Ἀργεῖος ἀνὴρ αὖθις ἔν τε χρήμασιν οἰκεῖ πατρῴοις, Παλλάδος καὶ Λοξίου ἕκατι καὶ τοῦ πάντα κραίνοντος τρίτου σωτῆρος, ὃς πατρῷον αἰδεσθεὶς μόρον σῴζει με μητρὸς τούσδε συνδίκους ὁρῶν". et Iulian. orat. VII (2) 32 C καὶ ὁ νεανίσκος, Ἀλλ' ὦ μέγιστε, εἶπεν, Ἥλιε καὶ Ἀθηνᾶ, σέ τε καὶ αὐτὸν ἐπιμαρτύρομαι τὸν Δία χρῆσθέ μοι πρὸς ὅ με βούλεσθε.

2) Similiter dei coniunguntur: Aesch. Prometh. 88 sqq. cf. *Meuss*, l. l. p. 474. 75. *Ziebarth*, l. l. p. 22 sqq. *Hirzel*, *Der Eid* 127. *Papyr. Oxyrh.* I 48 et 49.

3) Neque, ut ad finem praefationis perveniam, planius de formulis illis, θεῶν τις, θεοὶ πάντες καὶ πᾶσαι neque de similibus sententiis seriem deorum advocandorum continentibus, ut θεοὶ κοινοί Herodot IX 90 saepius, disserere mihi proposui. De oratoribus cf. *Meuss*, l. l. p. 460 et appendic. p. 574. 75 et *Kuehnlein, de vi et usu precandi et iurandi formulis apud decem oratores Atticos. Prg. Neustadt a. d. H.* 1882 p. 9. 24. 25. 42. 43.

imploratis; neque copiosius de aliis[1]) rebus ad expositionem pertinentibus explanem nisi de more quodam non satis diserte explanato ab iis, qui de precandi usu disputaverunt: Saepius commemorantur petentes clara voce preces effudisse: cf. Il. I 450 Χρύσης *μεγάλ'* εὔχετο *v.* III 275. VIII 347 μεγάλ' εὐχετόωντο ἕκαστος, v. XV, 369 et Schol. Bekk. ad. I 450 . . . ὅτε κατηρᾶτο, ἡσυχῇ ηὔχετο. Schol. ad I 35 ἀπάνευθε κιών: ἵνα μὴ ἀκούσωσιν οἱ πολέμιοι cet. Odyss. V 444 c. schol. cf. La Rochei editionem ad III 275; cf. verba Aiantis Il. VII 193 ἀλλ' ἄγετ' ὄφρ' ἂν ἐγὼ πολεμήια τεύχεα δύω, τόφρ' ὑμεῖς εὔχεσθε Διὶ Κρονίωνι ἄνακτι σιγῇ ἐφ' ὑμείων, ἵνα μὴ Τρῶές γε πύθωνται . . . quo ex loco minime concludi posse mihi videtur in universum σιγῇ implorari deos, ut *Schoemann,* l. l. p. 265 putat, sed e contrario, etsi me non fugit Il. I 450. III 275 unum pro multis advocata contione verba facere atque ita facilius morem illum clara voce precandi intellegi posse.[2]) Apud Diogenem Laertium IV 171 p. 416 D scriptum legimus praeceptum Pythagoricorum μετὰ φωνῆς εὔχεσθαι, qui locus ita explanatur: ὅτι δικαίας ἐβούλοντο εἶναι εὐχὰς ἃς οὐκ ἄν τις αἰδεσθείη ποιεῖσθαι πολλῶν συνειδότων.[3]) *Stengel* l. l. p. 72 morem illum cognosci posse ex humana ratione atque existimatione deorum putat, idemque fere exstimat *Hermann* l. l. § 21 not. 17. 18. Sed summi momenti mihi esse videtur, quod *Lasaulx* l. l. p. 5 not. 8 vim verborum εὐχή, εὔχεσθαι: *clara voce pronuntiare* explicans perstringit: *„lautes feierliches Sprechen, nach der Ansicht der Alten, dafs im Worte die stärkste Magie liege."* Immo vero haec genuina vis praecepti clara voce precandi papyris magicis illustratur: cf. *Dieterich,* papyr. mus. Lugd. Bat. πάσῃ φωνῇ. *Abraxas* p. 3. 4. 16. πάσῃ φωνῇ. v. de vi magica vocis clarae: Heim, *incantamenta graeca et latina* p. 465. *Lehmann-Petersen: Aberglaube u. Zauberei* p. 47. Atque ita denuo ad genuinam vim magicam et in precibus pervulgatam descendimus.

Haec satis multis verbis expositionis causa praefatus ad preces ipsas pervenimus; ac primum pauca explicemus de dispositione, quam ut eo facilius perspicias, afferam nonnulla exempla eximia e numero precationum his in quaestionibus tractatarum. Plerumque sunt divisae preces in tres partes, quarum una comprehendit in-

---

1) De gestibus, de verbis precandi, quorum ex numero praecipue urgeam vocem ἀρᾶσθαι saepe apud Homerum, postea raro usitatam, et verba καλεῖν, ἐπικαλεῖν, προσκαλεῖν, quorum de genuina vi imprimis magica infra p. 519 pauca afferam — cf. *Sittl*, *Gebärden der Griechen und Römer* p. 172 sqq. et viros doctos supra laudatos.

2) cf. praecepta Oedipodi a choro data: l. c. 486 ὥς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας ἐξ εὐμενῶν στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον, αἰτοῦ σύ τ' αὐτός, κ' εἴ τις ἄλλος ἀντὶ σοῦ, ἄπυστα φωνῶν μηδὲ μηκύνων βοήν, ἔπειτ' ἀφέρπειν ἄντροφος.

3) cf. Pers. II 5: *tacita libavit* acerra, Schol. ideo palam non erant, *ne iniqua eorum petitio audiatur.* cf. *O. Jahn,* ad hunc locum in editione commentario instructa.

vocationem, altera semper fere media, si modo ab ceteris partibus accuratius secerni potest, omnia continet, ut generaliter dicam, quae neque ad invocationem neque ad tertiam partem, preces ipsas, pertinent; ut facile tres illas partes cognoscas, hanc precem Homericam, quam infra saepius repetam, conferas: Il. I 37 κλῦθί μοι, ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας Κίλλαν τε Ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις, Σμινθεῦ; pars altera: εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα ταύρων ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ; tertia pars: τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν. Huius partitionis rationem secutus postea agam: primum de invocatione, quae dei nomina epithetis et additamentis aucta omnibus temporibus appellantur: cf. infra 521 cf. Soph. El. 110 ὦ δῶμ' Ἀίδου καὶ Περσεφόνης ὦ χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρὰ σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες, αἳ τοὺς ἀδίκως θνῄσκοντας ὁρᾶθ' αἳ τοὺς εὐνὰς ὑποκλεπτομένους ἔλθετ' ἀρήξατε, τίσασθε πατρὸς φόνον ἡμετέρου, καί μοι τὸν ἐμὸν πέμψατ' ἀδελφόν, μούνη γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ λύπης ἀντίρροπον ἄχθος. Aristoph. vesp. 875 ὦ δέσποτ' ἄναξ γεῖτον Ἀγυιεῦ τοὐμοῦ πρόσθεν προπυλαίου, δέξαι τελετὴν καινήν, ὦναξ, ἣν τῷ πατρὶ καινοτομοῦμεν· παῦσον τ' αὐτοῦ τοῦτο τὸ λίαν στρυφνὸν καὶ πρίνινον ἦθος, ἀντὶ σιραίου μέλιτος μικρὸν τῷ θυμιδίῳ παραμίξας . . .

Deinde de altera parte epica, qua multa ac varia continentur, quae etsi infra copiose demonstrabimus, hoc quoque loco non multis testimoniis diffuse proponamus: cf. p. 525. Odyss. III 380 ἀλλά, ἄνασσ', ἵληθι, δίδωθι δέ μοι κλέος ἐσθλόν, αὐτῷ καὶ παίδεσσι καὶ αἰδοίῃ παρακοίτι, σοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν, εὐρυμέτωπον ἀδμήτην, ἣν οὔ πω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ, τήν τοι ἐγὼ ῥέξω χρυσὸν κέρασιν περιχεύας. cf. Eurip. Hec. 534. Iph. Aul. 1570 p. 529. Hel. 1441 ὦ Ζεῦ, πατήρ τε καὶ σοφὸς κλῄζει θεός, βλέψον πρὸς ἡμᾶς καὶ μετάστησον κακῶν. ἕλκουσι δ' ἡμῖν πρὸς λέπας τὰς συμφορὰς σπουδῇ σύναψαι. κἂν ἄκρᾳ θίγῃς χερί, ἥξομεν ἵν' ἐλθεῖν βουλόμεσθα τῆς τύχης. ἅλις δὲ μόχθων, οὓς ἐμοχθοῦμεν πάρος . . .; postremo de tertia parte, prece ipsa; atque eam quoque nonnullis exemplis explicationis causa ostendam: cf. Aeschyl. Sept. 69 ὦ Ζεῦ τε καὶ Γῆ καὶ πολλισσοῦχοι θεοί, Ἀρά τ' Ἐρινὺς πατρὸς ἡ μεγασθενής, μή μοι πόλιν γε πρέμνοθεν πανώλεθρον ἐκθαμνίσητε δῃάλωτον, Ἑλλάδος φθόγγον χέουσαν, καὶ δόμους ἐφεστίους· ἐλευθέραν δὲ γῆν τε καὶ Κάδμου πόλιν ζυγοῖσι δουλίοισι μήποτε σχεθεῖν· γένεσθε δ' ἀλκή· ξυνὰ δ' ἐλπίζω λέγειν· πόλις γὰρ εὖ πράσσουσα δαίμονας τίει; et Plat. Phaedr. 279 B. C ὦ φίλε Πάν τε καὶ ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί, δοίη τέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν ἔξωθεν δ' ὅσα ἔχω, τοῖς ἐντὸς εἶναί μοι φίλια. Πλούσιον δὲ νομίζοιμι τὸν σοφόν· τὸ δὲ χρυσοῦ πλῆθος εἴη μοι ὅσον μήτε φέρειν μήτε ἄγειν δύναιτ' ἄλλος ἢ ὁ σώφρων.

I.

His exemplis, ut cuiusque partis precationis et cuiusque aetatis proprietates illustrentur atque in contextu proponantur, laudatis, transeamus nunc ad fusiorem explicationem invocationum deorum. primum quidem agemus de formulis invocationi nominis dei ipsius Ac saepius praemissis aut preces ipsas incipientibus. Quae quidem formulae omnibus temporibus usurpatae hanc fere vim praebent:

audiendi, videndi, veniendi:

κλῦθι: Il. I 37. 451. V 115. X 278. XVI 514. XXIII 770. Odyss. II 262. III 55. IV 762. V 445. VI 324. IX 528. κέκλυθι: Il. X 284. κλύε: Soph. El. 1376. κλύετέ μου: Eurip. Phoeniss. 605. ἄκουσον: Odyss. VI 325. Aeschyl. Choeph. 500. ἄκουε: Soph. El. 643. εἰσάκουσον: Eurip. Orest. 1234 saepius. ἴδοι: Aeschyl. Suppl. 206. ἴδοιτο: 210. ἐπίδοι: Suppl. 1. Sept. 485. ἐπιδέτω: Suppl. 145. θεωρὸς . . . γενοῦ: Choeph. 246. βλέψον πρὸς ἡμᾶς: Eurip. Hel. 1442 saepius.[1]) ἐλθέ: Il. XXIII 770 κλῦθι θεὰ ἀγαθή μοι ἐπίρροθος ἐλθὲ ποδοῖιν. ἔλθοι: Aesch. Eum. 297. μολεῖν ἀρωγόν: 289. ἐλθεῖν ἀρωγούς: Soph. O. C. 1012. σωτῆρας... μολεῖν: Phil. 737. v. Eurip. Orest. 1226. ἱκοῦ: 1231. ἔλθετ᾽: Soph. El. 115. ἐλθέ: Eurip. El. 680. cf Hec. 536. Cycl. 602. Heracl. 494. Aristoph. nub. 269. Thesm. 1155 passim. φάνηθι: Eurip. Heracl. 494. Rhes. 370. v. Soph. Ai. 696. Eurip. Bacch. 1017. φάνηθι ταῦρος. Hipp. 528 φανείης.

Quibus exemplis ex ingenti numero invocationum collectis[2]), si consideramus, quae formulae rituales vim maxime genuinam atque minimam deorum existimationem praebeant, primo obtutu elucet formulis audiendi et videndi, quibus deus, ut quasi de caelo animum ad res humanas adhibeat, admonetur, maiorem deorum eorumque naturae opinionem significari quam verbis veniendi.[3]) Atque ut eo clarius edoceamur, quam proprie hae voces veniendi intellectae sint, conferamus preces magicas, quae nobis papyris traditae sunt. His enim formulae antiquissimae, quae omnibus temporibus vigebant, servatae sunt, et vetustissimae opiniones magicae explicantur, quibus deus invocatur, ut intret in precantem atque eo modo petens deus ipse fiat. cf. *Greek Papyri in the Brit. Mus.* ed. *Kenyon* 1893 p. 116 pap. CXXII ad Hermem: [ἐλθ]έ μοι κύριε Ἑρμῆ ὡς τὰ βρέφη εἰς τὰς (τα Pap.) κοιλίας τῶν γυναικῶν, ἐλθέ μοι κύριε Ἑρμῆ σύναγον . . . vs. 14 ἐλθέ μοι . . . vs. 84 cum alia formula magica[4]) ἤδη ἤδη ταχύ ταχύ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἐλθέ.

---

1) cf. *Usener, Götternamen* p. 59 not. 7. *Lübcker: Sophocleische Theologie u. Ethik.* I (1851) p. 18 sqq.

2) De his formulis in hymnis usitatissimis v. *Adami: de poet. scaen. graec. hymn. sacr. imitator.* Jahrb. f. cl. Ph. Suppl. XXVI. p. 221 sqq.

3) cf. formulas invocandi supra allatas ἐπικαλεῖσθαι προσκαλεῖν cet. — quarum ad sententiam interpretandam copiosius revertar infra p. 517 sqq.

4) cf. *Adami,* l. c. p. 220 not. 3.

Cf. praeterea *Dieterich*, Papyr. mag. mus. Lugdun. Bat. (Jahrb. f. class. Philol. Suppl. XVI) p. 803, XVIII 6: εἴcελθε, κύριε καὶ χρημάτιcον ... εἰcελεύcεται θεόc. *Abraxas* p. 185, 3 εἴcελθε καὶ ἐπάκουcόν μοι ... 5 εἰcελθόντοc δὲ τοῦ θεοῦ μὴ ἐνατένιζε τῇ ὄψει ... His formulis non solum petitur, ut veniat, sed etiam deus cogitur: cf. Papyr. Par. (*Wessely*) v. 709 μένε cὺν ἐμὲ (sic!) ἐν τῇ ψυχῇ μου. 3106 ἐλθὲ δέ ποτε, θεὲ, καὶ λέγε ἐν ἀνάγκῃ. v. Papyr. mag. mus. Lugdun. Bat. IV 8 ὁ δὲ ἐπάναγκοc, δεῦρό μοι πήξαc τὸν Δ τῇ cεαυτοῦ δυνάμει.[1]) Eandem vim magicam reperimus in precatione a Pelope ad Poseidonem effusa, quam Pindarus Ol. I 73 memoriae tradit: ἐγγὺc ἐλθὼν πολιᾶc ἁλὸc οἶοc ἐν ὄρφνᾳ ἄπυεν βαρύκτυπον Εὐτρίαιναν. ὁ δ' αὐτῷ πὰρ ποδὶ cχεδὸν φάνη, τῷ μὲν εἶπε.[2])

His formulis praemissis vel additis, quibus iterum ad rem magicam pervenimus, nomen dei appellatur aut nonnunquam nomen „dei certi"[3]) epitheti loco usurpatur vel alio modo deus significatur, ut exempli gratia in carminibus Homericis Athena: Διὸc τέκοc — Ἀτρυτώνη: Il. V 115, X 284. Odyss. IV 762. VI 324. Διὸc τέκοc[4]): Il. X 278. θεά: Il. XXIII 770. ἄναccα: Odyss. III 380. Apollo invocatur: ἀργυρότοξε: Il. I 37. 451. ἄναξ: Il. XVI 514. 523. v. *Usener*, l. c. p. 221 not. 6. Ἀγυιεῦ: Aristoph. vesp. 875. Apud Aeschylum Eum. 115 Erinyes: ὦ κατὰ χθονὸc θεαί; a Sophocle O. C. 84 eaedem deae ὦ πότνιαι δεινῶπεc, v. 106 ὦ γλυκεῖαι παῖδεc ἀρχαίου Σκότου; ab Euripide Hecab. 534 Achilles ὦ παῖ Πηλέωc; Iph. Aul. 1570 Artemis: ὦ παῖ Ζηνὸc ὦ θηροκτόνε[5]) invocantur; eadem dea Iph. Taur. 1398 ὦ Λητοῦc κόρη. Athena: Phoen. 1373 ὦ Διὸc κόρη. Aphrodite: Hel. 1098 κόρη Διώνηc, Κύπρι. Hipp. 117 δέcποινα, Κύπρι, 522. δέcποινα, ποντία Κύπρι. Artemis: Hipp. 74 ὦ δέcποινα. Iph. Taur. 1082 ὦ πότνια. Hestia: Alc. 163 δέcποινα (cf. Schol. a. h. l.).[6]) Quam diligentissime operam navaverint, ut deus, ad quem preces dirigebantur, etsi nomen non appellabatur, recte significaretur, adverti potest etiam ex locis Homericis: cf. Odyss. II 262 c. schol., ubi Telemachus deum vocat verbis: ὃ χθιζὸc θεὸc, ἤλυθεc et Odyss. V 445 imprecatur Odysseus deum, qui mare perturbat, κλῦθι ἄναξ ὅτιc ἐccί. Atque multis aliis exemplis demonstratur, quam sancte riteque servatus sit mos ille nomen rectum afferendi sive nomine

1) De formulis ἐλθέ cet. in omnibus papyris usurpatis cf. indices apud *Dieterich, Suppl. XVI 1888. Abraxas. Wessely, Denkschriften der Wiener Akademie.* 1888. 1893. De ἐπάναγκοc v. *Buresch, Klaros* p. 20.

2) cf. *Usener, G. N.* p. 336 not. 9.

3) cf. *Usener, G. N.* p. 75 not. 3 et 316 sqq.

4) De more illo addendi, unde deus vel dea natus sit, vide infra p. 523.

5) In libris extat Ἄρτεμι, quae vox, cum versui accommodari non possit, eo cognoscitur, quod supra lineam vel ad marginem ad παῖ Ζηνὸc adposita erat. (v. Aristoph. Lys. 341 ὦ θεά: Schol. πρὸc τὴν θεὰν εὔχεται).

6) cf. ad πότνια, δέcποινα cet. *Usener G. N.* p. 222 sqq.

proprio addito sive alio modo potentia dei invocati expressa. Ut facile cognoscas omnibus temporibus morem illum vulgarem fuisse, adiungam nonnulla exempla:

Aeschyl. Ag. 160 Ζεὺς, ὅςτις ποτ' ἐςτὶν, εἰ τόδ' αὐτῷ φίλον κεκλημένῳ, τοῦτό νιν προςεννέπω (Chor.). Eur. frg. 912, 2 N.[2] Ζεὺς εἴτ' Ἀΐδης ὀνομαζόμενος στέργεις. Plat. Phileb. 12 C καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ὅπῃ ἐκείνῃ φίλον, ταύτῃ προςαγορεύω. Optime illustratur hic ritus illo loco Platonico: Kratyl. 400 E ἐν ταῖς εὐχαῖς νόμος ἐςτὶν ἡμῖν εὔχεςθαι, οἵτινές τε καὶ ὁπόθεν χαίρουςιν ὀνομαζόμενοι ταῦτα καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς καλεῖν.[1]) Cf. praecepta quae apud Menandrum *περὶ ἐπιδεικτικῶν . . . περὶ Σμινθιακοῦ* Rhet. gr. III, p. 438 l. 11 sqq. (Spengel) statuuntur: ὦ Σμίνθιε Ἄπολλον τίνα cὲ χρὴ προςειπεῖν πότερον ἥλιον . . . ἢ νοῦν . . . ἢ δημιουργὸν cet. et p. 445 l. 26 ποίαις cὲ προςηγορίαις προςφθέγξομαι; οἱ μέν ςε Λύκειον λέγουςιν, οἱ δὲ Δήλιον, οἱ δὲ Ἀσκραῖον, ἄλλοι δὲ Ἄκτιον. Λακεδαιμόνιοι δὲ Ἀμυκλαῖον, Ἀθηναῖοι πατρῷον. Cf. Iuliani orat. VII 231 A (Hertlein) ὦ Ζεῦ πάτερ ἢ ὅτι ςοι φίλον ὄνομα καὶ ὅπως ὀνομάζεςθαι. Servius ad Aen. II 351 et IV 577 *Pontifices ita precabantur: Iupiter optime maxime sive quo alio nomine te appellari volueris.* Vide praeterea Apul. met. 11, 2 in precatione: *sive tu Ceres . . . seu tu caelestis Venus . . . seu Phoebi soror . . . quoquo nomine quoquo ritu quaqua facie te fas est invocare;* atque denique Arnobius III 42 de invocatione gentili explicat: *usque adeo res exigit propriatim deos scire nec ambigere nec dubitare de uniuscunque vi nominis.*[2])

Itaque summi momenti esse affert scholiasta ad Il. V 114, quae epitheta singulis in causis deis tribuantur, his verbis: οἰκείως δὲ τοῖς παθήμαςι οἱ εὐχόμενοι τοῖς θεοῖς τὰ ἐπίθετα ποιοῦνται καὶ νῦν μὲν ὁ καταπονούμενος ἀτρυτώνην, ἡ δὲ εὐχομένη τὴν Ἴλιον ςῴζεςθαι ἐπικαλεῖται τὴν ἐρυςίπολιν (VI 305), οἱ δὲ τὴν λείαν λαβόντες ἀνατιθέαςι τῇ ληϊτίδι (X 460). Eadem de causa Chryses Il. I 37 Apollinem ἀργυρότοξε invocat, ut sagittas pestiferas mittat, atque talia.

Satis superque demonstratum mihi videtur esse summa cura atque diligentia per multa saecula in invocandis deis nomina tractata

---

1) cf. *Schanz: Comment. Platonic. (Festgruss d. 20. Philologenversammlung zu Würzburg 1868)* p. 109. *Lasaulx: Gebet d. Griech. u. Römer (ind. Wirceburg. 1842)* p. 6 not. 18.

2) Formulam illam *Agahdius (Jahrb. f. class. Philol. Suppl. 1898 p. 132) indigitamentis tribuit.* De formula *sive . . . sive* cf. Horat. carm. saec. 15 *sive tu Lucina probas vocari seu Genitalis.* εἴτε . . . εἴτε cf. *Usener G. N.* p. 336 not. 11. Cf. compluria exempla a *Wissowa, Religion u. Cultus d. Römer.* Hdbch. V 4 (1902) p. 33 not. 1. 2. 3. Fortasse huc quadrant versus Aristoph. Ach. 566, ubi chorus Lamachum advocat quasi deum: ἰὼ Λάμαχ' . . . ὦ βλέπων ςτραπάς, βοήθηςον, ὦ γοργολόφα, φανείς· ἰὼ Λάμαχ' ὦ φίλ', ὦ φυλέτα. εἴτ' ἔςτι ταξίαρχος ἢ ςτρατηγὸς ἢ τειχομάχας ἀνήρ, βοηθηςάτω τις ἀνύςας . . . cumulantur epitheta, auxilium petitur.

esse a Graecis. Attamen minime miraberis, quod in precibus illa diligentia servata est, si cognoveris, quanta fuerit vis nominis et in omnibus precationibus antiquissimorum populorum et in rebus magicis. Semper semperque accuratissime vis nominis explicatur, id quod facile cognoscas ex his exemplis, quae speciminis causa, quantum fors mihi obtulit, collegi:

de efficacia nominis apud Indos cf., quae *Oldenberg, Vedareligion* pp. 310. 480/81. 515, 1. 516/17 adnotat. de Arabibus *Wellhausen: Reste arabischen Heidentums*, edit. alt. 1897 p. 213 c. not. dicit: *„für die Götter ist der Name von allerhöchster Wichtigkeit . . . der Name ist der ganze Inhalt ihrer Offenbarung . . . nur wenn man ihren Namen kennt, kann man auf sie wirken und sie anbeten.“* Idem fere de Muhamedanis p. 199. Cf. *Freudenthal, Hell. Stud. II 172.* De Aegyptiis affert *Renouf: Vorlesungen über Ursprung und Entwicklung der Religion, erläutert an der Religion der alten Ägypter (autorisierte Übersetzung. Leipzig 1881)* p. 181 „. . . *an vielen Stellen gründet Osiris seine Ansprüche einfach auf seine Kenntnis der Namen der Götter. . .“ p. 211 ex hymno quodam Aegyptiaco: „Dein Name soll mein Schutz sein.“* Revertamur ad Graecorum papyros magicas. Ubique eandem opinionem invenimus. Ita papyrus, quam *Dieterich, Abraxas* p. 119 sqq. edidit, inscripta est Βίβλος ἱερὰ ἐπικαλουμένη Μονὰς ἢ ὀγδόη Μωυσέως περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἁγίου.[1])

Ut eo clarius appareat summam vim magicam positam esse in scientia nominis, id quod semper innumerabili fere exemplorum numero demonstratur quodque, qui papyros perlegerit, facile intelleget, liceat mihi nonnullos locos efficacissimos afferre:

γνῶσις ὀνόματος passim summi momenti esse existimatur: cf. Pap. Berol. II 128 δῶρόν μοι ἐδωρήσω τὴν τοῦ μεγίστου σου ὀνόματος γνῶσιν. Pap. mag. mus. Lugd. Bat. ed. Dieterich, l. c. p. 799 III 196 καὶ ἐδωρήσω τὴν τοῦ μεγίστου ὀν[όματος] σου γνῶσιν ἣν καὶ τηρήσω. cf. Pap. Leid. V, p. III 15.

Atque si quis nomina cognoverat, deos se plane regere atque sua voluntate eorum potentia uti posse sibi persuaserat: cf. Pap. mag. mus. Lugd. Bat. p. 800 IV 11 ἐπάκουσόν μοι, ὅτι μέλλω τὸ μέγα ὄνο[μα] λέγειν. *Abraxas* p. 177 l. 24 ἐπίβλεψόν με . . . τὸν εἰδότα σου τὸ ἀληθινὸν ὄνομα καὶ αὐθεντικὸν ὄνομα, p. 178 l. 11 μέρισόν μοι ἀγαθά, αὔξησόν μοι τὸν βίον ὅτι . . ὕμνησά σου τὸ αὐθεντικὸν ὄνομα καὶ ἅγιον . . .; passim in papyris de nominibus illis magnis atque sanctis disseritur: cf. *Abraxas* 195 l. 4 δεῦρό μοι . . . οὗ ἐστιν τὸν κρυπτὸν ὄνομα καὶ ἄρρητον ἐν ἀνθρώποις . . . Pap. Mag mus. Lugd. Bat. p. 676 οὗτοί εἰσιν οἱ καλούμενοι πολοκράτορες

---

1) Vide *Dieterich, Abraxas* p. 22. 148. 160 not. 1 de deis advocatis, nomine enumeratis; cf. *Tylor, Anfänge der Cultur*, p. 368 sqq. v. p. 524 not. 3.

τοῦ οὐρανοῦ ὡς δεῖ σε ἀσπάσασθαι ὁμοίως ἕκαστον τῷ ἰδίῳ ὀνόματι ... Pap. Paris. ed. *Wessely*, l. c. v. 1189 σὺ εἶ τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον καὶ τὸ ἰσχυρὸν τὸ καθηγιασμένον ὑπὸ τῶν ἀγγέλων πάντων ... v. 1609 ἐπικαλοῦμαί σου τὰ ἱερὰ καὶ κρυπτὰ καὶ μεγάλα ὀνόματα, οἷς χαίρεις ἀκούων. Cf. precationem illam supra p. 516 laudatam, ubi Hermes his verbis cogitur v. 20 οἶδά σου καὶ τὰ βαρβαρικὰ ὀνόματα.[1]) Sequuntur nomina illa, quibus deus significatur.

Quoniam satis dictum est de origine illius moris summa diligentia nomen dei invocati afferendi, ad aliam consuetudinem invocandi transgressi sumus, quae ex eodem fonte derivari potest. Ut enim rectum atque legitimum nomen nominetur, appellationes et epitheta deorum cumulantur atque ita πολυωνυμία deorum efficitur, qua dei celebrantur ita, ut quo maior sit numerus epithetorum, eo maiore fruantur honore dei.[2]) Optime illustratur illa consuetudo his locis: Aristoph. Plut. 1164, ubi Carion ad Mercurium dicit: ὡς ἀγαθόν ἐστ' ἐπωνυμίας πολλὰς ἔχειν et precatione illa a Diana ad patrem directa: Callimach. hymn. ad Dian. 7 δός μοι πολυωνυμίαν. Atque apud omnes nationes omnique aetate hic mos pervulgaris erat usque ad id tempus, quo novi ritus statuebantur, secundum quos multa verba fieri in precibus vetabantur.

Renouf, l. l. p. 83: „*in der Litanei des Gottes Ra ... wird derselbe Gott unter 75 verschiedenen Namen angerufen.*" Cf. *Zimmer, Altindisches Leben* p. 67. v. Lydus, de mensibus p. 118, ubi epitheta superant numerum triginta. Iulian. orat. 5, 179 D in prece ad Magnam Matrem.

Sed ex illis precibus quas ex Homerica aetate usque ad iniens saeculum quartum collegimus, nonnulla specimina, quibus epitheta cumulantur, congerere supervacaneum non erit, ut inde accuratius explicemus de forma ac vi ac ratione illorum epithetorum:

Il. I 37: κλῦθί μοι ἀργυρότοξ' ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας Κίλλαν τε ζαθέην Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις Σμινθεῦ.[3]) II 412: Ζεῦ κύδιστε μέγιστε κελαινεφές αἰθέρι ναίων. Sophocl. Ai. 835: καλῶ δ' ἀρωγοὺς τὰς ἀεί τε παρθένους ἀεί θ' ὁρώσας πάντα τὰν βροτοῖς πάθη, σεμνὰς Ἐρινῦς τανύποδας. Eurip. Iph. Aul. 1570:

1) Cf. *Wünsch, Seth. Verfluchungstafeln* n. 49. 52 ἐξορκίζω ὑμᾶς, ἅγιοι ἄγγελοι καὶ ἅγια ὀνόματα.

2) Dei ipsi πολυώνυμοι appellantur: cf. nonnulla exempla apud *Usener G. N.* p. 334 not. 7. *Adami*, l. c. p. 240: quibus addam ex Papyris magicis haec: Papyr. Paris. vss. 2745. 2765. 2815. 2831; apud *Kenyon*, p. 82 vss. 503. 756. Papyr. 122 vs. 14.

3) Quanti aestimata sit vis illius precationis et quam vulgares versus illi Homerici fuerint, ex eo lucet, quod initium invenimus in prece magica (pap. Anastasi 5), Brit. Mus. XLVII (III saecul. p. Chr.). Cf. *Wessely (Gr. Zauberpap.* 1888) p. 9 et p. 149 sqq. *Kenyon*, l. l. p. 82 vss. 30. 31. 36. 37, ubi Κύλλαν extat et ἐπὶ βωμὸν ἔρεψα, quae vox βωμὸν ad verbum ἔρεψα eis, qui adhibebant hanc imprecationem, magis convenire videbatur quam νηὸν, quae vox in libris Homericis legitur: cf. Schol. ad h. l.

ὦ παῖ Ζηνός, ὦ θηροκτόνε, τὸ λαμπρὸν εἱλίccουc' ἐν εὐφρόνῃ φάοc. Aristoph. pac. 974: ὦ cεμνοτάτη βαcίλεια θεά, πότνι' Εἰρήνη, δέcποινα χορῶν, δέcποινα γάμων.

Haec fere summatim de more epitheta congerendi praefatus nunc pauca dicamus de forma atque vi epithetorum. Adduntur nomini dei et substantiva, et adiectiva, et participia, et sententiae relativae. Hoc quoque loco, quamquam de eadem consuetudine in hymnis componendis adhibita *Adami* nonnulla collegit l. c. p. 242 mihi liceat ex numero precationum usitatissimas formulas et substantiva et adiectiva et participia et sententias relativas adferre, ut ex formulis collectis vim sententiarum singulis deis tributarum eo facilius eligas; quae a p. 522 alia ratione congeram.

Frequentantur substantiva: ἄνα, ἄναξ, ἄναccα: cf. Il. III 351. XVI 233, Aeschyl. Eum. 235, Soph. El. 645. 1376, Eurip. El. 678, Cycl. 599, Aristoph. pac. 238 av. 295. cf. p. 517. πάτερ. cf. p. 522 ab Euripidis aetate δέcποινα: cf. Eurip. Alc. 163, Hipp. 117. 522, Cycl. 350, Rhes. 608, Aristoph. pac. 271. δέcποτα: Eurip. Iph. Taur. 271, Aristoph. nub. 264, pac. 385. 399, Lysistr. 940; e numero adiectivorum afferam: κύδιcτε μέγιcτε cf. p. 522. πότνια, πότνιε: Soph. O. C. 84, Eurip. Iph. Taur. 1082. Hel. 1093, Phoen. 1365, Aristoph. pac. 271. 975, ran. 337 passim. cf. p. 517. Deinde epitheta illa sollemnia: cεμνόc: Soph. Ai. 837, Aristoph. nub. 291, pac. 974 saepius. πολυτίμητοc: Aristoph nub. 269. 293, vesp. 1001, equit. 1390, av. 667, Thesm. 286, ran. 337 et alia. Participia usitatissima nominentur: μεδέων: Il. III 276 (= 320, VII 202, XXIV 308), Aristoph. Lysistr. 834, equit. 763. ναίων, οἰκῶν: cf. p. 524. Sententiae relativae: ὃc ... ἀμφιβέβηκαc ... ἀνάccειc[1]) Il. I 37. 451; ὃc πάντ' ἐφορᾷc καὶ πάντ' ἐπακούειc: Il. III 277. ὃc ... ἀνάccειc: Odyss. XX, 112. ὃc μέδειc Τρίκκηc καὶ Κῶν γλυκῆαν κἠπίδαυρον ᾤκηκαc: Herond. mim. 4, 1. ὃc οἰκεῖc: Eurip. Hel. 962. ὃc ... ἔχειc: Aristoph. nub. 264, ran. 659. εἴτε ... κάθηcθε ... εἴτε ... χορὸν ἵcτατε ... εἴτ' ... ἔχετε. cf. p. 524.

Nunc autem electis atque digestis epithetis quaeramus, qua ratione illa additamenta congesta sint, atque illustremus, quae explicentur his epithetis. Nec vero, ut iam supra exposuimus, negandum est illam vocabulorum adiectionem evidentissime plerumque eo conspirare, ut dei hominum natura iudicati propitii fiant atque eo libentius petita dent.[2]) Utque his epithetis ornatui destinatis omni modo dei celebrentur, primum explicatur potentia eorum atque in universum natura et potestas singulorum deorum; tum saepe additur cognomen, quo ostenditur, unde natus sit deus[3]); deinde

1) cf. *Adami*, l. c. p. 243.
2) cf. *Bergk, Kl. Schriften* p. 703 not. 129.
3) cf. Menandri praecepta: *Rhetor. Graec. III (Spengel)* p. 438. *Adami*, l. l. p. 224 sqq.

nonnunquam adiciuntur loca, sive oppida sive montes, in quibus deus aut natus est aut imprimis colitur aut unde arcessitur.

Haec fere sunt genera epithetorum, quae ex formis illis derivari possunt quaeque, ut res postulat, in precibus minime usurpantur tam copiose quam in hymnis fieri solet, qui longe alia ratione adhibentur atque imprimis in honorem deorum destinati sunt. Iam vero proposita illa genera secundum deos, quibus adplicantur, exemplis eximiis explicemus atque probemus; atque incipiamus ab epithetis ad naturam et potentiam Iovis spectantibus, deinde sequantur alii dei invocati. Quam seriem testimoniorum enarrare non alienum esse mihi videtur, cum dei nominentur non ea ratione, qua p. 521, neque epitheta congerantur ut in Bruchmanni libro de Epithetis deorum edito, sed eo consilio collegi exempla eximia, ut demonstrem numerum epithetorum singulis deis una invocatione additorum, atque ut eorum vis varia ac diversa facilius intellegatur:

Ζεῦ πάτερ: Il. I 503. III 365. VIII 236. XV 372. XVII 645. XIX 270. XXI 273. Odyss. VII 331. XX 98; Ζεῦ πάτερ ἠδ' ἄλλοι μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες: Odyss. XII 371; Ζεῦ πάτερ, ὅς τε θεοῖςιν καὶ ἀνθρώποιςιν ἀνάςςεις: Odyss. XX 112; Ζεῦ πάτερ, Ἴδηθεν μεδέων, κύδιςτε μέγιςτε: Il. III 276. 320. VII 202. XXIV 308; Ζεῦ κύδιςτε μέγιςτε κελαινεφές, αἰθέρι ναίων: Il. II 412; Ζεῦ κύδιςτε, μέγιςτε: Il. III 298; Ζεῦ ἄνα: Il. III 351. XVI 233; Ὀλύμπιε μητίετα Ζεῦ: Il. I 508; μητίετα Ζεῦ: XV 377; Ζεῦ πατρῷε καὶ τροπαῖ' ἐχθρῶν ἐμῶν: Eurip. El. 671. Ζεῦ ξένιε: Cycl. 354; Ζεῦ πρόγονε: Orest. 1242; Ζεῦ μεγαβρόντα: Aristoph. vesp. 323. Apollo: ἄναξ: Il. XVI 514. 523; ἄναξ Ἄπολλον: Soph. El. 1376; ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον Πύθιε: Aristoph. vesp. 869; ὦ δέςποτ' ἄναξ γεῖτον ἀγυιεῦ: vesp. 875. Athena: πότνι' Ἀθηναίη, ῥυςίπολι, δῖα θεάων: Il. VI 305; θεά: cf. p. 517; ἄναςς' Ἀθάνα: Aesch. Eum. 235; δέςποιν' Ἀθάνα: Eurip. Rhes. 608; θεά . . . ὦ χρυςολόφα . . . πολιοῦχε: Aristoph. Lysistr. 341. Artemis: Ἄρτεμι, πότνα θεά, θύγατερ Διός: Odyss. XX 61; ὦ παῖ Ζηνός, ὦ θηροκτόνε: Eurip. Iph. Aul. 1571. Aphrodite: δέςποινα Κύπρι: Hipp. 117; δέςποινα ποντία Κύπρι: 522. Demeter: Δήμητερ ἑςτιοῦχ': Eurip. Suppl. in.; Δήμητερ ἡ θρέψαςα τὴν ἐμὴν φρένα: Aristoph. ran. 886; δέςποινα πολυτίμητε Δήμητερ φίλη: Thesm. 286. Hera: ὦ πότνι' ἣ Δίοιςιν ἐν λέκτροις πίτνεις: Eurip. Hel. 1093; ὦ πότνια Ἥρα: Phoen. 1365. Poseidon: Ποςείδαον γαιήοχε: Odyss. III 55; Ποςείδαον γαιήοχε κυανοχαῖτα: Odyss. IX 528; ὦ πάτερ Πόςειδον: Eurip. Hipp. 887; πότνιε Πόςειδον: Hel. 1585. Hermes: Ἑρμῆ χθόνιε πατρῷ' ἐποπτεύων κράτη: Aeschyl. Choeph. init. Ἑρμῆ χθόνιε μέγιςτε τῶν ἄνω καὶ κάτω: 124; χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' Ἀρά: Soph. El. 111; ὦ φίλ' Ἑρμῆ: Aristoph. nub. 1478; ὦ δέςποθ' Ἑρμῆ: pac. 385. Hephaestus:

Ἥφαιστ' ἄναξ Αἰτναῖε: Eurip. Cycl. 599. Dionysus: ὦ Διόνυσε δέσποτα: Aristoph. Acharn. 247. Cf. alia numina invocata: δέσποτα Παλαῖμον: Eurip. Iph. Taur. 271; ὦ Λύκε δέσποτα γείτων ἥρως: Aristoph. vesp. 389; ὦ δέσποτ' ἄναξ ἀμέτρητ' Ἀήρ: nub. 264; αἰθὴρ ἐμὸν βόσκημα: ran. 892. Erinyes: Ἐρινύες, αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους τίνυνται: Il. XIX 259; ἐρινὺς ... μεγασθενής: Aeschyl. Sept. 70; καλῶ δ' ἀρωγοὺς τὰς ἀεί τε παρθένους ἀεί θ' ὁρώσας πάντα τὰν βροτοῖς πάθη σεμνὰς Ἐρινῦς τανύποδας: Soph. Ai. 835; ταχεῖαι, ποινιμοί τ' Ἐρινύες: ibid. 843; σεμναί τε θεῶν παῖδες Ἐρινύες, αἳ τοὺς ἀδίκως θνῄσκοντας ὁρᾶθ': Soph. El. 112; πότνιαι δεινῶπες: O. C. 84; ὦ γλυκεῖαι παῖδες ... Σκότου: ibid. 106. Γαῖ' ἄνασσα: Eurip. El. 678; ὦ νέρτερ' Ἅιδη: Hel. 969; ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ... ἐπακούεις: Il. III 277; ὦ φίλτατ' ... Ἡράκλεις: Eurip. Heracl. 490; νύμφαι νηϊάδες: Odyss. XIII 356; κρηναῖαι: XVII 240; πετραῖαι: Eurip. El. 805; πολυτίμητοι Νεφέλαι: Aristoph. nub. 269; ὦ σεμνοτάτη βασίλεια θεά, πότνι' Εἰρήνη δέσποινα χορῶν, δέσποινα γάμων: pac. 974. Νηρέως ἀγάλμαθ'[1]), ὃς τὸν εὐγενῆ ἔτικτε πεντήκοντα Νηρῄδων χορόν: Eurip. Iph. Taur. 273.

Deinde mos est, ut paucis verbis, plerumque adiectivo vel talibus voculis: *παῖ, τέκος, κόρη, θύγατερ*, gens dei advocati explicetur[2]):

Athena: Αἰγιόχοιο Διὸς τέκος: Il. V 115. X 278. 284. Odyss. IV 762. VI 324; Διογενὲς θεά: Eurip. Cycl. 350; ὦ Διὸς κόρη: Phoen. 1373 cf. p. 522; Artemis: Ἄρτεμι πότνα θεὰ θύγατερ Διός: Odyss. XX 61; παῖ Ζηνός: Eurip. Iph. Aul. 1570; Λητοῦς κόρη: Hipp. 1092. Iph. Taur. 1398. Aphrodite: Κόρη Διώνης: Hel. 1098; ὦ παῖ Διώνης: frg. 177 N²; Nymphae: κοῦραι Διός: Odyss. XIII 356. XVII 240; Erinyes: σεμναί τε θεῶν παῖδες: Soph. El. 112; ὦ γλυκεῖαι παῖδες ἀρχαίου Σκότου: O. C. 106; Νηρέως κόραι: Eurip. Hel. 1585; ὦ ποντίας παῖ Λευκοθέας (Palaemon): Iph. Taur. 270; ὦ μελαίνης Νυκτὸς ἐκπαίδευμ' (Somnus): Cycl. 601; παῖ Πηλέως (Achilles mortuus): Hec. 534.[3])

Postremo derivantur epitheta vel additamenta ornantia e loci cuiusdam nomine, ut his exemplis:

Ὀλύμπιε: Il. I 508. XV 375; Ἄπολλον Πύθιε: Aristoph. vesp. 868; Ἥφαιστ' ἄναξ Αἰτναῖε: Eurip. Cycl. 599; Κύπρι: Hel. 1098. Hipp. 117. 522; Τριτογένει': Aristoph. Lysistr. 347; huc spectant: θεοί τ' ἐγχώριοι: Soph. El. 67; ὦ κατὰ χθονὸς θεαί:

1) Hoc exemplum accedat ad exempla ab *Adami* ad Soph. Antig. 1115 p. 241/42 collata; addam Papyr. mag. Paris. *(Wessely)* v. 2789 de Luna: νυκτὸς ἄγαλμα.

2) Cf. de hymnis *Adami*, l. l. p. 226/27.

3) Memoratu dignum mihi videtur plerumque deas esse, quibus gens addatur; quae quidem consuetudo in hymnis et in partibus choriacis ad utrumque genus pari modo quadrat.

Aeschyl. Eum. 115; Φοῖβε προστατήριε: Soph. El. 637; Λύκει' Ἄπολλον: Soph. El. 655. 1379. O. R. 919. Cf. *Usener, G.-N.* p. 213. 214. 234.

Saepe declaratur, ubi dei sint, ubique maxime colantur: Zeus: αἰθέρι ναίων: Il. Π 412. XVI 233; οὐρανὸν ..., ἵν' οἰκεῖς ἀστέρων ποικίλματα: Eurip. Hel. 1095; σύ τ' ὦ φαεννῶν ἀστέρων οἰκῶν ἕδρας: Cycl. 353; ἀλλ' ὦ φαεννὰς οὐρανοῦ ναίων πτυχάς: Phoen. 84; ὦ ναίων ἅλα πόντιε Πόσειδον: Hel. 1584; de mortuis: ὦ γέρον, ὃς οἰκεῖς τόνδε λάϊνον τάφον: Hel. 962; ὦ κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν πάτερ: El. 677; ὦ δῶμα ναίων νυκτὸς ὀρφναίας πάτερ: Orest. 1225; ὦ γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν: Troad. 884; Ἀὴρ ὃς ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον: Aristoph. nub. 264; Ἄπολλον ὅς που Δῆλον ἢ Πυθῶν' ἔχεις: ran. 659; Ποσειδῶν ὁ ἐπὶ Ταινάρῳ θεός: Acharn. 510. Prorsus non rarescit, id quod intellexeris ex nonnullis aliis exemplis: pap. mag. mus. Lugd. Bat. p. 806. VII 5: ὦ θεοὶ οὐράνιοι, ὦ θεοὶ ὑπὸ γῆν, ὦ θεοὶ ἐν μέσῳ κυκλούμενοι; II 28 p. 797: θεοὶ οὐράνιοι καὶ ὑπόγειοι καὶ ἀέριοι καὶ ἐπιχθόνιοι; p. 809. VIII 8: βασιλεύων τῆς ἄνω καὶ κάτω χώρας; p. 799. III 46: σὺ εἶ ὁ μέγας Ἄμμων ὁ ἐν οὐρανῷ ναίων. Pap. Berol. II vs. 101: σὲ καλῶ μέγαν ἐν οὐρανῷ. v. formulas: Ἴδηθεν μεδέων: Il. III 276. 320. VII 202. XXIV 308; ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας Κίλλαν τε ζαθέην Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις: Il. I 37. 451; Δωδωναῖε Πελάσγικε τήλοθι ναίων, Δωδώνης μεδέων: Il. XVI 233 c. schol.; καλῶ χώρας ἄνασσαν τῆσδ' Ἀθήναιαν: Aeschyl. Eum. 288; σὺ δ' ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν ἥλιε: Soph. Ai. 845; Δήμητερ ἑστιοῦχ' Ἐλευσῖνος χθονὸς τῆσδε: Eurip. Suppl. init.; Ἥρα τε βωμῶν ἣ Μυκηναίων κρατεῖς: Eurip. El. 674; Κύπρου καὶ Κυθήρων καὶ Πάφου μεδέουσ': Aristoph. Lysistr. 833. Cf. p. 521 (Herond.).[1])

Postremo pronuntiantur, — certo quodam ordine nonnunquam[2]) — sedes, unde vocatus deus redeat, vel unde audiat preces effusas.[3])

Hoc loco repetere mihi liceat e precibus Aristoph. nub. 269 sqq. traditis, quibus Orphicorum carmina illudi *Dieterich*, Mus. Rhen. vol. XLVIII p. 275 sqq. explicavit: vss. 269 sqq.: ἔλθετε δῆτ' ... εἴτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χιονοβλήτοισιν κάθησθε[4]), εἴτ' Ὠκεανοῦ πατρὸς ἐν κήποις ἱερὸν χόρον ἵστατε Νύμφαις,

---

1) cf. Pap. 122 vs. 13 *(Kenyon)*: οἶδά σου Ἑρμῆ, τίς εἶ καὶ πόθεν εἶ καὶ τίς ἡ πόλις τοῦ Ἑρμοῦ πόλις. — v. Matth. VI 9: ὁ ἐν οὐρανοῖς; XI 25. 26: πάτερ κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς (= Luc. X 21).

2) cf. *Adami*, l. c. p. 229/30.

3) cf. *Tylor*, l. l. p. 368 ... *„der du in dem Himmel bist oder auf der Erde, in den Wolken oder in den Tiefen, höre die Stimme dessen, der dich anfleht."*

4) cf. formulae gratia: Pap. Berol. II 101: σὲ καλῶ ... ὃς καὶ οἰκεῖς ... τὴν ὅλην οἰκουμένην ἐπὶ λωτῷ καθήμενος; Pap. Leid. V p. III vs. 9: ἐπὶ λωτῷ καθήμενος.

εἴτ' ἄρα Νείλου προχοαῖς ὑδάτων χρυσέαις ἀρύεσθε προχοῖσιν, ἢ Μαιῶτιν λίμνην ἔχετ' ἢ σκόπελον νιφόεντα Μίμαντος. Ita ex diversis caeli partibus multisque aliis locis arcessuntur dei, ut *Adami* l. l.: p. 229 sqq. copiose explicat. Attamen eum fugerunt cum hi duo loci e precibus sollemnibus collecti: Il. XVI 514 ... ὅς που Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ εἰς ἢ ἐνὶ Τροίῃ et Aeschyl. Eum. 287 versus illi precationis illius maxime ritualis atque legitimae ad Athenam sanctissimis formulis pronuntiatae: καὶ νῦν ἀφ' ἁγνοῦ στόματος εὐφημῶς καλῶ χώρας ἄνασσαν τῆσδ' Ἀθηναίαν ἐμοὶ μολεῖν ἀρωγόν ... vs. 292 ἀλλ' εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου, τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα, φίλοις ἀρήγους', εἴτε Φλεγραίαν πλάκα θρασὺς ταγοῦχος ὡς ἀνὴρ ἐπισκοπεῖ, ἔλθοι. κλύει δὲ καὶ πρόσωθεν ὢν θεός ... tum versus illi magici Papyr. Berol. II 101 sqq.: σὲ καλῶ τὸν μέγαν ἐν οὐρανῷ ... ὡς | κατοικεῖς τὴν ὅλην οἰκουμένην ... ἐπὶ λωτ|ῷ καθήμενος καὶ λαμπυρίζων τὴν ὅλην οἰκουμένην. ὁ καταδείξεις ... ζῶα, οὗ τὸ ἱερὸν ὄρνεον ἔχεις | ἐν τῇ στολῇ ἐν το[ῖς πυ]ρὸς ἀπηλιώτην μέρεσι τῆς Ἐρυθρᾶς | θαλάσσης ὡς[τ ... ἔ]χεις ἐν τοῖς πρὸς βοῤῥᾶ μέρεσι μορφὴν | νηπίου παιδὸς ... | ἐν δὲ τοῖς πρὸς νότου μορφὴν ἔχεις τοῦ ἁγίου ἱέρακος ... | 111 ἐν δὲ τοῖς πρὸς λίβα μέρεσιν μορφὴν ἔχων κροκοδίλου .. | .. ἐν δὲ τοῖς | 113 πρὸς ἀπηλιώτην μέρεσι δράκοντα ἔχεις πτεροφυῆ ..[1])

II.

Quoniam satis probe mihi exposita videntur, quae invocatione sollemniter sancteque usurpata contineantur, aggrediamur ad partem alteram precationis, eamque plerumque mediam, ut ita dicam, epicam, qua permulta ac varia tractantur. Atque ut quae volumus summatim disseramus, primum quidem illa parte narratur, qua ratione petentes cum deo coniuncti sint quibusque rebus allatis se impetraturos esse, ut dei succurrant, sperent. Itaque discernendae sunt et eae causae, quae inter deos et petentes, et eae, quae inter deos et petita intercedant. Quas si perlustraverimus, plane ac dilucide inveniemus rudimenta illius opinionis praebere formam pactionis cuiusdam inter homines et deos initae, qua deus officio quodam obligatur donis antea acceptis, ut precantes audiat eorumque preces expleat, tamquam si foedus factum sit, in quo manere ille debeat. Atque illa sententia exprimitur formulis εἴπου ἐγὼ ... νῦν σύ ... et similibus in carminibus Homericis.[2]) Attamen posterioribus quoque

1) cf. *Parthey* ad h. l. *Berl. Sitzungs-Berichte 1865 phil. hist. cl. p. 165/66.*

2) De his exemplis infra persequendis cf. *Naegelsbach H. Th.* p. 215 et editio tert. ab *Authenriet* curata p. 197 sqq., ubi in appendice not. 145 ex aliarum gentium moribus testimonia laudantur.

saeculis illa ratio reperitur[1]), etsi rudes, ut icta dicam, opiniones, quae illis formulis de ratione inter homines et deos intercedente proponuntur, in universum maioribus de deorum natura existimationibus cesserant.[2]) Itane vero? immo extant et in hac parte precationis vetustissimae opiniones! Ut in invocatione reliquiae precationis magicae, qua dei coguntur vi verbi atque formulae, ut dicto audientes sint, ita his sententiis ius quoddam, quo dei hominesque coniuncti sint, proponitur atque ita potestas deorum quasi vinculo quodam mortali ligatur. — Forma illa usitatissima optime illustratur versibus illis Homericis Il. I 37 sqq. κλῦθί μευ ἀργυρότοξ'... εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα, ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα ταύρων ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ...[3])

Cf.: Il. I 503 Ζεῦ πάτερ, εἴ ποτε δή cε μετ' ἀθανάτοιcιν ὄνηcα ἢ ἔπει ἢ ἔργῳ ... Od. XVII 240 εἴ ποτ' Ὀδυccεύc ὔμμ' ἐπὶ μηρί' ἔκηε, καλύψαc πίονι δήμῳ, ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων, ... Il. XV 372 εἴ ποτέ τίc τοι ἐν Ἄργεΐ περ πολυπύρῳ ἢ βοὸc ἢ ὄϊοc κατὰ πίονα μηρία καίων εὔχετο νοcτῆcαι ... τῶν μνῆcαι. Od. IV 763 εἴ ποτέ τοι ... Ὀδυccεὺc ἢ βοὸc ἢ ὄίοc κατὰ πίονα μηρί' ἔκηεν, τῶν νῦν μοι μνῆcαι. v. Callin. εἰc Δία *Bergk. Frg. poet. Lyr.* II p. 5, fr. 2, 2 μνῆcαι δ' εἴ ποτέ τοι μηρία καλὰ βοῶν ... formula legitima omissa illa sententia exhibetur: Il. VIII 240 ἀλλ' ἐπὶ πᾶcι βοῶν δημὸν καὶ μηρί' ἔκηα, ἱέμενοc Τροίην εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι. ἀλλά, Ζεῦ, τόδε πέρ μοι ἐπικρήηνον ἐέλδωρ; cf. Aeschyl. Choeph. 255 καίτοι θυτῆροc καί cε τιμῶντοc μέγα πατρὸc νεοccοὺc τούcδ' ἀποφθείραc ... Sept. 179 chor. φιλοθύτων δέ τοι πόλεοc ὀργίων μνήcτορεc ἐcτέ μοι. Lysiae II 39 ποῖαι δ' οὐχ' ἱκετεῖαι θεῶν ἐγένοντο ἢ θυcιῶν ἀναμνήcειc.[4])

---

1) v. infra p. 527.

2) De his sententiis atque rationibus primitivis conferas, quae *Ferd. Dümmler, Das griechische Weihgeschenk. Kl. Schriften.* II (1901) p. 189 sqq. congessit: v. p. 206 *„Mitunter tritt das Bewußtsein der Gegenseitigkeit ganz naiv zu Tage: „Dir, o Jungfrau, hat Telesinos auf der Akropolis dies Bild aufgestellt: wenn es dir gefällt, so gewähr' ihm die Mittel, dir bald wieder eins zu weihen"* ... *p. 207: „Das Verständnis für die meisten Typen privater Weihgeschenke giebt das Bedürfnis, sich der Gottheit in Erinnerung zu bringen oder im Gedächtnis zu erhalten, als ein zwar Hilfsbedürftiger, der sich aber für geleistete Hilfe wieder erkenntlich erweist."*

3) cf. locos p. 520 not. 3 laudatos, ubi extat χαρίεντ' ἐπὶ βωμὸν ἔρεψα. cf. schol. Bekk. ad ἔρεψα: ... ἐcτέφετο γὰρ κιccῷ et *Ameis-Hentze: Anhang* ad h. l. cf. paraphrasin illius precationis: Plato. rep. III 394 A: πολλὰ τῷ Ἀπόλλωνι εὔχετο, τάc τε ἐπωνυμίαc τοῦ θεοῦ ἀνακαλῶν καὶ ὑπομιμνήcκων καὶ ἀπαιτῶν, εἴ τι πώποτε ἢ ἐν ναῶν οἰκοδομήcεcιν ἢ ἐν ἱερῶν θυcίαιc κεχαριcμένον δωρήcαιτο ὧν δὴ χάριν κατεύχετο τῖcαι τοὺc Ἀχαιοὺc τὰ ἃ δάκρυα τοῖc ἐκείνου βέλεcιν.

4) cf. Sophocl. Electra ed. *Kaibel* ad. v. 1383: *„Gebet und Erhörung verhalten sich wie Leistung und Gegenleistung." v. Naegelsbach. N. H. Th.* p. 215. *L. Schmidt:* l. c. II p. 8.

Summi momenti esse mihi videntur duo loci, qui ad hanc sententiam quadrant, ubi de morte Croesi regis agitur a Bacchylide 3, 35 his verbis: poeta regem in Apollinem invehentem inducit: ὑπέρβιε δαῖμον ποῦ θεῶν ἐστιν χάρις; ποῦ δὲ Λατοίδας ἄναξ, atque Herodotus 1, 87 eandem rem commemorat hanc in sententiam: ἐπιβώσασθαι τὸν Ἀπόλλωνα ἐπικαλούμενον, ἐξ αὐτοῦ ἐδωρήθη παραστῆναι καὶ ῥύσασθαί μεν ἐκ τοῦ παρεόντος κακοῦ. Quid? Nonne his testimoniis demonstratur fuisse pervulgatam sententiam Croesum regem in rogo fumante ad Apollinem precatum esse atque deo obiecisse illum hoc in discrimine succurrere debere, cum antea tot sacrificia accepisset? Etiamsi non satis plane probari potest precem ipsam illis temporibus in promptu fuisse, tamen ex Herodoti verbis elucet sententiam illam atque formulas illas legitimas — ad εἴ τι cf. εἴ που, εἴ ποτε p. 526 de χαρίζεσθαι cf. Il. I 39 εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα, Odyss. XIX 397 τῷ γὰρ κεχαρισμένα μηρί' ἔκαιεν ἀρνῶν ἠδ' ἐρίφων; ὁ δέ οἱ πρόφρων ἅμ ὀπήδει. Aristoph. pac. 386 cf. Xenoph. Hipp. I 1 πρῶτον μὲν θύοντα χρὴ αἰτεῖσθαι θεοὺς ταῦτα διδόναι ... ἀφ' ὧν θεοῖς μὲν κεχαρισμενώτατα ἄρξειας ἂν ... Plato. Euthyph. 14 B ἐὰν μὲν κεχαρισμένα τις ἐπίστηται τοῖς θεοῖς λέγειν τε καὶ πράττειν εὐχόμενός τε καὶ θύων ... republ. 3, 394 A (de Il. I 37 sqq.) ἐν ἱερῶν θυσίαις κεχαρισμένον δωρήσαιτο. Crit. 119 D ἐπευξάμενοι τῷ θεῷ τὸ κεχαρισμένον αὐτῷ θῦμα ἑλεῖν. Plut. Moral. 351 C.

ad δωρεῖσθαι cf. infra p. 531 — aetate illius scriptoris in sermone rituali usitatissimas fuisse. Eadem fere vis inest in verbis Clytaemnestrae ad Erinyes preces dantis: Aeschyl. Eum. 106 ἦ πόλλα μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε, χοὰς δὲ ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα ... καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα. Sophoclis Electra veniam petens, quod non sacrificet, commemorat sacrificia antea oblata his verbis El. 1377 ἥ σε πόλλα δὴ ἀφ' ὧν ἔχοιμι λιπαρεῖ προύστην χερὶ. νῦν δὲ. cf. *Kaibel* ad h. l. In Euripidis fabulis haec sententia cognoscitur in precatione a Menelao ad Hadem data atque arrogantem quendam in modum pronuntiata, quasi ut in animos spectantium inducat poeta, quam inepta talia sint: Hel. 969 ὦ νέρτερ' Ἅιδη, καὶ σὲ σύμμαχον καλῶ, ὃς πόλλ' ἐδέξω τῆσδ' ἕκατι σώματα πεσόντα τὠμῷ φασγάνῳ, μισθὸν δ' ἔχεις· ἢ νῦν ... ἀπόδος ... ἢ ... ἀνάγκασον ... Idem fere significatur, etsi de hac quidem re formulae non inveniuntur, iis quae Orestes, Electra, Pylades Agamemnoni mortuo, ut auxilium ferat, narrant: Eurip. Orest. 1235 Or. ἔκτεινα μητέρ' Pyl. ἡψάμην δ' ἐγὼ ξίφους. El. ἐγὼ δ' ἐπενεκέλευσα κἀπέλυσ' ὄκνου. Or. σοί, πάτερ, ἀρήγων. El. οὐδ' ἐγὼ προύδωκά σε. Ratione inversa Theseus deum patrem de promisso admonet: Hipp. 887 ἃς ἐμοί ποτε ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι τούτων ἐμὸν παῖδ' ... Apud poetas comicos haec: Pheracratis κραπάταλοι frg. 87 (Kock) ὦ δέσποτ' Ἀγυιεῦ, ταῦτά νυν

μέμνηςό μοι. Aristoph. pac. 385 μηδαμῶς εἴ τι κεχαριςμένον χοιρίδιον οἴςθαι παρ' ἐμοῦ γε κατεδηδοκώς, τοῦτο μὴ φαῦλον νόμιζ' ἐν τῷδε τῷ πράγματι.[1])

Quibus exemplis satis mihi illustratum videtur sententiam illam per multa saecula formulis legitimis et usurpatis et omissis genuina opinione durasse in Graecorum precatione neque quisquam ignorabit his quoque temporibus ab hominibus effundi preces, quibus deo merita obiciuntur vel vota promittuntur. Quem morem vota vel aliud quoddam emolumentum deis promittendi, quibus homines deos ad exaudiendas preces commovere vel iure quodam obstringere student, ad eandem genuinam opinionem referre licet. Ut enim exemplis supra allatis dei donis acceptis obligati sunt, ita votis, plerumque secundum temporis seriem preces sequentibus, eis persuadetur donis accipiendis vel alliciuntur, ut succurrant.[2])

cf.: Il. VI 306 ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος, ἠδὲ καὶ αὐτὸν πρηνέα δὸς πεςέειν Σκαιῶν προπάροιθε πυλάων, ὄφρα τοι αὐτίκα νῦν δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ ἤνις ἠκέςτας ἱερεύςομεν. X 291 παρίςταο καί με φύλαςςε· ςοὶ δ' αὖ ἐγὼ ῥέξω βοῦν ἦνιν εὐρυμέτωπον ἀδμήτην, ἣν οὔπω ὑπὸ ζυγὸν ἤγαγεν ἀνήρ· τήν τοι ἐγὼ ῥέξω χρυςὸν κέραςιν περιχεύας; v. Od. III 382 sqq. XIII 358 ἄταρ καὶ δῶρα διδώςομεν, ὡς τὸ πάρος περ, αἴ κεν ἐᾷ πρόφρων με Διὸς θυγάτηρ ἀγελείη αὐτόν τε ζώειν καί μοι φίλον υἱὸν ἀέξῃ. Athena Pandaro suadet, ut Apollini se sacrificium daturum esse polliceatur Il. IV 101: εὔχεο δ' Ἀπόλλωνι . . . ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέξειν . . . κλειτὴν ἑκατόμβην. Achilles Patroclum mortuum Hectorem traditurus patri his verbis lenire studet: Il. XXIV 595 ςοὶ δ' αὖ ἐγὼ καὶ τῶνδ' ἀποδάςςομαι, ὅςς' ἐπέοικεν. Hymn. Hom. ad Ven. III 100 sqq. Anchises Venerem imprecans dicit βωμὸν ποιήςω, ῥέξω δέ τοι ἱερὰ καλὰ ὥρῃςιν πάςῃςιν. Bacchyl. X 104 Proclus Artemidi promittit: θύςω δέ ςοι εἴκοςι βοῦς ἄζυγας φοινικότριχας. Cf. Aeschyl. Choeph. 483 οὕτω γὰρ ἄν ςοι δαῖτες ἔννομοι βροτῶν κτιζοίατ'· εἰ δὲ μή, παρ' εὐδείπνοις ἔςει ἄτιμος ἐμπύροιςι κνιςωτοῖς χθονός· v. 486

---

1) Scholiasta ad hunc locum advocat Hom. Il. I 39 εἴποτε . . . χαρίεντ' . . . ἔρεψα.

2) De rudimentis illius sententiae adiungere liceat nonnulla alia exempla: Liv. X 19, 17: *dicitur Appius in medio pugnae discrimine ita ut inter prima signa manibus ad caelum sublatis conspiceretur, ita precatus esse: Bellona si hodie nobis victoriam duis, ast ego tibi templum voveo.* Cf. Herodot. II 181 εὔχεται (Ladice) ἐν τῷ νόῳ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἤν οἱ ὑπ' ἐκείνην τὴν νύκτα μιχθῇ ὁ Ἄμαςις, τοῦτο γάρ οἱ κακοῦ εἶναι μῆχος, ἄγαλμά οἱ ἀποπέμψειν εἰς Κυρήνην. IV 76 εὔξατο τῇ μητρὶ ὁ Ἀνάχαρςις, ἢν ςῶς καὶ ὑγιὴς ἀπονοςτήςῃ ἐς ἑωυτοῦ, θύςειν τε κατὰ ταυτὰ κατὰ ὥρα τοὺς Κυζικενικοὺς ποιοῦντας καὶ παννυχίδα ςτήςειν. Speciminis causa cf. vota apud Indos usitata, quae laudat *Oldenberg* l. c. p. 306, 2 et apud *Tylor* l. l. II p. 367: *„Habe Mitleid und behüte mein Leben und ich will dir ein Opfer geben . . .“* v. *Dümmler* l. l.

Electra sententiam fratris sequitur κἀγὼ χοάς σοι τῆς ἐμῆς παγκληρίας οἴσω πατρῴων ἐκ δόμων γαμηλίους· πάντων δὲ πρῶτον τόνδε πρεσβεύσω τάφον.[1]) Eum. 289 Orestes Athenae pronuntiat: κτήσεται δ' ἄνευ δορὸς αὐτόν τε καὶ γῆν καὶ τὸν Ἀργεῖον λεὼν πιστὸν δικαίως ἐς τὸ πᾶν τε σύμμαχον. Eandem sententiam praebent verba Eteoclis: Aeschyl. Sept. 76 ξυνὰ δ' ἐλπίζω λέγειν. πόλις γὰρ εὖ πράσσουσα δαίμονας τίει v. schol. ad h. l. κοινωφελῆ καὶ ὑμῖν νομίζω λέγειν. Soph. El. 1382 v. supra p. 526 not. 4 — 455 ... Ὀρέστην ... ζῶντ' ἐπεμβῆναι ποδί, ὅπως τὸ λοιπὸν αὐτὸν (patrem) ἀφνεωτέραις χερσὶν στέφωμεν ἢ τανῦν δωρούμεθα. Cf. Eurip. Orest. 123, ubi Helena se sorori Klytaemnestrae voturam esse per Hermionen pollicetur: ἅπανθ' ὑπισχνοῦ νερτέρων δωρήματα. Iph. Taur. 1087 Iphigenia precationis vim auget his verbis: καὶ γὰρ ἐνθάδ' οὐ πρέπει ναίειν, παρόν σοι πόλιν ἔχειν εὐδαίμονα. Apud Aristophanem vota illa illuduntur hunc in modum: vesp. 394: κοὐ μή ποτέ σου παρὰ τὰς κάννας οὐρήσω μηδ' ἀποπάρδω. pac. 395 sqq., ubi petentes Hermen plurimis votis fatigant, ut reginam Εἰρήνην apportet. Cf. Thesmoph. 287 sqq. Illa serie innumerabilium votorum Aristophanes consulto consuetudinem votis deos commovendi illusisse videtur. Aristophanem etsi laudator veterum morum existimabatur, tamen a novis illis opinionibus praecipue Socrate auctore gliscentibus rudesque illas sententias consilio in dubium vocantibus novaque norma in iudicandis rebus et publicis et privatis irrepente non alienum fuisse et aliis exemplis infra p. 544 laudatis apparere puto atque spero.

Ut sacrificia antea oblata et vota postea solvenda deum iure quodam obstringere debent, ita pactum illud ipsum quasi ante oculos spectantium, ut ita dicam, initur in sacrificiis cum precibus coniunctis, quibus acceptis deus obligatur, ut munus munere penset. Optime illa genuina sententia sacrificii illustratur exemplis duobus Euripideis maxime egregiis: Hecub. 534 sqq. et Iph. Aul. 1570 sqq.[2]) Neque praetermittendum mihi videtur esse preces illas pronuntiari in immolandis hominibus; altera recitatur in immolanda Polyxena, altera in mactanda Iphigenia; atque inter se formulis sanctis congruunt, ut facile cognoscas:

Hecub. 534:	Iph. Aul. 1570:
ὦ παῖ Πηλέως, πατὴρ δ' ἐμός,	ὦ παῖ Ζηνός, ὦ θηροκτόνε, τὸ
δέξαι χοάς μου τάσδε κηλη-	λαμπρὸν εἱλάσσουσ' ἐν εὐφρόνῃ

1) Huc spectant illi versus: Choeph. 256, ubi Orestes Electra sorore recognita imprecans liberos Agamemnonis comparat cum aquilis desertis: πόθεν ἕξεις ὁμοίας χειρὸς εὔθοινον γέρας; — Choeph. 788 (chor.) Ζεῦ ... φυλάσσοις ... 792 δίδυμα καὶ τριπλᾶ παλίμποινα θέλων ἀμείψει.

2) Quamquam finis Iphigeniae Aulidensis, quae vocatur fabula, a multis viris doctis in dubium vocatus est, tamen mihi videor fieri non

τηρίους νεκρῶν ἀρωγούς· ἐλθὲ δ' ὡς πίῃς μέλαν κόρης ἀκραιφνὲς αἷμ', ὅσοι δωρούμεθα στρατός τε κἀγώ· πρευμενὴς δ' ἡμῖν γενοῦ. λῦσαί τε πρύμνας καὶ χαλινωτήρια νεῶν δὸς ἡμῖν πρευμενοῦς τ' ἀπ' Ἰλίου νόστου τυχόντας πάντας εἰς πάτραν μολεῖν.

φάος, δέξαι τὸ θῦμα τόδ' ὅ γέ σοι δωρούμεθα στρατός τ' Ἀχαιῶν Ἀγαμέμνων ἄναξ θ' ὁμοῦ. ἄχραντον αἷμα καλλιπαρθένου δέρης καὶ δὸς γενέσθαι πλοῦν νεῶν ἀπήμονα Τροίας τε πέργαμ' ἐξελεῖν ἡμᾶς δορί. —

Venio nunc ad ipsam explicationem illarum, quas attuli, precationum. Deus advocatur ad altaria — quam opinionem iam supra planius exposuimus — ut bibat sanguinem sacrum virginis immolatae. Ad hanc opinionem genuinam, quam plurimis exemplis demonstrare supervacaneum est, spectant formulae in precibus magicis cum sacrificiis coniunctis usurpatae.

Cf. Papyr. Paris. v. 2501 παράσθητί μοι κυρία ... 2543 δεῦρ' ἴθι ... δεῦρ' — 2548 δεῦρ' ἴθι ... 2550 δεῦρ' ... καὶ μόλε νῦν νύχια ... 2564 ἐλθ' ἐπ' ἐμαῖς θυσίαις ... cf. Il. I 335 ubi Artemis Oineum alloquitur: ἄλλοι δὲ θεοὶ δαίνυνθ' ἑκατόμβας ...[1])

Speciminis causa liceat afferre nonnulla exempla quibus illustretur, quam vulgaris fuerit opinio deos primo sacrificiis ipsis frui:

Cf. *Tylor* l. l. II 366 apud Polynesios: *„Hier ist Speise für viele, verzehre sie und sei uns gnädig um dieser Gabe willen."* v. p. 376 sqq. ubi de sacrificiis eorumque vi generaliter agitur. Kaegi, *Rig-Veda* carm. 7 = 1, 152 vs. 7 *„zur Opferfreude lade ich in Ehrfurcht und herzlich Euch ..."* 18, 3 = 7, 69 *„kehret helfend zu uns und trinkt den süfsen Trank."* *Usener: Sintflutsagen* pag. 11 vs. 96 *„die Götter rochen den Duft, die Götter rochen den guten Duft, die Götter sammelten sich wie Fliegen um den Opfernden."* pag. 19 (gen. 8, 21 Kautsch) *„als nun Jahve den angenehmen Duft roch, da beschloss er bei sich, ich will künftig die Erde nicht mehr zu Grunde richten ..."*

Cum vero id praesertim periculum sit, ut deus dona sacrificiis oblata accipiat, persaepe formula illa usurpatur δέξαι.

v. supra v. 534. Eurip. frg. 912 N² χοὴν πέλανόν τε φέρω ... σὺ δέ μοι θυσίαν ἄπυρον παγκαρπείας δέξαι πλήρη προχυθεῖσαν. Aristoph. nub. 269 sqq. ἔλθετε ... ἐπακούσατε ... δεξάμενοι θυσίαν καὶ τοῖς ἱεροῖσι χαρεῖσαι. pac. 977 δέξαι θυσίαν τὴν ἡμετέραν. Lysistr. 204 τὰ σφάγια δέξαι. vesp. 876 δέξαι ὅταν τελετὴν καινὴν — v. Aeschyl. Sept. 700 ἐκ χερῶν θεοὶ θυσίαν

posse, quin concedatur illum finem iam antiquis temporibus additum esse ideoque, si veteres preces perquiramus, adhiberi posse.

1) cf. *Stengel* l. l. p. 86 sqq.

δέχωνται. Xenoph. inst. Cyr. VIII 7, 3 Ζεῦ πατρῷε καὶ Ἥλιε καὶ πάντες θεοί, δέχεσθε τάδε . . . Herod. IV 13 τἀπίδορπα δέξαισθε.

Neque praetermittendum mihi videtur, quia hoc loco in numero earum formularum commemorem verbum δωρεῖσθαι, quod iam supra Herodoti locum citantes p. 527 urgebamus; saepius invenimus illam vocem et de donis deis datis et ab eis acceptis usurpatam in precibus sollemnibus. Utar nonnullis documentis, quae mihi in promptu sunt:

Herodot. I 87. v. p. 527, VII 54 . . . ἐδωρεῖτο; Soph. El. 457 ὅπως . . . ἀφνεωτέραις χερσὶν στέφωμεν ἢ τανῦν δωρούμεθα vs. 1383 v. p. 529. Eurip. Iph. Aul. 1572 Hecab. 537 . . . v. 530, Orest. 117 σὲ ταῖσδε δωρεῖται χοαῖς 123 ὑπισχνοῦ . . . δωρήματα. Aeschyl. Pers. 523, Plato Euthyphr. 14 C οὐκοῦν τὸ θύειν δωρεῖσθαί ἐστι τοῖς θεοῖς, τὸ δὲ εὔχεσθαι αἰτεῖν τοὺς θεούς; Politic. 290 CD καὶ μὴν καὶ τὸ τῶν ἱερέων αὖ γένος ὡς τὸ νόμιμόν φησι, παρὰ μὲν δωρεὰς θεοῖς διὰ θυσιῶν ἐπιστήμόν ἐστι κατὰ νοῦν ἐκείνοις δωρεῖσθαι· rep. 3, 394 A (ad Il. I 34 sqq.) εἴ τι πώποτε . . . ἱερῶν θυσίαις κεχαρισμένον δωρήσαιτο . . . Alc. II 10 ἕτεροι δ᾽ ἀναθήμασι δωρούμενοι τοὺς θεοὺς εὔχονται. praeterea locos quos e papyris erui: pap. mag. mus. Lugd. Bat. III 6 καὶ ἐδωρήσω μοι τὴν τοῦ ὄν σου γνῶσιν. pap. Berol. II 128 δῶρόν μοι ἐδωρήσω τὴν τοῦ μεγίστου σου ὀνόματος γνῶσιν. pap. Par. v. 491 θεοδώρητον (πνεῦμα). δώρημα deorum donum significans invenitur: Eurip. Heracl. 612. Med. 636. Hel. 883. Iph. Aul. 1074. Ion. 1428.

Transeamus ad alias causas, quibus petentes dei gratiam sibi conciliare et auxilium sibi vindicare student: ut exemplis moribusque supra allatis homines et donis antea oblatis et votis postea solvendis et sacrificiis in precatione ipsa datis deos, ut succurrerent, obligari putavisse illustratur, ita e sequentibus apparebit secundum ea, quae ab hominibus aequa atque iusta putarentur, etiam deos mortalium natura et moribus cogitatos acturos esse homines antiquos existimasse. Itaque saepenumero admoneri deos invenimus, ut cum antea auxilium praebuerint, his quoque in angustiis adiuvent. Quae sententia his formulis exprimitur: ἠμὲν δήποτ᾽ . . . εἴ που, εἴποτε . . . καὶ νῦν; πάρος . . . νῦν.[1])

Cf. Il. I 453; XVI 236 ἠμὲν δή ποτ᾽ ἐμεῦ πάρος (XVI 236 ἐμὸν ἔπος) ἔκλυες εὐξαμένοιο . . . ἠδ᾽ ἔτι καὶ νῦν μοι τόδ᾽ ἐπικρήηνον ἐέλδωρ. V 116 εἴποτέ μοι καὶ πατρὶ φίλα φρονέουσα παρέστης . . . νῦν αὖτ᾽ ἐμὲ φῖλαι Ἀθήνη; X 278 ἥ τέ μοι αἰεὶ ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίστασαι — νῦν αὖτε μάλιστά με φῖλαι Ἀθήνη. — cf. Eurip. Rhes. 609 ἐν πόνοισι

1) De illa formula nonnulla collegit exempla *Bloomfield* ad Aeschyl. Agam. 503. — *Naegelsbach. H. Th.*³ p. 200 sqq. N. H. Th. p. 215.

γὰρ παροῦϲ' ἀμύνειϲ τοῖϲ ἐμοῖϲ ἀεί ποτε — X 285 ϲπεῖό μοι, ὡϲ ὅτε πατρὶ ἅμ' ἕϲπεο Τυδέϊ δίῳ ἐϲ Θήβαϲ ... sequuntur quae dea iuvante pater effecit. v. 291 pergit ϲὺν ϲοί; δῖα θεά, ὅτε οἱ πρόφραϲϲα παρέϲτηϲ. ὣϲ νῦν μοι ἐθέλουϲα παρίϲταο καί με φύλαϲϲε. Apud Pindarum Heracles Iovem ut Telamoni filium det imprecans exclamat Isth. V (VI) 42 εἴποτ' ἐμᾶν, ὦ Ζεῦ πάτερ, θύμῳ θέλων ἀρὰν ἀκούϲαϲ ... νῦν ϲε νῦν εὐχαῖϲ ὑποθεϲπεϲίαιϲ λίϲϲομαι cf. Aeschyl. Ag. 520 εἴπου πάλαι ... προϲείδετ' ... δέξαϲθε. Soph. O.R. 165 (chor.) εἴ ποτε καὶ προτέραϲ ἄταϲ ... ἠνύϲατ' ... ἔλθετε καὶ νῦν.[1]) v. Eurip. Iph. Taur. 1082 ἥ περ μ' Αὐλίδοϲ κατὰ πτυχὰϲ δεινῆϲ ἔϲωϲαϲ ἐκ πατροκτόνου χερόϲ ϲῶϲόν με καὶ νῦν. frg. 781 N² (Phaet.) vs. 59 ϲύ θ' ὡϲ πάροϲ δέϲποινα Δήμητροϲ κόρη Ἥφαιϲτέ τ' ἔϲτε πρευμενεῖϲ δόμοιϲ ἐμοῖϲ.[2])

Sed priusquam ad aliam causam transeamus, commemorare liceat et in aliis precibus talia reperiri. Speciminis gratia, quomodo Indi preces auxerint, afferam: cf. *Oldenberg* l. c. p. 436: *„Man unterstützt seine Bitten durch die Erinnerung an den eigenen Eifer, an die alte Freundschaft mit dem Gott und dessen frühere Wohlthaten“* cf. *Kaegi. R. V.* p. 43. not. 101 et *„70 Lieder“* 22, 5 = 10, 108.

Eiusdem generis est, quod petentes afferunt se, quia vinculo quodam cum deo invocato coniuncti sint, summo iure sperare eum petita effecturum esse.[3])

cf. Bacchyl. XVI 53 Ζεῦ πάτερ ἄκουϲον εἴπέρ μ[ε κούρ]α Φοίνιϲϲα λευκώλενοϲ ϲοὶ τέκε ... Pind. Ol. VI 58 ἐκάλεϲε Ποϲειδᾶν ... ὃν πρόγονον. cf. Il. X 278 Rhes. 609 p. 531 laudatos. Philoct. 134 Odysseus de Athena ἥ ϲῴζει μ' ἀεί. Hippol. 887 Theseus ad patrem ὦ πάτερ Πόϲειδον. Iph. Taur. 1399 Iphigenia: ϲῶϲόν με τὴν ϲὴν ἱέρειαν. Phoeniss. 1365 Polyneices ad Heram: ϲὸϲ γὰρ εἰμ', ἐπεὶ γάμοιϲ ἔζευξ' Ἀδράϲτου παῖδα καὶ ναίω χθόνα ... Aeschylus Cererem, ut initiatus, Aristoph. ran. 886 ἥ θρέψαϲα τὴν ἐμὴν φρένα precatur.

Sed non solum is, qui ipse privato quodam vinculo cum deo coniunctus est, causam illam pronuntiat, ut sibi deorum auxilium paret, sed etiam ab iis, qui, cum in summis angustiis versentur, vinculo illo, ut ita dicam, indigent, a dei filio petunt, ut intercedat.[4]) Cf. ea quae a Diodoro 4, 61, Apollodoro 3, 12, 6. 9, 10 (Bekk.), Pausan. 2, 29, 2 narrantur de Aeaco.: oraculum suasisse in summa angustiarum versantibus, ut Aeacum ... τὸν Διὸϲ καὶ Αἰγίνηϲ ... ad rogandum adducerent, tamquam si „εὐϲεβέϲταϲοϲ“ ille summam auctori-

---

1) De Antig. 1140 v. *Adami* l. c. p. 234. 235 not. 1 locosque ab eo laudatos.

2) Huc referam: Aristoph. equit. 591 δεῖ γὰρ τοῖϲ ἀνδράϲι τοῖϲδε πάϲῃ τέχνῃ πορίϲαι ϲε νίκην εἴπερ ποτὲ καὶ νῦν.

3) cf. supra p. 511 *Naegelsbach: N. H. Th.* p. 224.

4) cf. *Lasaulx l. c.* p. 9.

tatem deos adeuntium haberet. Quid? Nonne similia ex aliis religionibus comparari possunt?

Sed mittamus hanc gravissimam rem atque transeamus ad reliquas causas, quibus imprecantes officio iustitiae vel aequitatis coactos esse deos adiuvare putaverint. Quibus in rebus deum describentes, quibus angustiis premantur orantes, ad misericordiam movent: Eurip. Electr. 1329 ἔνι γὰρ κἀμοὶ τοῖς τ' οὐρανίδαις οἶκτοι θνητῶν πολυμόχθων. v. *Spengler: Theologum. Euripid. Prg. Köln* 1863. p. 17 not. 47. Itaque haud raro copiose miseriae orantium explicantur; attamen advertendum est in scriptoribus tragicis interpretandis illustrandi causa, expositionis causa nonnunquam multa verba facta esse. Sed ne tritissimam rem repetam, locos tantum verbis non adiectis laudem:

Il. I 506 sqq., XVI 516, XXI 274, Odyss. V 445 sqq., Aeschyl. Choeph. 131/37, 247 sqq. Soph. Ai. 837. El. 118. O.R. 922. O.C. 101/105. Eurip. Alc. 164. El. 672. Hel. 1442. Heracl. 492. Cycl. 351. Aristoph. vesp. 328, 390.[1])

Praeterea, qua sint potentia, dei admonentur atque rogantur, ut adiuvent. Cf. locum a Naegelsbach laudatum: Theogn. 13 εὐχομένῳ μοι κλῦθι κακὰς δ' ἀπὸ κῆρας ἄλαλκε. σοὶ μὲν τοῦτο, θεά, σμικρόν, ἐμοῦ δὲ μέγα. Eiusdem generis sunt hi versus: Aeschyl. Choeph. 262/63 κόμιζ', ἀπὸ σμικροῦ δ' ἂν ἄρειας μέγαν δόμον. Eurip. Hel. 1444 κἂν ἄκρᾳ θίγῃς χερί, ἥξομεν ἵν' ἐλθεῖν βουλόμεσθα τῆς τύχης. Optime illam rem illustrant verba Eurip. Suppl. 65 sqq. ἔχομεν ἔνδικα . . . καί σοί τε πάρεστι σθένος. Quae cum ita sint, dei humano more instituti opem ferre debent. Quibus opinionibus commoti petentes talia proponunt humana: Iphigenia ad Artemin: Eurip. Iph. Taur. 1401 φιλεῖς δὲ καὶ σὺ σὸν κασίγνητον. Aristoph. vesp. 389 Philocleon ad Lycum: σὺ γὰρ οἷσπερ ἐγὼ κεχάρησαι τοῖς δακρύοισιν τῶν φευγόντων ἀεὶ καὶ τοῖς ὀλοφυρμοῖς.[2]) cf. Aeschyl. Choeph. 491 μέμνησο λουτρῶν, οἷς ἐνοσφίσθης κ. τ. λ. Soph. El. 68 auget Orestes precationis vim his verbis: σοῦ γὰρ ἔρχομαι δίκῃ καθαρτὴς πρὸς θεῶν ὡρμημένος. El. 117 τὸν ἐμὸν πέμψατ' ἀδελφόν, μούνη γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ λύπης ἀντίρροπον ἄχθος. O.C. 102 δότε πέρασιν ἤδη καὶ καταστροφήν τινα, εἰ μὴ δοκῶ τι μειόνως ἔχειν, ἀεὶ μόχθοις λατρεύων τοῖς ὑπερτάτοις βροτῶν.

Sed non semper homines quasi animo submisso deos adeunt, sed etiam rati se optime scire, quo tempore modus miseriarum trans-

---

1) cf. de his *Naegelsbach: N. H. Th.* p. 215. — *Kaegi, R. V.* p. 43 ex carminibus laudat: *„wenn ich so viel besäfse, wie du, o Gott, ich würde den Sänger nicht der Armut preisgeben.“*

2) Huc quadrant in versibus Pind. Ol. I 77 verba Pelopis: φίλια δῶρα Κυπρίας ἄγ' εἴ τι, Ποσείδαον, ἐς χάριν τέλλεται. v. quae Boeckh adnotat ad h. l.

eatur, deos acerba reprehensione perstringunt.[1]) Cf. Herodot. VI 80 Cleomenis verba: ὦ Ἄπολλον χρηστήριε, ἦ μεγάλως μ' ἠπάτηκας φάμενος Ἄργος αἱρήσειν. Aeschyl. Eum. 106 ἦ πολλὰ μὲν δὴ τῶν ἐμῶν ἐλείξατε, χοάς τ' ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα, καὶ νυκτίσεμνα δεῖπν' ἐπ' ἐσχάρᾳ πυρὸς ἔθυον, ὥραν οὐδενὸς κοινὴν θεῶν. καὶ πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα. Posteriore aetate illa reprehendendi consuetudo rarius invenitur, cum aliae sententiae vigerent.[2])

Sed Euripides reprehensionibus illis prudens ac consilio saepius usus est in precibus; cf. Hel. 1099 ἄλις δὲ λύμης, ἥν μ' ἐλυμήνω πάρος ... 1102 τί ποτ' ἄπληστος εἶ κακῶν ἔρωτας ἀπάτας δόλιά τ' ἐξευρήματα ἀσκοῦσα φίλτρα θ' αἱματηρὰ δωμάτων; 1446 ἄλις δὲ μόχθων, οὓς ἐμοχθοῦμεν πάρος. Heraclid. 869 χρόνῳ μὲν τ' ἄμ' ἐπεσκέψω κακά ... frg. 900 N[2] ὤφειλε δῆθεν, εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ Ζεύς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθιστάναι. cf. Phoen. 86 v. *lin.* 28. — Inde proficiscitur Euripides philosophus et in deorum opiniones vulgares acerrime invehitur, ut iis, qui audiant et labores hominum in scaenam prodeuntium videant, demonstret, quam absurda sit eorum opinio, qui tales esse deos velint, quales homines iisdemque quibus humanam naturam affectionibus obnoxios cogitent. Ac primum quidem homines precantes dubitantes facit, num tales sint dei, quales tradantur: cf. Heracl. 490 ὦ φίλτατ', εἴ τις φθόγγος εἰσακούεται (Wil.) θνητῶν παρ' Ἅιδῃ. Hipp. 890 εἴπερ ἡμῖν ὤπασας σαφεῖς ἀράς. Hel. 1441 ὦ Ζεῦ, πατήρ τε καὶ σοφὸς κλῄζει θεός. Cycl. 354 Ζεῦ ξένι', ὅρα τάδ', εἰ γὰρ αὐτὰ μὴ βλέπεις, ἄλλως νομίζει Ζεύς, τὸ μηδὲν ὤν, θεός. Orest. 1231 ὦ πάτερ ἱκοῦ, δῆτ', εἰ κλύεις εἴσω χθονὸς τέκνων καλούντων.[3]) Phoen. 86 χρὴ δ', εἰ σοφὸς πέφυκας, οὐκ ἐᾶν βροτὸν τὸν αὐτὸν ἀεὶ δυστυχῆ καθεστάναι.

Etsi ante Euripidem iam multi de iis, quae de deorum natura fabulis tradebantur, dubitaverunt[4]), tamen poeta ille clarrissimus novas illas opiniones primus in preces inseruit, cum praesertim eos loquentes fingeret, qui egregiam imaginem tristissimae miseriae praebebant: cf. Hecubam in Troad. dicentem vss. 98/152. 469. 1240. 1280. 1295; et homines in Helena, Hercule, Ione fabulis loquentes.[5]) Sed non solum inanes illas nugas et commenta levia, quae mens in-

---

1) De exemplis Homericis cf. *Naegelsbach*: *H. Th.* p. 200.

2) cf. *Naegelsbach* N. H. Th. p. 224—27; de reprehensione oraculo delphico facta multa exempla afferri possunt. cf. *Nestle, Euripides, der Dichter der griechischen Aufklärung* p. 108 sqq.

3) In prece Hel. 965 generaliter Menelaus mortuos vim quandam habere infitiatur.

4) cf. *Decharme: Euripide et l'esprit de son théâtre* p. 59 sqq. *Schmidt* l. c. I p. 141. *Naegelsbach: N. H. Th.* p. 427 sqq. *Nestle* l. c. p. 87—152.

5) cf. locos a *Lübcker* l. c. p. 5, 11. a *Decharme* l. c. p. 64 sqq. collectos.

culta sibi finxerat, reiecit atque sprevit, sed etiam suam opinionem haud raro explicuit per eos, quos loquentes induxit: ita Amphitruoni preces illas captiosas Heracl. 339/47 pronuntianti Herculem verbis Xenophanis respondentem fingit a v. 1340.[1]) In Troad. cum Andromache et Cassandra tum Hecuba et sententias populares explicant et poetae opiniones proferunt: cf. vs. 914 sqq., ubi elegantissimam illam disputationem inter Helenam in deos transferre malefactorum culpam studentem et Hecubam Euripidis ipsius sententiam promulgantem a v. 969 et fabulas illas Iliacas acerrime refutantem inseruit.[2])

Etiamsi statuere nequeamus Euripidem certos homines, ut tales novas opiniones doceret, elegisse, tamen is, qui hanc partem precationum in Euripidis fabulis traditarum iterum atque iterum pervestigaverit pertractaveritque, qua tam varia et diversa proponuntur, cognoscet eas opiniones, quae minime cum religione populari pugnent et, quae sancta atque venerabilia vulgo habebantur, privent illa sanctitate, effundi per nuntios.[3]) Nuntius in scaenam prodit et oratione recta ad verbum preces cuiusdam recitat, non oratione obliqua ut apud Aeschylum Sept. 639 — uno loco Heraclid. 851/55 excepto —. Quae proprietas a ceteris poetis tragicis aliena summi esse momenti mihi videtur, cum hac ratione eas veteres opiniones, quibus, quamquam veras non putat, tamen carere non potest, nullo ipsius iudicio addito tribuit narrationibus nuntiorum.[4])

In numero earum precum, quae non per nuntios proferuntur, hae tantum reprehensione carentes inveniuntur: Iph. Taur. 1082—1088 preces ab Iphigenia sacerdote ad deam missae, Suppl. init. ab Aethra ad Cererem, quae fabula in universum sollemni quodam tenore scripta est[5]); El. 671: ab Electra et Oreste ad patrem mortuum datae; ceterae preces, quas adhibui, plenae sunt reprehensionis et contemptus deorum vulgarium, ut supra demonstravimus. Sed non solum veterem deorum opinionem contempsit, sed etiam novas de deorum natura sententias pronuntiavit, novos deos imprecatus est — cf. Troad. 884 sqq. et apud Aristoph. ran. 894 — et sanctiores et honestiores; neque ut attingam, quae ad hanc partem precationis pertinent, deos maximis sacrificiis votisque petita dare cogi posse, sed qua mente immolaretur, maxime interesse putabat. cf. frg. 327, 6 ⟨τοὺϲ⟩ θεοῖϲι μικρὰ θύονταϲ τέλη τῶν βουθυτούντων

---

1) cf. *Heracles* ed. *Wilamowitz*[2] ad. vs. 340 et 1340 et eiusdem *Griech. Trag.* I p. 288/89.

2) cf. *Steiger,* Philologus (1900) p. 362 sqq.

3) Exempla precum a nuntiis pronuntiatarum: Alc. 163/69. Hec. 532/37, Hel. 1584 sqq. Heraclid. 851 sqq. El. 805 sqq. Hipp. 1190 sqq. Iph. Aul. 1570 sqq. Iph. Taur. 269 sqq. 1398 sqq. Phoen. 1364 sqq. 1372 sqq.

4) Nuntiis omnino agendum non est, sed narrare tantum licet. cf. *Rassow: Quaestiones selectae de Euripideorum nuntiorum narrationibus.* Gryph. Diss. 1883. p. 17/18.

5) cf. Rohde, *Psyche* II[2] p. 253 not. 4.

ὄντας εὐσεβεστέρους (εἰσορῶ).[1]) *Nestle* l. c. p. 53, 10 c. not. et p. 117 planius de hac re disputat sententiasque illas tribuit Heraclito. Inde ab illo saeculo illam opinionem de sacrificiis eorumque vi semper pervulgatam invenimus: cf. Alcib. II 149 D, ubi contra τὸ θεοὺς θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς πείθειν disputatur: cf. Plat. rei publ. 2, 364 B. 3, 399 B. legg. 10, 909 B. 931 BC.[1]) Xenoph. memorab. 1, 3, 3 de Socrate commemoratur: θυσίαις δὲ θύων μικρὰς ἀπὸ μικρῶν οὐδὲν ἡγεῖτο μειοῦσθαι τῶν ἀπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ μεγάλα θυόντων.[2]) Apud Stoicos semper urgetur *mens pura* in precibus adhibenda[3]): v. Sen. epist. 95, 50 *vis deos propitiare? bonus esto, satis illos coluit, quisquis imitatus est.* 60, 1 *o quam inimica nobis sunt vota nostrorum!* cet. *sunt vota nostrorum* . . . cf. quae Persius secunda satira explicat, ubi doctrinam stoicam sententiae prioris aetatis de efficacia precum opponit. . . . vs. 3 *non tu prece poscis emaci* . . . *quae nisi seductis nequeas committere divis.* v. schol. ad. 4 *quia putant impia postulantes promissis votis deorum redimere voluntates.* vs. 48 *et tamen hic extis et opimo vincere ferto intendit.* cf. 73/75 c. schol. cf. Juv. sat. X inde passim talia explicantis. cf. Apoll. Tyan. epist. 26 (Hercher.) Porphyr. de abstinent. 2, 15 ad. Marcell. c. 19. Sed ne longius aberremus a proposito nostro, haec quidem statuamus: Ab Euripidis aetate, secundum doctrinas philosophorum, pervulgari coeptas esse sententias, secundum quas pars illa secunda in precibus tractandis omnino fere usurpari non posset. Non iam homines, ut ex exemplis supra allatis elucet, deos commovere atque iure quodam obstringere nitebantur, ut, quae sibi optabant, momento temporis darent, sed aliae rationes et honestiores adhibebantur. Itaque Euripides in precatione illa celeberrima Troad. 884 sqq.[4]) explicat, deum semper iustitia uti, eiusdemque iustitia confisus Socrates Xenoph. Mem. 1, 3, 2 deis permittit dare quae utilia sint, cum homines nesciant. Quae sententia apud Stoicos vulgaris erat: cf. Epictet. diss. 2, 1, 2, 95. 4, 4, 21 . . . εἰ ταύτῃ τῷ θεῷ φίλον, ταύτῃ γενέσθω atque inde usque ad Christi preces pervenit celeberrimas: cf. Matth. 26, 39 πάτερ μου, εἰ δύνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο, πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. Satis superque mihi videtur esse dictum quantam ad existimationem precantes pervenerint paulatim deorum eorumque consuetudinum cum hominibus initarum; attamen sequente parte denuo ad has opiniones revertamur.

---

1) cf. *Zeller: Philosophie der Griechen* II³ p. 785.
2) cf. *Schmidt* l. c. II 43.
3) cf. de Stoicorum precibus: *A. Bonhöffer: Die Ethik des Stoikers Epiktet.* 1894. p. 75 sqq. Zeller l. c. III³ p. 311. 313. d. *Dieterich: Necyia* p. 67 de his sententiis.
4) cf. *Nestle* l. c. p. 145: *Die Gottheit des Euripides.*

III.

Nunc denique ad tertiam partem, preces ipsas, descendamus. Ac primum quidem de formulis pauca praefari liceat. Nonnunquam transitur ad preces voce ἀλλά:

cf. Il. X 463 ἀλλὰ καὶ αὖτις· plerumque nomine dei invocati repetito: Il. VIII 242 ἀλλὰ Ζεῦ, τόδε πέρ μοι ἐπικρήηνον ἐέλδωρ. Il. I 503 Thetis ad Iovem precatur et a vs. 508 his verbis ad preces ipsas progreditur: ἀλλὰ σύ πέρ μιν τῖσον, Ὀλύμπιε μητιέτα Ζεῦ. Cf. XVI 523. XIX 273 Soph. O. C. 101 Eurip. Iph. Taur. 1086. Haud raro hac vocula tota precatio initur: cf. Il. XVII 645 Ζεῦ πάτερ . . . ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι. Odyss. III 380 ἀλλὰ ἄνασσ' ἵληθι. Soph. El. 67 ἀλλ' ὦ πατρῴα γῆ. Aristoph. nub. 1478. vesp. 323. Thesm. 282.

Saepius usurpantur formulae νῦν, καὶ νῦν, cf. alterius partis elocutiones: εἴποτε . . . νῦν p. 531 v. Bacchyl. XVI 55 . . . νῦν Aeschyl. Eum. 287 . . . καὶ νῦν, praeterea quae antea exposita sunt, comprehenduntur vocula ταῦτα: cf. Soph. El. 655 ταῦτα, ὦ Λύκει' Ἄπολλον ἵλεως κλύων δός. Aristoph. pac. 1016 ταῦτ' . . . ἡμῖν δίδου. v. Demosth. 20, 49.[1])

Preces ipsae pronuntiantur modo imperativo, optativo, infinitivo, sacra illa forma vetustissima.[2]) Exempla illius infinitivi Homerica contulit *La Roche* ad Il. II 413, quem ad locum et ad alios scholiasta inscius adnotat: λείπει τὸ δός. v. Herodot. V 105 ὦ Ζεῦ ἐκγενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι. Eurip. Heracl. 500 ἀμύνειν cf. *Wilamowitz, Heracl.* II² a. h. l. Denique forma negativa invenitur passim. v. Aeschyl. Sept. 71 μὴ . . . ἐκθαμνίσητε. Soph. Ai. 844 μὴ φείδεσθε. Eurip. Hel. 1098 μή μ' ἐξεργάσῃ. Aristoph. nub. 1478 μηδαμῶς θύμαινέ μοι, μηδέ μ' ἐπιτρίψῃς; saepius.

Imperativi frequentissimi a verbo διδόναι derivantur: de formula δός apud Homerum cf. *La Roche* ad Il. III 322; accedunt δίδου: Odyss. III 58; δίδωθι: III 380; δότε: Il. VI 476. Apud Aeschylum: δός: Choeph. 140. 480. 490. Soph. El. 646. 656. Eurip. El. 675/76. Hec. 540. Iph. Aul. 1575. Phoen. 85. 1367. 1374. ἀπόδος: Hel. 963. 972. δότε: Soph. O. C. 102. Eurip. Orest. 1243. saepius.

Praeterea saepe usurpatur verbum δέχεσθαι: de testimoniis ad sacrificia spectantibus cf. supra p. 530. v. Aeschyl. Eum. 236 δέχου . . . ἀλάστορα Ag. 517. στρατὸν δέχεσθαι ibid. 521 δέξασθε κόσμῳ βασιλέα πολλῷ χρόνῳ v. Suppl. 29. 219. Soph. O. C. 44. Augentur illae voculae saepius adiectivis vel adverbiis adpositis his: *ἵλαος*,

1) De formulis illis in hymnis usurpatis cf. *Adami*, l. l. p. 234.

2) De infinitivo in hymnis usitato cf. *Adami*, l. l. p. 243, in rebus magicis *C. I. A. app.* ed. *Wünsch* s. v. *D. Devotionum formulae singulis verborum modis conceptae.*

ἵλεως, εὐμενής, πρευμενής, πρόφρων, εὔφρων, quae formulae sacrae et sollemnes summo iure dici possunt:

Pind. Pyth. 12, 4 ἵλαος ... σὺν εὐμενείᾳ ... δέξαι. Soph. El. 1376 ἵλεως αὐτοῖν κλύε. 655 ταῦτα ... ἵλεως κλύων δός. Theogn. 781 ἵλαος ἡμετέρην τήνδε φύλασσε πόλιν. Frg. trag. adesp. N[2] 164. ἵλεως γενοῦ. Plato. legg. IV 712 B θεὸν πρὸς τὴν τῆς πόλεως κατασκευὴν ἐπικαλούμεθα, ὁ δὲ ἀκούσειε καὶ ἀκούσας ἱλέως εὐμενής τ' ἡμῖν ἔλθοι; saepius.[1]) Herodot. 2, 45 παρὰ τῶν θεῶν καὶ παρὰ τῶν ἡρώων εὐμενείη εἴη. Aeschyl. Suppl. 686 εὐμενὴς δ' ὁ Λύκειος ἔστω. Ag. 951 τὸν κρατοῦντα μαλθακῶς θεὸς πρόσωθεν εὐμενῶς προσδέρκεται. Soph. Antig. 1199 αἰτήσαντες ἐνοδίαν θεὸν Πλούτωνα τ' ὀργὰς εὐμενεῖς κατασχεθεῖν. Frg. 644 N[2] Ἀσκληπιοῦ παιῶνος εὐμενοῦς τυχών. Eurip. Alc. 791 εὐμενὴς γὰρ ἡ θεός. Bacch. 923 ὁ θεὸς ὁμαρτεῖ πρόσθεν ὢν οὐκ εὐμενής. Andr. 54 εἴ πως ... θεὸν παράσχοιτ' εὐμενῆ; Iphig. Taur. 1086 εὐμενὴς ἔκβηθι βαρβάρου χθονός. Med. 918 τ' ἄλλα δ' ἐξεργάζεται πατήρ τε καὶ θεῶν ὅστις ἐστὶν εὐμενής. Suppl. 630 chor. πόλει μοι ξύμμαχος γενοῦ τῇδε εὐμενής. Suppl. 552 πρός τε γὰρ τοῦ δυστυχοῦς ὡς εὐμενὴς ᾖ, τίμιος γεραίρεται. ibid. 1230 εὐμενοῦς πόλει οὔσης Frg. 26 N[2] ἡνίκ' ἐστὶν εὐμενής. Aristoph. Lysistr. 204 τὰ σφάγια δέξαι εὐμενής. Cf. Menandr. frg. 616. Plutarch. de superstit. 166 D Antonin. ἑ. ἑ. 9, 10. Epictet. diss. 3, 1, 36 saepius. De papyris cf. indic. apud *Wessely* et al.

Aeschyl. Suppl. 138 τελευτὰς ... πατὴρ ... πρευμενεῖς κτίσειεν. ibid. 210 Ζεὺς ... ἴδοιτο δῆτα πρευμενοῦς ἀπ' ὄμματος. Pers. 609 παιδὸς πατρὶ πρευμενεῖς χοάς. ibid. 685 χοὰς δὲ πρευμενὴς ἐδεξάμην (Darius). Soph. El. 453 αἰτοῦ ... δὲ πρευμενῆ ἡμῖν ἀρωγὸν αὐτὸν ... μολεῖν. Eurip. Hec. 538 πρευμενὴς δ' ἡμῖν γενοῦ. Frg. 781, 60 N[2] ἔστε πρευμενεῖς δόμοις ἐμοῖς.

Il. VIII 23 ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύσσαι. ibid. 39 θυμῷ πρόφρονι. XIV 357 πρόφρων νῦν Δαναοῖσι, Ποσείδαον, ἐπάμυνε. Odyss. XIII 359 αἴ κεν ἐᾷ πρόφρων με Διὸς θυγάτηρ ... ζώειν. XIX 398 ὁ δέ οἱ πρόφρων ἅμ' ὀπήδει. Hesiod. opp. 667 εἰ δὴ μὴ πρόφρων γε Ποσειδάων ... Aeschyl. suppl. 216 συγγνοῖτο δῆτα καὶ παρασταίη πρόφρων. Choeph. 1063 σ' ἐποπτεύων πρόφρων θεὸς φυλάσσοι. Soph. El. 1380 γενοῦ πρόφρων ἡμῖν ἀρωγός. Eurip. Alc. 743 πρόφρων σε χθόνιος θ' Ἑρμῆς Ἅιδης τε δέχοιτ'. Aristoph. av. 928 (Pindar) δὸς ἐμὶν ὅ τί περ τεᾷ κεφαλᾷ θέλεις πρόφρων δόμεν ἐμίν τεΐν. Soph. Ai. 702 ἄναξ Ἀπόλλων ὁ Δάλιος εὔγνωστος ἐμοὶ ξυνείη διὰ παντὸς εὔφρων. De formulis ἐλθὲ, ἰδοῦ, ἄκουσον, κλῦθι preces in universum incipientibus supra planius exposuimus; restat, ut commemorem formulas illas Homericas: κρήηνον ἐέλδωρ: Il. I 41. 504 ἐπι-

---

1) cf. *Drexler, Mythol. Beitr.* p. 53 not. 1.

κρήηνον ἐέλδωρ: I 455 VIII 242 XVI 238 κρηήνατ᾽: Odyss. XVII 242. κρῆνον ... ἔπος XX 115.

His formulis enumerandis ad ea, quae rogantur, transgressi sumus, quae quidem planius perlustremus. Quoniam, ut supra exposuimus, occasio precandi secundum ea, quae momentum temporis postulat, captatur, preces quoque variae ac diversae effunduntur. Itaque quae quidem optanda oranti in mentem veniunt, petuntur a deis atque brevi post voluntate versa abrogantur. Cf. Il. I 42 Chryses iratus Apollinem rogat, ut mittat pestiferas sagittas: τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσιν βέλεσσιν et idem v. 456 precatur ἤδη νῦν Δαναοῖσιν ἀεικέα λοιγὸν ἄμυνον. Optime illud genus illustratur exemplis Homericis, cum ex eis, quae carminibus illis continentur, dico discrimina pugnae, planius variae preces deriventur.

cf. Il. V 118 δὸς ... μ᾽ ἄνδρα ἑλεῖν καὶ ἐς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν. VI 306 ἆξον δὴ ἔγχος Διομήδεος ... ἠδὲ καὶ αὐτὸν πρηνέα δὸς πεσέειν. X 281 δὸς δὲ πάλιν ἐπὶ νῆας ἐυκλείας ἀφικέσθαι. 285 σπεῖο ... 291 παρίσταο καί με φύλασσε. XVI 523 Glaucus violatus Apollinem imprecatur: ἕλκος ἄκεσσαι, κοίμησον δ᾽ ὀδύνας, δὸς δὲ κράτος ... XVII 645 Aias, postquam nebula exorsa conspectum hostium ademit, petit ῥῦσαι ὑπ᾽ ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν, ποίησον δ᾽ αἴθρην ... δὸς ... ἰδέσθαι. Odyss. IV 765 Penelope: φίλον υἷα σάωσον, μνηστῆρας δ᾽ ἀπάλαλκε. VI 327 Odysseus: δός μ᾽ ἐς Φαίηκας φίλον ἐλθεῖν ἠδ᾽ ἐλεεινόν. IX 530 Polyphemus: δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον οἴκαδ᾽ ἱκέσθαι, ἀλλ᾽ ... ὀψὲ κακῶς ἔλθοι.

Multa alia adiungi possunt, sed mittamus exempla, quae Naegelsbach planius congessit[1]); atque nonnulla alia testimonia e precibus tragicorum et posterioris aetatis colligamus, ubi eundem in modum et bona et mala sibi et aliis, prout temporis momento optabilia videntur, orant:

Aeschyl. Sept. 71/77 μὴ ... πόλιν ... ἐκταμνίσητε ... γένεσθε δ᾽ ἀλκή. Choeph. 19 γενοῦ δὲ σύμμαχος θέλων ἐμοί. ibid. 138 ἐλθεῖν δ᾽ Ὀρέστην δεῦρο. ibid. 142 τοῖς δ᾽ ἐναντίοις λέγω φανῆναί σου, πάτερ, τιμάορον ... Eum. 236 δέχου δὲ πρευμενῶς ἀλάστορα. ibid. 297 ἔλθοι ... ὅπως γένοιτο τῶν δ᾽ ἐμοὶ λυτήριος. Soph. Ai. 826 πέμψον τιν᾽ ἡμῖν ἄγγελον, κακὴν φάτιν Τεύκρῳ φέροντα ... 832 Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κομίσαι ... 844 γεύεσθε, μὴ φείδεσθε πανδήμου στρατοῦ ... 846 Ἥλιε ... ἄγγειλον, ἄτας τὰς ἐμὰς μόρον τ᾽ ἐμὸν γέροντι πατρὶ ... 854 ὦ Θάνατε, Θάνατε, νῦν μ᾽ ἐπίσκεψαι μολών. El. 68 δέξασθέ μ᾽ εὐτυχοῦντα ταῖσθε ταῖς ὁδοῖς ... 71 μή μ᾽ ἄτιμον τῆσδ᾽ ἀποστείλητε γῆς, ἀλλ᾽ ἀρχέπλουτον καὶ καταστάτην δόμων. 115 ἔλθετ᾽ ἀρήξατε, τίσασθε πατρὸς φόνον ἡμετέρου καί μοι τὸν ἐμὸν πέμψατ᾽ ἀδελφόν. 645 pravissimas illas preces Clytaemnestrae: ταῦτά μοι ... εἰ μὲν

1) cf. *Naegelsbach, H. Th.*³ p. 199.

πέφηνεν ἐσθλά, δὸς τελεσφόρα, εἰ δ' ἐχθρά, τοῖς ἐχθροῖσιν ἔμπαλιν μέθες. 1380 γενοῦ πρόφρων ἡμῖν ἀρωγὸς τῶνδε τῶν βουλευμάτων. O. R. 920 ἱκέτις ἀφῖγμαι ... ὅπως λύσιν τιν' ἡμῖν εὐαγῆ πόρῃς O. C. 102 δότε πέρασιν ἤδη καὶ καταστροφήν τινα.[1]) Eiusdem generis sunt preces Euripidis: Hecab. 539 λῦσαί τε πρύμνας καὶ χαλινωτήρια νεῶν δὸς ἡμῖν πρευμενοῦς τ' ἀπ' Ἰλίου νόστου τυχόντας πάντας εἰς πάτραν μολεῖν. Cf. Iph. Aul. 1575 καὶ δὸς γενέσθαι πλοῦν νεῶν ἀπήμονα Τροίας τε πέργαμ' ἐξελεῖν ἡμᾶς δορί· Hel. 1094 ἀνάψυξον πόνων. 1101 θανεῖν δ' ἔασόν μ'. 963 ἀπόδος ἀπαιτῶ τὴν ἐμὴν δάμαρτά σε ... 972 ἢ νῦν ἐκείνους ἀπόδος ἐμψύχους πάλιν. 1442 μετάστησον κακῶν. 1586 σώσατέ μ' ἐπ' ἀκτὰς Ναυπλίας. Heraclid. 851 ἡμέραν μίαν νέος γενέσθαι κἀποτίσασθαι δίκην ἐχθρούς. El. 675 νίκην δός. 679 ἄμυν' ἄμυν'... Iph. Taur. 1084 σῶσόν με καὶ νῦν τούσδε τ'... 1086 εὐμενὴς ἔκβηθι βαρβάρου χθονός. 1399 σῶσόν με τὴν σὴν ἱέρειαν. Phoen. 1367 δός μοι κτανεῖν ἀδελφόν. 1374 δὸς ἔγχος ἡμῖν καλλίνικον ἐκ χερὸς εἰς στέρν' ἀδελφοῦ τῆσδ' ἀπ' ὠλένης βαλεῖν κτανεῖν θ' ὃς ἦλθε πατρίδα πορθήσων ἐμήν.

Apud Aristophanem multa testimonia eiusdem generis exstant. cf. sub voce δέξαι p. 538 cf. Ach. 247 κεχαρισμένως σοι ... ἐμὲ πέμψαντα καὶ θύσαντα μετὰ τῶν οἰκετῶν ἀγαγεῖν ... τὰς σπονδὰς ... καλῶς ξυνενέγκειν. vesp. 393 ἐλέησον καὶ σῶσον νυνὶ τὸν σαυτοῦ πλησιόχωρον. 870 τὸ πρᾶγμ' ὃ μηχανᾶται ἔμπροσθεν οὗτος τῶν θυρῶν, ἅπασιν ἡμῖν ἁρμόσαι παυσαμένοις πλάνων. Accedunt preces quibus in risus deflexit homines qui audiunt: vesp. 324 ἤ με ποίησον καπνὸν ἐξαίφνης, ἢ Προξενίδην, ἢ τὸν Σέλλου τοῦτον τὸν ψευδαμάμαξυν ... (cf. schol. ad h. l.). Thesm. 287 πολλὰ πολλάκις μέ σοι θύειν ἔχουσαν, εἰ δὲ μάλλὰ νῦν λαθεῖν. καὶ τὴν θυγατέρα χοῖρον ἀνδρός μοι τυχεῖν πλουτοῦντος, ἄλλως τ' ἠλιθίου κἀβελτέρου, καὶ πρὸς θάληκον νοῦν ἔχειν μοι καὶ φρένας. Ach. 816 negotiator Megaricus dicit: Ἑρμᾶ 'μπολαῖε, τὰν γυναῖκα τὰν ἐμὰν οὕτω μ' ἀποδόσθαι τάν τ' ἐμαυτοῦ ματέρα. equit. 766 (Kleon.) ὥσπερ νυνὶ μηδὲν δράσας δειπνεῖν ἐν τῷ πρυτανείῳ. Lysistr. 742 ἐπίσχες τοῦ τόκου ἕως ἂν εἰς ὅσιον μόλω 'γὼ χωρίον. Eccl. 369 ὦ πότνι' Εἰλείθυια, μή με περιίδῃς διαρραγέντα μηδὲ βεβαλανωμένον ἵν' μὴ γένωμαι σκωραμὶς κωμῳδική. Nugae illae cumulantur aliis locis: cf. pac. 991 sqq. Thesm. 295 sqq. Sed his precibus non solum ad risum vertere voluisse ille poeta mihi videtur hominum animos, sed etiam ut supra contendimus et infra p. 544 exponemus ad maiora spectasse illudendo veterum suaeque aetatis mores.

Atque priusquam de petitis honestioribus atque decorioribus disseramus, nonnullis verbis de precibus in universum editis dicamus, quibus homines auxilium, misericordiam, gloriam talia assequi student: cf. Odyss. V 450 ἐλέαιρε. Aeschyl. Choeph. 130 ἐποίκτιρον;

1) Talia saepius in precibus magicis Papyr. mus. Lugd. Bat. IX 26 τέλει τελείαν τελετήν. VIII 11 τέλεσόν μοι τήνδε πρᾶξιν. Papyr. Paris. *(Wessely)* 2565 πρᾶγμα τέλεσον. 2868 καί μοι τόδε πρᾶγμα ποίησον.

ibid. 502 οἴκτιρε; Soph. O. C. 109 οἰκτίρατ'; cf. exempla supra sub formulis p. 537 sqq. laudata. Il. XXIV 592 μή μοι... cκυδαινέμεν. Soph. El. 1382 δεῖξον ἀνθρώποιcι τἀπιτίμια τῆc δυccεβείαc οἷα δωροῦνται θεοί. Eurip. El. 805 πολλάκιc με βουθυτεῖν καὶ τὴν κατ' οἴκουc Τυνδαρίδα δάμαρτ' ἐμὴν πράccονταc ὡc νῦν, τοὺc δ' ἐμοὺc ἐχθροὺc κακῶc. Hipp. 523 cύνεργοc εἴηc. τἄλλα δ' οἷ' ἐγὼ φρονῶ, τοῖc ἔνδον ἡμῖν ἀρκέcει λέξαι φίλοιc. Il. VII 203 δὸc νίκην Αἴαντι καὶ ἀγλαὸν εὖχοc ἀρέcθαι. Odyss. III 57 κῦδοc. ibid. 380 κλέοc ἐcθλόν. Il. I 505 τίμηcόν μοι υἱόν ... Il. VI 476 Hector pro infante filio haec petit: Ζεῦ ἄλλοι τε θεοί, δότε δὴ καὶ τόνδε γενέcθαι παῖδ' ἐμόν, ὡc καὶ ἐγώ περ, ἀριπρεπέα Τρώεccιν, ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν καὶ Ἰλίου ἶφι ἀνάccειν· καί ποτέ τιc εἴποι πατρόc γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων ἐκ πολέμου ἀνιόντα φέροι δ' ἔναρα βροτόεντα κτείναc δήιον ἄνδρα, χαρείη δὲ φρένα μήτηρ.[1]) Eiusdem generis mihi videtur esse oratorum Atticorum consuetudo initio orationis deos summatim imprecandi: cf. *Meuss*, l. c. p. 460. De eodem more Periclis cf. Plutarch. Pericl. 8, 3. Moral. 803. Quint. inst. 12, 9.[2])

Neque praetermittendum mihi videtur esse a deis et peccatorum veniam peti non in universum, sed eorum, quae in eos ipsos commissa sunt: cf. Simonidis frg. 22. Bergk P. L. G. II p. 241 vs. 15 μεταιβολία δέ τιc φανείη, Ζεῦ πάτερ, ἔκ cεο, ὅτι δὴ θαρcαλέον ἔποc, εὔχομαι [καὶ νόcφιν] δίκαc, cύγγνωθί μοι. Herodot. VI 86, 4 ταῦτα ἀκούcαc ὁ Γλαῦκοc cυγγνώμην τὸν θεὸν παραιτέετο αὐτῷ cχεῖν τῶν ῥηθέντων. Soph. Antig. 65 ἐγὼ (Ismene) μὲν οὖν αἰτοῦcα τοὺc ὑπὸ χθονὸc ξύγγνοιαν ἴcχειν, ὡc βιάζομαι τάδε, τοῖc ἐν τέλει βεβῶcι πείcομαι. Eurip. Hipp. 117 χρὴ cυγγνώμην ἔχειν, εἴ τιc c' ὑφ' ἥβηc cπλάγχνον ἔντονον φέρων μάταια βάζει. Iph. Taur. 1400 κλοπαῖc cύγγνωθ' ἐμαῖc. Idem fere valent verba, quae Andromache de Neoptolemo Delphos profecto profert: Eurip. Andr. 54 sqq. εἴ πωc τὰ πρόcθε cφάλματ' ἐξαιτούμενοc θεὸν παράcχοιτ' εἰc τὸ λοιπὸν εὐμενῆ, (cf. frg. 645 N.² cυγγνώμοναc τοι θεοὺc εἶναι δόκει, ὅταν τιc ὅρκῳ θάνατον ἐκφυγεῖν θέλῃ ...). Aristophanes Strepsiadem ad veteres deos reversum precantem facit ad Hermen nub. 1478: μηδαμῶc θύμαινέ μοι, μηδέ μ' ἐπιτρίψηc, ἀλλὰ cυγγνώμην ἔχε μου παρανοήcαντοc ἀδολεcχίᾳ. vesp. 1001 veniam petit Philocles a deis, quod reus quidam absolutus est ἀλλ' ὦ πολυτίμητοι θεοί, ξύγγνωτέ μοι· ἄκων γὰρ αὔτ' ἔδραcα κοὐ τοὐμοῦ τρόπου. Cf. Xenoph. Mem. 2, 2, 14 cὺ οὖν, ὦ παῖ, ἂν cωφρονῇc, τοὺc μὲν θεοὺc παραιτήcῃ cυγγνώμοναc cοι εἶναι, εἴ τι παρημέληκαc τῆc μητρόc. cf. p. 547.

Iam vero ad aliam seriem precum transgrediamur, quae cum artissime cum humanae vitae necessitatibus cohaereant, ita pervulgares sunt, ut quasi ad formulas congestae ab omnibus cuiusque gentis hominibus precantibus effundantur. Quid enim facilius in-

1) cf. *Naegelsbach, H. Th.*³ p. 199.
2) v. *L. Schmidt,* l. c. II p. 31 sqq.

tellegi potest quam ab eis, quorum maxime res ad vitam optime vivendam necessarias interest impetrare, divitias, fecunditatem agri et pecoris, bonam valetudinem peti? cf. Odyss. VII, 148 τοῖςι θεοὶ ὄλβια δοῖεν ζωέμεναι, καὶ παιςὶν ἐπιτρέψειεν ἕκαςτος κτήματ' ἐνὶ μεγάροιςι γέρας θ' ὅ τι δῆμος ἔδωκεν. XVII 354 Ζεῦ ἄνα, Τηλέμαχόν μοι ἐν ἀνδράςιν ὄλβιον εἶναι, καί οἱ πάντα γένοιτο, ὅςα φρεςὶν ᾗςι μενοινᾷ. Eurip. Hipp. 1111 εἴθε μοι εὐξαμένᾳ θεόθεν τάδε μοῖρα παράςχοι, τύχαν μετ' ὄλβου καὶ ἀκήρατον ἄλγεςι θυμόν. Saepius coniunguntur preces fecunditatis agri, mulierum, talium, quae homines sibi rogant, inimicisque abrogare student: cf. Soph. O. R. 269 ubi Oedipus formula quasi rituali pronuntiat contra eos, qui non summopere conantur Laii interfectorem explorare: καὶ ταῦτα τοῖς μὴ δρῶςιν εὔχομαι θεοὺς μήτ' ἄροτον αὐτοῖς γῆς ἀνιέναι τινὰ μήτ' οὖν γυναικῶν παῖδας, ἀλλὰ τῷ πότμῳ τῷ νῦν φθερεῖςθαι κἄτι τοῦδ' ἐχθίονι. Idem fere Danaides Argivis optant apud Aeschyl. Suppl. 630 sqq. v. vs. 674 τίκτεςθαι δὲ φόρους γᾶς ἄλλους [τ'] εὐχόμεθ' ἀεὶ Ἄρτεμιν θ' Ἑκάταν γυναίκων λόχους ἐφορεύειν. vs. 689 καρποτελῆ δέ τοι Ζεὺς ἐπικραινέτω φέρματι γᾶν πανώρῳ. πρόνομα δὲ βοτὰ τοῖς πολύγονα τελέθοι. Huc quadrant preces Electrae: Soph. Electr. 648 καὶ μή με πλούτου τοῦ παρόντος εἴ τινες δόλοιςι βουλεύουςιν ἐκβαλεῖν, ἐφῇς . . . Eurip. Alc. 165 τέκν' ὀρφανεῦςαι τἀμά, καὶ τῷ μὲν φίλην ςύζευξον ἄλοχον, τῇ δὲ γενναῖον πόςιν. μηδ' ὥςπερ αὐτῶν ἡ τεκοῦς' ἀπόλλυμαι θανεῖν ἀώρους παῖδας, ἀλλ' εὐδαίμονας ἐν γῇ πατρῴᾳ τερπνὸν ἐκπλῆςαι βίον. Aristoph. pac. 1321 πλοῦτον . . . κριθάς . . . πολλάς . . . γυναῖκας τίκτειν ἡμῖν (cf. Isaei περὶ Κίρωνος κληροῦ. 16 ηὔχετο ἡμῖν ὑγίειαν διδόναι καὶ κτῆςιν ἀγαθήν. v. commentar. *Schoemanni* editionis p. 387. cf. Isocrat. 8, 16 ὑγίειαν καὶ κτῆςιν ἀγαθήν).

Quibus cum petitis optime comparare licet, quae Xenophon Oecon. 11, 8 explicat: οὕτω δὴ ἐγὼ ἄρχομαι μὲν τοὺς θεοὺς θεραπεύειν, πειρῶμαι δὲ ποιεῖν, ὡς ἂν θέμις ᾖ μοι εὐχομένῳ καὶ ὑγιείας τυγχάνειν καὶ ῥώμης ςώματος καὶ τιμῆς ἐν πόλει καὶ εὐνοίας ἐν φίλοις καὶ ἐν πολέμῳ καλῆς ςωτηρίας καὶ πλούτου καλῶς αὐξαμένου; cf. frg. com. 163 Kock. II p. 525 αἰτῶ δ' ὑγίειαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν, τρίτον δὲ χαίρειν . . . Menandr. Κολακ. frg. 292 Kock III p. 83 . . . διδόναι ςωτηρίαν, ὑγίειαν, ἀγαθὰ πολλά, τῶν ὄντων δὲ νῦν ἀγαθῶν ὄνηςιν πᾶςι ταῦτ' εὐχόμεθα; cf. Plutarch. Moral. 1, 166 D: de *superstitione* παρ' ὧν (θεῶν) αἰτούμεθα πλοῦτον εὐπορίαν ὁμόνοιαν, ὄρθωςιν λόγων καὶ ἔργων τῶν ἀρίςτων. Antonin. ἑ. ἑ. 9, 11 καὶ οἱ θεοὶ δὲ εὐμενεῖς τοῖς τοιούτοις εἰςίν. εἰς ἔνια δὲ ςυνεργοῦςι εἰς ὑγίειαν, εἰς πλοῦτον, εἰς δόξαν. οὕτως εἰςὶ χρηςτοί. Eadem fere petuntur in precibus magicis: cf. Papyr. Mimarit. 270 sqq. ζωήν, ὑγίειαν, ςωτηρίαν, πλοῦτον, εὐτεκνίαν...[1])

1) cf. *Dieterich, Abraxas* p. 151 not. 3.

cf. *Dieterich, Abraxas* p. 196/97 l. 22 sqq. ὑγίειαν ... cωτηρίαν... εὐπορίαν ... cf. *Dieterich,* Papyr. mag. mus. Lugd. Bat. VIII 8 cὺ δίδειc πλοῦτον, εὐτυχίαν, εὐτεκνίαν, ἰcχύν, τροφάc.[1]) saepius.

Quam usitata illa petita apud omnes gentes fuerint, facile cognoscas ex his exemplis:

cf. *Kaegi, 70 Lieder d. Rigveda* X = 1, 41 ad Aditiam v. 6: „der Sterbliche gelangt durch Euch zu jedem wünschenswerten Gut, zu *Kindersegen* unverletzt." XL = 17, 102: „er (Pargánja) suche unsere Felder heim, er ist, der *Samen giebt dem Kraut, der Kuh u. Stute ihre Tracht, des Mannes Weibe Fruchtbarkeit."* cf. *Kaegi, R. V.* p. 44. — *Oldenberg,* l. c. p. 434 citantur preces, quibus orantur: „Glück ... Nachkommenschaft ... fruchtbar die Weiber ... Regen zu aller Zeit ... fruchtbar reife das Korn." Cf. *Taylor* de Samoanis l. c. II p. 366: „möge Überfluss herrschen an Nahrung, lasst ein zahlreiches Volk für Euch in diesem Lande sein." p. 368 de Africanis: Kuh ... „Kinder, Vieh ... Glück ... Kinder ..." inter petita reperiuntur. ibid. p. 370 de Asianis: „Lass unsere Heerden so zahlreich werden, dafs wir sie nicht mehr beherbergen können, gieb uns einen so reichen Kindersegen, dass die Sorge um sie ihren Eltern zu schaffen macht." v. *Buecheler, Umbrica* p. 50, 19, p. 67 not. 10 ad VI B 4. I A 16; cf. Cato, de re rust. apud Gellium 3, 21: *„Mars pater, te precor quaesoque, uti sies volens propitius mihi, domo familiaeque nostro, ut tu morbos ... prohibearis defendas averuncesque, utique tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire beneque evenire sinas, pastores pecuaque salve servassis duisque bonam salutem valetudinemque mihi domoque familiaeque nostrae."*

Satis superque mihi tractata videntur petita ad vitae necessitates pertinentia; at non semper talia rogantur sola, sed cum his coniunguntur virtutes, ut res optabiles: cf. Callimach. hymn. ad Iovem in extremo: δίδου δ' ἀρετήν τ' ἄφενόc τε. οὔτ' ἀρετῆc ἄτερ ὄλβοc ἐπίcταται ἄνδραc ἀέξειν οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο· δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον· quas formulas in hymnis saepius invenies. cf. Pind. Ol. 2, 58. Pyth. 5 initio. Hom. Hymn. 15, 9. 20, 8.

At vero et in precibus, ut ita dicam, privatis honestiora atque decora inveniuntur petita ab hominibus cuiusque generis. Cum quinto a. Chr. n. saeculo viri clarissimi, Socrates, Euripides, tales, qui in maiorum leges et instituta moresque in dies magis magisque invehebantur, ut novam normam res cum publicas tum privatas iudicandi inducerent, novas illas sententias palam pronuntiarent atque in Atheniensium animos insinuarent, magna mutatio existimationum earum rerum, quae ad mores hominum eorumque rationem, qua cum deis coniuncti erant, pertinebant, exorsa est. Ut iam supra p. 540 de maiore illa existimatione deorum diximus, qua

---

1) cf. *L. Schmidt,* l. l. I p. 86/87 et locos ab eo laudatos.

urgebatur alia aestimatio sacrificiorum, ita et preces ab eis, qui divinam maiestatem non iam humana illa condicione tractabant, longe alia ratione adhibebantur. Hominibus maior vis sibi ipsis nullo auxilio adiutis bona quaerendi atque parandi tribuebatur, atque dei, ut ita dicam, longius a rebus humanis amovebantur. Summa virium contentione sibi quaerant homines, quae velint, neve deorum auxilio freti quiescant! — ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου. v. Eurip. El. 80 quae sententia saepius statuitur: cf. frg. Trag. adespot. N.² 527 θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται. cf. frg. Eurip. N.² 286, 13. Xenoph. inst. Cyr. 1, 66. Plut. Moral. 239, 29. *saepius* — neve petant quae ipsi sine deorum auxilio assequi possint quaeque indigna sint, quae a deis omnino petantur![1]) Itaque Aristophanes locis illis supra laudatis multitudini illi innumerabili rerum parvarum et pravarum, quibus morem antiquum et a sua aetate non alienum illudere studet, Thesm. v. 310 addit ταῦτ' εὔχεσθε καὶ ὑμῖν αὐταῖς τἀγαθά et v. 331 usque ad v. 350 ταῖς δ' ἄλλαισι ὑμῖν τοὺς θεοὺς εὔχεσθε πάσαις πολλὰ δοῦναι κἀγαθά. Atque inde ab illis temporibus passim ea, quae antea petebantur, repudiantur atque alia praecipiuntur; imprimis a Platone et Xenophonte talia memoriae tradita sunt praecepta a Socrate instituta. Attamen prioribus quoque temporibus preces honestiores effunduntur a privatis hominibus, ut a Solone frg. 13, 1 P. L. Gr. (Bergck) II p. 423. Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα, Μοῦσαι Πιερίδες, κλῦτέ μοι εὐχομένῳ· ὄλβον μοι πρὸς θεῶν μακάρων δότε καὶ πρὸς ἁπάντων ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν· εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν, τοῖς μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν κ. τ. λ.[2]) Atque praecipue a Pindaro, cuius in carminibus praeclarissima atque honestissima inveniuntur. cf. Ol. XIII 115 Ζεῦ τέλει' αἰδῶ δίδοι καὶ τύχαν τερπνῶν γλυκεῖαν. Nem. VIII 35 εἴη μή ποτέ μοι τοιοῦτον ἦθος, Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ κελεύθοις ἁπλόαις ζωᾶς ἐφαπτοίμαν, θανὼν ὡς παισὶ κλέος μὴ τὸ δύσφαμον προσάψω. χρυσὸν εὔχονται, πεδίον δ' ἕτεροι ἀπέραντον· ἐγὼ δ' ἀστοῖς ἁδὼν καὶ χθονὶ γυῖα καλύψαιμ', αἰνέων αἰνητά, μομφὰν δ' ἐπισπείρων ἀλιτροῖς. cf. Xenoph. Mem. 1, 3, 2 καὶ εὔχετο δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τ' ἀγαθὰ διδόναι, ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας ὁποῖα ἀγαθά ἐστιν . . . τοὺς δὲ εὐχομένους χρύσιον ἢ ἀργύριον ἢ τυραννίδα ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν διάφορον ἐνόμισεν εὔχεσθαι ἢ εἰ κυβείαν ἢ μάχην ἢ ἄλλο τι εὔχοιντο τῶν φανερῶς ἀδήλων ὅπως ἀποβήσοιτο[3]); cf. quae Socratem ipsum

---

1) cf. exempla a *Schmidt, Ethik* II 34 collecta, et *Naegelsbach, N. H. Th.* p. 216.

2) Quomodo Crates hanc precem cynice verterit, v. Poet. Graec. frg. III 1, poet. Philosoph. frg. ed. Diels Crates, frg. 10 (1 B).

3) cf. Val. Max. 7, 2, ext. 1 (de Socrate) *etenim densissimis tenebris involuta mortalium mens, in quam late potentem errorem caecus precationes tuas spargis! divitias adpetis, quae multis exitio fuerunt: honores concu-*

petentem facit Plato in Phaedri 279 B. C. cf. p. 515. cf. Alcib. III 148 A: Alcibiades ad Socratem dicit: ἀλλὰ μάργον τέ μοι δοκεῖ εἶναι καὶ ὡς ἀληθῶς πολλῆς φυλακῆς, ὅπως μὴ λήσει τις αὐτὸν εὐχόμενος μὲν κακά, δοκῶν δὲ τὰ ἀγαθά, ἔπειτ' ὀλίγον ἐπίσχων ὅπερ καὶ σὺ ἔλεγες, παλινῳδῇ ἀνευχόμενος ἅττ' ἂν τὸ πρῶτον εὔξηται. cf. 138 B idem 142 E laudat poetae cuiusdam verba: φρόνιμός τις εἶναι ἐκεῖνος ὁ ποιητής, ὃς δοκεῖ μοι φίλοις ἀνοήτοις τισὶ χρησάμενος, ὁρῶν αὐτοὺς καὶ πράττοντας καὶ εὐχομένους ἅπερ οὐ βέλτιον ἦν, ἐκείνοις ἐδόκει, κοινῇ ὑπὲρ ἁπάντων αὐτῶν εὐχὴν ποιήσασθαι. λέγει δέ πως ὡδί· Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλά, φησί, καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξειν κελεύει.[1]) cf. 149 B. C: οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι Ἕλληνες οἱ μὲν χρυσοκέρως βοῦς παραστησάμενοι, ἕτεροι δ' ἀναθήμασι δωρούμενοι τοὺς θεοὺς εὐχόμενοι ἅττ' ἂν τύχῃ ταῦτα, ἄν τ' ἀγαθὰ ἄν τε κακά. Quae sententia opponitur eis, quae a Lacedaemoniis rogantur: cf. 148 C ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἑκάστοτε παραπλησίαν εὔχονται τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς διδόναι κελεύοντες αὖ σφίσιν αὐτοῖς. πλεῖον δ' οὐδεὶς ἂν ἐκείνων εὐξαμένων ἀκούσειε.[2]) Plutarch. Moral. 238 f. de eisdem: εὐχὴ δ' αὐτῶν, διδόναι τὰ καλὰ τ' ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς καὶ πλέον οὐδέν. Aristotel. ethic. 5, 2 1129^b 4 (Bekk.) δεῖ δ' οὔ εὔχεσθαι μὲν τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ καὶ αὐτοῖς ἀγαθὰ εἶναι, αἱρεῖσθαι δὲ τὰ αὐτοῖς ἀγαθά. cf. Demosth. 20, 161 ἀλλὰ χρή γ' ἀνθρώπους ὄντας τοιαῦτα καὶ λέγειν καὶ νομοθετεῖν, οἷς μηδεὶς ἂν νεμεσῆσαι, καὶ τἀγαθὰ μὲν προσδοκᾶν καὶ τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι διδόναι, πάντα δ' ἀνθρώπιν' ἡγεῖσθαι. In eandem fere sententiam Stoici iudicant, qui quamquam docebant providentia et fato res humanas regi, tamen preces non repudiabant[3]); cf. ea, quae inde alii de precibus disseruerunt: Max. Tyr. diss. XI et quae Persius secunda satira exposuit. In eandemque sententiam Iuvenalis satira decima dixit. cf. Antonini ἑ. ἑ. 5, 7 Ἤτοι οὐ δεῖ εὔχεσθαι ἢ οὕτως ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως. cf. 9, 40 Epictet. diss. 2, 16, 13. 2, 16, 42. Epictet. sententiae codicis Vaticani 1144, 4

---

piscis, qui complures pessumdederunt: regna tecum ipsa volvis, quorum exitus saepenumero miserabiles cernuntur: splendidis coniugiis inicis manus; at haec ut aliquando inlustrant, ita nonnunquam funditus domos evertunt. Socrates . . . nihil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur, quam ut bona tribuerent, quia ii demum scirent, quid unicuique esset utile, nos autem plerumque id votis non impetrasse melius foret . . .

1) Antholog. Palat. X 108. Eadem precatio invenitur in codice quodam Harleiano 1752, ut *A. Dieterich* me docet.

2) cf. Plato, Krit. 106. legg. 7, 801 A. B. . . . 931 B. sqq. Politici 290 C. D. ad h. l. *Lobeck, Aglaoph.* I 11. 12. Sen. epist. 31, 2 saepius. cf. *Schmidt,* l. c. II 32 sqq., ubi planius de hac re agitur multaque exempla laudantur.

3) Speciminis causa precem illam in hymno Cleanthis traditam conferas: ἄγου δέ μ' ὦ Ζεῦ καὶ σύ γ' ἡ Πεπρωμένη ὅποι ποθ' ὑμῖν διατεταγμένος ὡς ἕψομαι ἄοκνος, ἢν δὲ μὴ θέλω, κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἕψομαι. v. Epictet. manual. 52. Diss. 4, 1, 131. Sen. epist. 107. 11.

(Schenkl, p. 479) Μέμνησο περὶ τῶν μεγάλων αἰτεῖν τὰ μεγάλα. μικρὰ γὰρ οὐκ ἂν δοῖεν. οὐδὲν θεοῦ μεῖζον καὶ ὑψηλότερον. εὐχόμενος τοιγαροῦν θεοῖς αἴτει τὰ θεῖα, ὧν οὐδὲν σάρκινον καὶ γήινον ψαύει πάθος. Cf. Porphyr. ad Marcell. cap. 12 et 24. Atque ubi enumerantur, quae digna sint, quae petantur, laudantur *mens bona, fama, fides:* Pers. 2, 8; *pura casta mens:* Plin. paneg. 3; *roga bonam mentem, bonam valetudinem animi;* Sen. epist. 10, 4; ἀρετὴν ψυχῆς καὶ ἡσυχίαν βίου καὶ ζωὴν ἄμεμπτον καὶ εὔελπιν θάνατον, τὰ θαυμαστὰ δῶρα, τὰ θεοῖς δοτά: talia Max. Tyr. diss. XI p. 207 precanda secundum Socratis morem praescribit atque talia plurima in doctrinis philosophorum reperimus.[1])

His exemplis aetate quidem preces illius religionis praeteriimus, quae summam existimationem dei et commercium ab eo cum hominibus initum assecuta est, christianae. Itaque liceat mihi, ut disputationem ad finem perducamus brevibus verbis complectendo atque comparando considerare, a quo initio profectae quaque via et ratione progressae preces pervenerint usque ad eam orationem, quam vocamus dominicam.

Incipiuntur preces cuiusque aetatis ab invocatione nomine facta, cui adiciuntur epitheta additamentaque. Testimoniis satis illustravi, quanta vi magica fuerit γνῶσις nominis et quam sancte riteque servata sit omnibus temporibus illa consuetudo nomen appellandi idque, ne quid omittatur, plurimis epithetis ornantibus cumulandi. Celebratur his additamentis potentia dei, narratur, quibus parentibus natus sit, quo loco domicilium habeat, ubi imprimis colatur, quo vinculo petentes cum deo invocato coniuncti sint: omnia haec partim copiosius partim brevius explicantur omnibus temporibus atque quasi formulae liturgicae usque ad hanc memoriam servata sunt: cf. Matth. 6, 9 πάτερ[2]) ἡμῶν, ὁ ἐν οὐρανοῖς[3]), ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου. Etsi hoc loco vox ὄνομα (hebraice שֵׁם) et aliam vim atque nomen ipsum habeat, tamen hic commemoranda videtur vis illa antiquissima nominis in precatione.[4])

---

1) cf. *Zeller, Philosophie d. Griech.* II.[3] v. de ratione precum christianiarum locos a *v. d. Goltz, Geb. in d. ältest. Christenheit.* 1901. p. 150 sqq. ex Origenis tractatu *περὶ εὐχῆς* laudatos et p. 272 sqq.

2) De formula illa usitatissima v. p. 522. cf. *v. d. Goltz,* l. l. p. 11 sqq.

3) cf. p. 524 et Matth. 21, 25. 26 = Luc. 10, 21 πάτερ, κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς.

4) De oratione dominica cf. *v. d. Goltz,* l. l. p. 40 sqq. de vi nominis praeterea cf. p. 128 sqq. *„Der Name des Gekreuzigten war ein wirksames Schreckmittel zur Verscheuchung der Dämonen (vgl. Act. 19, 13; Luc. 9, 49), wie uns dies auch Justin z. B. in seiner zweiten Apologie (c. 6) erzählt. Origenes spricht mehrfach von dem erprobten Gebrauch heiliger Namen, besonders des Namens Jesu, der . . . viel gegen die Dämonen vermöge . . .“* cet., cf. p. 29 sqq., ubi nonnulla de vi quadam magica nominis, quam supra p. 519 exposuimus, ex illis quoque temporibus adferuntur; sic saepius. cf. *Giesebrecht, die alttestamentliche Schätzung des Gottesnamens* cet. Königsberg, 1901, passim, praecipue cf. p. 88 sqq.

Pertractando primam partem, invocationem, quasi infimam sententiam, rudimenta opinionis, quae ratio inter deos et homines intercedat, res magicas in precibus magicis optimo consilio, ut sanctissimas formulas rituales, posteriore aetate adhibitas invenimus. Aliae opiniones significantur altera, media, epica parte: Antiquissimis formulis demonstratur deos et homines sacrificiis antea oblatis, votis postea solvendis, momento precandi ipso datis iure quodam officioque coniunctos, obstrictosque esse, ut dent; deinde nobis occurrunt sententiae homines ratos se optime scire, quid sibi utile sit, secundum suam ipsorum naturam et eam consuetudinem, quam cum diis habeant, deos intellegentes, eosque quanta sint potestate atque potentia commovere studere, ut hominum voluntati obsecuti petita praebeant. Tales sententiae permixtae inveniuntur usque ad eam aetatem, qua Socratis auspiciis nova existimatio deorum pervulgari coepta est, quae, et ex Euripidis et ex Aristophanis fabulis eruere conati sumus. Inde ab illis temporibus confitentur homines minime se scire, quae utilia sint, sed deis esse remittendum, quae ipsis dent. Itaque causae quae plerumque media parte explanatae sunt, irritae factae sunt, neque quidquam restabat nisi sententia illa iam Socratica γενηθήτω τὸ θέλημά cου cf. Matth. 6, 10. — Similem in modum de precibus ipsis diiudicare licet secundum rationem, qua homines se cum deis coniunctos esse putaverint. Primo orantur, quae temporis momento postulantur, et nugae et res pravae; omnibus temporibus ea, quae ad vitam humanam pertinent, petuntur a deis: liberi, fruges, divitiae, atque talia reperiuntur in oratione dominica: Matth. 6, 11 τὸν ἄρτον ἡμῖν τὸν ἐπιούcιον δὸc ἡμῖν cήμερον. Postea reprehenditur illa consuetudo omnes vitae necessitates precibus deis explicandi et in universum postulatur, ut honestiores preces ad deos dirigantur, — neque desunt exempla veniae petendae cf. p. 541 quibuscum conferantur, etsi latiore sensu, Matth. 6, 12 καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῖν — eisque permittatur, quae nobis dent.

UNTERSUCHUNGEN ÜBER DIE ECHTHEIT DER HYMNEN DES AMBROSIUS

VON

AUGUST STEIER

DR. PHIL.

HERRN

DR. PHIL. CARL WEYMAN

A. O. PROFESSOR FÜR KLASSISCHE PHILOLOGIE
AN DER UNIVERSITÄT MÜNCHEN

ZUGEEIGNET.

Inhalt.

Seite

	„ 75r	„ IV § 10, 5.
	„ 125r „ 126r „ 126v „ 127r	„ IV § 10, 6.

Omnes horum rhetorum vel interpretum Hermogenianorum libros Georgium ipsum inspexisse neminem fore confido qui putet. Habuit sine dubio Anepigraphi Eustathii Metrophanis in Hermogenem commentarios itemque Metrophanis monobiblon περὶ τῶν τῆς πραγματικῆς εἰδῶν. Habuisse videtur Athanasii Aquilae Tyranni libros Sopatrique librum περὶ διαιρέσεως ζητημάτων, qui etiam nobis fere integer servatus est (W VIII). Contra e priorum commentariorum copiis excerpsit quas Anastasii Harpocrationis Maioris Minuciani Menandri Porphyrii sententias attulit.

Vides aliqua quidem laude Georgii doctrinam dignam esse; nec reticebo alterum, quod iure de eo praedices. Cum plurimi illius aetatis interpretes temere in Hermogenis verba iurare omniaque quae ille docuerat quibusvis disputandi artificiis usi defendere conarentur, Georgius liberum iudicium sibi servare studebat: compluribus enim locis eum auctoritati Hermogenis gravissimae obloquentem deprehendimus: cf. e. g. fol. 55r 1 (ad stat. 146, 25): δεῖ δὲ πρό γε πάντων εἰδέναι, ὅτι οὐ καλῶς ὁ τεχνικὸς ἀντιδιαστέλλει τοῖς πράγμασι τὰ πάθη κτλ. fol. 59v 29 (ad stat. 147, 18): ταῦτα μὲν οὖν ὁ τεχνικός· οὐ πάντως δὲ τὸ τοιοῦτο ἀληθές κτλ. fol. 199v 21 (ad stat. 163, 20—30): καὶ ἴσως ταῦτα οὐ καλῶς (scil. ἔλεγεν ὁ τεχνικός). fol. 204v 17 (ad stat. 164, 4—9): ἔστι δὲ καὶ αὕτη οὐκ ἀληθὴς ἡ διαφορά. Aliis praeterea eisque sat multis in ipso hoc libello occurres locis, quibus ab Hermogene se dissentire Georgius libere professus est.

§ 6. De Georgii Moni aetate.

Denique quod attinet ad Georgii Moni aetatem, haec fere erui possunt. Liber manu scriptus cum saeculi decimi sit atque Nilum e Georgio hausisse constet, hunc ante saeculum decimum fuisse necesse est. Sopatrum laudat Georgius, ex quo colligitur, ante saeculum quintum Georgium non vixisse. Contra Syriani, clarissimi illius philosophi Atheniensis, quem omnes qui in litteris versabantur novisse consentaneum est, mentionem non facit: ergo Georgium aut Syriani aequalem fuisse aut non multo post illum vixisse puto, ut, cum

Digitized by Google

Aegypti rhetoricam profiteretur, Syriani scholia adhibere nondum posset. Praeterea cum absit a christiana ratione Georgius neque Marcellinum, clarissimum Hermogenis commentatorem noverit, saeculo quinto post Christum fuisse videtur. Σοφιστὴς Ἀλεξανδρείας nominatur in libri inscriptione, neque dubito, quin philosophorum illius disciplinae Alexandrinae particeps fuerit, quae quarto saeculo sub Ammonio floruit, ineunte septimo evanuit. Cui aetati bene conveniunt et quae de sermone Georgii explicavimus et quae modo de Georgio a Hermogenis auctoritate iudicium suum defendente praedicavimus; nam inde ab ineunte saeculo sexto quot interpretes tot laudatores splendore nominis Hermogenis quasi occaecati fuerunt. Denique ipsa commentarii ordinatio, qua totus liber in πράξεις dividatur, ad illius aetatis philosophorum Alexandrinorum consuetudinem optime quadrat, quod Olympiodori exemplo supra probavimus; neque est, quin sciat a philosophis arduam technologiae rhetoricae artem tunc temporis minime spretam esse; etenim inde a saeculo tertio post Christum natum inter ipsos philosophos celeberrimi rhetores fuerunt: Longini Porphyrii Metrophanis Euagorae Aquilae Syriani scripta rhetorica aut nos etiamnunc manibus tenemus aut aliorum scriptorum testimoniis instructi bene cognita habemus.

II. De Syriani arte rhetorica.

§ 1. De Syriano et Aquila.

Syriani liber cui inscribitur Σχόλια εἰς τὴν Ἑρμογένους τέχνην divisus est in partes duas, quarum posterior (II p. 55 sqq. R.) est propria ars de statibus. Nam Syrianus cum in tractanda parte priore (σχόλια εἰς τὰ μέχρι στοχασμοῦ τῆς Ἑρμογένους τέχνης) Hermogenem sit secutus, in explicandis ipsis statibus Aquila et Euagora [1]) ducibus usurum se esse ipse profitetur II 56, 16: μέχρι μὲν οὖν τῶν ἐνταῦθα τοῖς Ἑρμογένους ἀκολουθητέον τεχνικώτατα καὶ σαφέστατα εἰρημένοις. ἐπειδὴ δὲ τοὺς τῶν στάσεων ὅρους ὑπογραφικωτέρους μᾶλλον ἤπερ τελείως ἔχοντας ἀποδέδωκεν, ἀναγκαῖον ἂν εἴη πρὸς τὰ λοιπὰ τοὺς ἀρίστους φιλοσόφους Εὐαγόραν τε καὶ Ἀκύλαν μεταγενεστέρους μὲν ὄντας, ἐπιστημονικώτατα δὲ περὶ τούτων διεξελθόντας συλλήπτορας ἡμῖν τῆς ἀκριβοῦς περὶ τῶν στάσεων γνώσεως γίνεσθαι παρακαλεῖν.[2]) Qua autem ratione Aquilae libro usus sit Syrianus, adhuc erui nondum potuit, quia aliunde nulla de Aquila notio ad nos pervenerat. Nunc vero apud

1) „φιλόσοφοι“: cf. Syrian. II 35, 2; 55, 6; 56, 21; 128, 23.
2) Nescio cur Gloecknerus l. c. p. 61. tot locos afferat, quibus Syrianum a Hermogenis doctrina differre probet. Nam cum Syrianus in tractandis statibus se Hermogenem non secuturum esse libere ipse professus sit, ii potius loci commemorandi sunt, quibus ille cum Hermogene consentit, quos ego hoc capite attuli.

Digitized by Google

Georgium Monum complures invenimus locos, quos hic in Aquilae commentario fuisse disertis verbis testatur; quorum in numero eos quoque referendos censeo — qua de re alias dicendum erit —, qui non simplici Aquilae nomine instructi, sed quasi obelo notati sunt, dico locos 11r et 101r, quibus adscriptum legitur: ἐν ἀνεπιγράφῳ τινὶ τέχνῃ, ἣν εἰς Ἀκύλαν ἀναφέρουσιν, vel ἐν τῇ εἰς Ἀκύλαν ἀναφερομένῃ τέχνῃ.

Aquilae doctrinam ex ipso Syriano eruere ea de causa dificillimum fuit, quod nullo fere loco Syrianus Aquilae sententiam se afferre aperte dicit.[1]) Cum autem Georgius nonnullorum praeceptorum, quae in Syriani commentario inveniuntur, Aquilam auctorem nominet, illa quidem praecepta ex Aquilae libro Syrianum hausisse apparet. Alii praeterea ex Aquilae compendio occurrunt loci apud Georgium, qui in Syriani libro aut omnino desiderantur aut a Syriano aliter tractantur atque ab Aquila. Ex quo intellegitur Syrianum Aquilae doctrina ita usum esse, ut quae probaret reciperet, quae non probaret reiceret. Quod ut demonstremus, primum videndum erit nobis, quae sit ratio inter eos locos, quos et Syrianum et Georgium ex Aquilae libro sumpsisse diximus, deinde quaerendum, qua de causa loci illi ex Aquila repetiti, quos ut apud Georgium invenimus, ita apud Syrianum desideramus, ab hoc reiecti sint.

In eo capite, quo περὶ τῶν κεφαλαίων τοῦ ὅρου (de capitibus status definitivi) agit Georgius, primum locum ἡ προβολή (intentio[2]) criminis secundum ordinem a Hermogene institutum tenet. Vocis προβολῆς variae exstant interpretationes, quarum nonnullas afferam:

Sopater W IV 489, 9: εἴρηται δὲ ἡ προβολὴ διὰ τὸ τὴν πρότασιν ἔχειν τοῦ πράγματος, καὶ ὥσπερ προτείνειν τοῖς δικασταῖς, περὶ οὗ αὐτοὺς δεῖ κρῖναι.

Anepigraphus ap. Georg. Mon. fol. 101r 25: ὁ μὲν ἀνεπίγραφός φησιν, ὅτι προβολὴ ἐκλήθη ὡς ἐκ μεταφορᾶς τῶν προβεβλημένων πετρῶν· ἔστι γὰρ ὡς ἐν προβόλου μοίρᾳ πρὸ τῶν ἄλλων κειμένη κεφαλαίων, ἢ ὅτι προβάλλεται εἰπεῖν καὶ διηγεῖται πάντα τὰ ἐν τῇ ὑποθέσει.

Similia fere profert Eustathius Thessalonicensis in scholiis in Homeri Odysseam p. 1405 (in fine): καὶ ὄνομα ἐκ τούτου ἡ προβολή, προβάλλειν δὲ οὐ μόνον τὸ προαφιέναι, ἀλλὰ καὶ τὸ προτιθέναι . . . καὶ προβλὴς πέτρα ἡ προβεβλημένη τῆς θαλάσσης . . . . ἐκ τοῦ προβάλλειν δὲ καὶ τὸ ῥητορικὸν πρόβλημα καὶ τὸ κεφάλαιον ἡ προβολή.

---

1) Iis locis, quibus Syrianus Aquilam nominatim laudat, aut cum aliis rhetoribus eius mentionem facit (cf. II 60, 24) aut in universum eum laudibus effert (cf. II 128, 23).

2) I. e. accusatio, qua crimen intendit orator, alias „propositio“ dicta.

Digitized by Google

Aquila vero summo iure vocabulum illud deduxit ab usu forensi Atheniensium; secutus est eum Syrianus:

Georgius fol. 101r 30: ἐν δὲ τῇ εἰς Ἀκύλαν ἀναφερομένῃ τέχνῃ ἄλλη τις εἴρηται αἰτία. κέκληται γάρ φησι τοῦτο τὸ ὄνομα τῆς προβολῆς ἐκ τοιαύτης αἰτίας· ʽπροβολή ἐστιν ὄνομα δίκης κατὰ τῶν ἀσεβούντων περὶ τὴν ἑορτήν. Δημοσθένης οὖν Μειδίαν προεβάλλετο ὡς περὶ ἑορτὴν ἀσεβήσαντα. καὶ τοιαύτης οὔσης τῆς δίκης ἐχρήσατο ἐν αὐτῇ ὁ ῥήτωρ τῷ τοιούτῳ εἴδει, φημὶ δὲ τῇ μετ᾽ αὐξήσεως διηγήσει. εἶτα περαίνων τοῦτο τὸ εἶδος περὶ τὸ τέλος ἔφη· „τὰ μὲν οὖν εἰς ἐμὲ ἠσεβημένα πάντα, ἐφ᾽ οἷς αὐτὸν προὐβαλόμην, ταῦτά ἐστιν“. καὶ ʽἰδού, φησίν[2]), αὐτὸ ὠνόμασεν ὁ ῥήτωρ προβολήν, φημὶ δὲ τὴν μετὰ διηγήσεως αὔξησιν, καὶ ἐξ ἐκείνου λοιπὸν ἐπέμεινε τὸ κεφάλαιον προβολὴ καλούμενον᾽.

Syrianus II 101 11: ... . τὴν προβολήν, ἥτις ὠνόμασται μὲν ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς Ἀθήνησι δίκης οὕτω καλουμένης κατὰ τῶν ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀδικούντων, ὡς καὶ Δημοσθένης φησὶν ἐν τῷ κατὰ Μειδίου ʽκαὶ προὐβαλόμην ἀδικεῖν τουτονὶ περὶ τὴν ἑορτὴν᾽[1]) τοῦτ᾽ ἔστι τῇ προβολῇ κατ᾽ αὐτοῦ ἐχρησάμην, ὥσπερ καὶ ἡ ἔνδειξις καὶ ἡ εἰσαγγελία καὶ ἡ ἐξούλης ὀνόματα δικῶν ὑπῆρχε παρ᾽ αὐτοῖς. παραλαμβάνεται δὲ ἀντὶ διηγήσεως· ὁ γὰρ ὅρος διήγησιν οὐκ ἐπιδέχεται τῷ τὸν φεύγοντα, ὡς καὶ Μινουκιανός φησιν, ὁμολογεῖν τὸ πεπραγμένον, ἡ δὲ προβολὴ αὔξησιν περιέχει τῶν πεπραγμένων.

Syrianus igitur Aquilae doctrinam in suam rem convertit auctoris nomine non addito: at accuratius Aquilam excripsit quam Georgius, quin etiam Aquilae ipsius verbis eum usum esse putaverim; neque enim Demosthenis verba recta oratione attulisset, nisi in exemplo suo legisset: καὶ προὐβαλόμην ἀδικεῖν τουτονὶ περὶ τὴν ἑορτήν.

In tractanda „πηλικότητι“, capite τοῦ ὅρου (status definitivi) eo, quo rei magnitudo demonstretur, Georgius Aquilae mentionem facit, qui τὴν πηλικότητα et τὸ πρός τι (ad aliquid) non κεφάλαια ἀγωνιστικά (i. e. capita ad argumentationem pertinentia), sed κεφάλαια ἐπιλογικά esse dixerit:

Georgius fol. 117r 10: ʽΟ Ἀκύλας φησὶν ὅλως μὴ εἶναι ταῦτα (sc. τὴν πηλικότητα καὶ τὸ πρός τι) κεφάλαια ἀγωνιστικά, ἀλλ᾽ ἐπιλογικά, καὶ οὐ ξένον φησίν, εἰ ἐν μέσῳ τῶν κεφαλαίων εὑρίσκεται, ἐπεὶ πολλάκις ἐπιλογικὰ τίθενται μεταξὺ τῶν ἀγώνων. καὶ μάρτυς τούτου Δημοσθένης, καθ᾽

Syrian. II 111, 12: ἔστι δὲ τὸ κεφάλαιον (sc. ἡ πηλικότης — Georg. καὶ τὸ πρός τι) ἐπιλογικὸν καὶ θαυμάζειν οὐ χρή,

1 Dem. XXI 1. 2) φασιν P.

ἕκαστον σχεδὸν κεφάλαιον ἐπιλογιζόμενος.[1]) οὕτως ὁ Ἀκύλας ἐδόξασεν αἰτίαν οὐ δούς, δι' ἣν ἐπιλογικὰ βούλεται μᾶλλον τὰ παρόντα εἶναι κεφάλαια, καὶ ἴσως εἰς τοῦτο ἀφορῶν ἐπιλογικὰ λέγειν αὐτὰ ἐπεχείρησεν, ἐπεὶ αὐξητικά ἐστι μᾶλλον, ὅπερ ἐν ἐπιλόγοις εὑρίσκεται. εἰ δὲ πρὸς τοῦτο σκοπῶν εἶπεν, 'φαμὲν ὅτι οὐχ ὁμοία ἐστὶν ἡ ἐν ἐπιλόγοις αὔξησις καὶ ⟨ἡ⟩[2]) ἐν τοῖς προκειμένοις κεφαλαίοις. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἐπιλόγοις ἁπλῶς ἐστιν αὔξησις, ἐν δὲ τοῖς προκειμένοις κεφαλαίοις ἡ αὔξησις πρὸς ἀπόδειξιν ὁρᾷ καὶ τοῦτο κέκτηται τέλος· αὔξομεν γὰρ τὸ πρᾶγμα, ὅτι μέγα καὶ ὅτι ἔλαττον ἢ προσῆκεν ἐγκαλοῦμεν ἀδίκημα, δεικνύντες ὅτι οὐ κατὰ συκοφαντίαν ἢ ἐπήρειάν τινα τὴν κατηγορίαν πεποιήμεθα[3]), εἴγε ἐξὸν ἡμῖν καὶ μεῖζον ἐπιφέρειν ἀδίκημα οὐκ ἠνεσχόμεθα. ἄλλως τε δὲ εἰ ἐπιλογικὰ εἴη, πῶς ἔτι κεφάλαια κληθήσονται; οὐκ ἄρα οὖν ἐπιλογικά.'

εἰ καὶ ἐν μέσοις τοῖς ἀγῶσιν ἐπιλογίζεσθαι δεῖ· καὶ γὰρ ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους πρῶτον θεὶς τὸ νόμιμον ἐπιλογίζεται, εἶτα τὸ δίκαιον ἐξετάσας καὶ ἐπιλογισάμενος, πάλιν τὸ πρέπον διεξελθὼν ἐπιλογίζεται. ἔξεστιν οὖν καὶ κατὰ κεφάλαιον ἐπιλογίζεσθαι, καὶ μετὰ τὴν πλήρωσιν τῶν ἀγώνων ἐπάγειν τοὺς ἐπιλόγους, ὡς ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους ὁ ῥήτωρ ποιεῖ.

Iure ac merito Aquila „αὐξητικά" haec capita esse dicit. „Αὐξητικά" enim sunt, et quae ad augendam laudem aut amplificandum vitium valent[4]) et omnia, quibus aliquod novum pondus accedit ad res tractandas. Atque in epilogo ponendae sunt haec orationis partes; quin etiam „ἐπίλογος" ipsa αὔξησις nominatur a nonnullis rhetoribus. Nihil tamen impedit oratorem, quominus in fine uniuscuiusque argumentationis epilogum faciat, quod Demosthenem in Aristocratea et Timocratea fecisse apud Syrianum legimus. At negat Georgius capita illa esse ἐπιλογικά, cum dicat: ἐν δὲ τοῖς προκειμένοις κεφαλαίοις ἡ αὔξησις πρὸς ἀπόδειξιν ὁρᾷ κτλ., quasi vero ulla exstet oratio, in qua epilogus non ad argumentationem pertineat. Syrianus Aquilae sententiam probat, huius nomine non allato. Fusius autem Georgio illum exscripsit, neque dubito, quin illae Demosthenis orationes (Aristocratea et Timocratea), quibus sententiam suam illustrat Syrianus, iam ab Aquila fuerint allatae. Iam si Aristocrateam solam Aquila attulisset, non dubium est, quin Georgius ex sua consuetudine verbis suis καὶ μάρτυς τούτου Δημοσθένης additurus fuerit ἐν τῇ κατ' Ἀριστοκράτους. Nunc vero cum duos ex Aquila afferat Demosthenis orationes Syrianus, Georgium his paucis verbis Aquilae doctrinam complexum esse apparet: καὶ μάρτυς τούτου Δημοσθένης, καθ' ἕκαστον σχεδὸν κεφάλαιον ἐπιλογιζόμενος.

---

1) Cf. etiam fol. 67v. 2) om. P: addidi. 3) ἐποιήμεθα (ca supra scr.) alt. m. P.
4) Cf. etiam Arist. Rhet. I 9.

In eodem Georgii capite agitur de „ἐργαςίᾳ“ τῆς πηλικότητος, i. e. quo studio et qua arte haec orationis pars pertractari debeat; quam ἐργαςίαν Georgius effici vult ἀπὸ τῆς ποςότητος[1]) (ex quantitate), ἀπὸ τῆς ποιότητος (constitutione quae diversa est a generali, in qua quaeritur de genere facti), praeterea ἀπὸ ἐνδόξου καὶ ἀδόξου[2]). Syrianus, qui brevissime de hoc egit, hanc distinctionem non facit. Ipsos locos proponam:

Georgius fol. 117v 21: μετὰ ταῦτα ἀπὸ τῆς ποιότητος ἐργαςόμεθα τὴν πηλικότητα· τὴν δὲ ποιότητα ἐκ τῶν περιςτατικῶν καταςκευάςομεν, ἀπὸ τόπου, χρόνου, προςώπου, τρόπου, αἰτίας[3]), ὡς ἐν τῷ κατὰ Μειδίου ὁ Δημοςθένης· ἀπὸ τόπου, ὅτι ἐν θεάτρῳ, ἀπὸ χρόνου, ὅτι ἐν πανηγύρει Διονυςίων[4]) τελουμένων, ἀπὸ προςώπου, ὅτι χορηγὸν ὄντα αὐτὸν ἔτυπτεν, καὶ ἀπὸ[5]) τῶν λοιπῶν ὁμοίως. ἐνταῦθα δὲ πάλιν ὁ Ἀκύλας φηςίν, ὅτι ἐν τῇ ἐργαςίᾳ τῆς ποιότητος παροπτέον ἔνια τῶν περιςτατικῶν, ἐπεὶ μὴ δεῖ πάντα ἐξετάζειν. ταῦτα δέ φηςιν ὁ ἀνὴρ οὐκ εἰρηκὼς αἰτίαν, δι᾽ ἣν ἡμᾶς ἀπείργει πᾶςι χρήςαςθαι τοῖς περιςτατικοῖς· ἡδέως δ᾽ ἂν ἐροίμην αὐτόν, τίνος χάριν παροπτέον ἔφη τινὰ τῶν περιςτατικῶν. ἆρα διὰ τὸ μὴ λυςιτελεῖν ἡμῖν τινα ἐξ αὐτῶν πολλάκις πρὸς ἐξέταςιν; εἰ διὰ τοῦτο, ςυναινοῦμεν καὶ ἡμεῖς τῷ δόγματι· ἐπὶ πάντων γὰρ καθ᾽ ὅλου καὶ οὐκ ἐπὶ μόνων τῶν περιςτατικῶν, ἐάν τι βλάπτῃ ἡμᾶς, οὐ χρηςόμεθα αὐτῷ, ἀλλὰ παρορῶμεν .... εἰ μέντοι πάντα λυςιτελοῦςιν ἡμῖν ἐξεταζόμενα, πᾶςι χρηςόμεθα. εἰ δὲ παροπτέον φηςὶν ἔνια τῶν περιςτατικῶν διὰ τὸ μὴ[6]) διηγηματικώτερον ἐργάςαςθαι τὴν πηλικότητα — τὰ γὰρ περιςτατικὰ διήγηςιν ἐμποιοῦςι — φαμὲν καὶ πρὸς τοῦτο ʽἀλλὰ τὸ μέγεθος τῆς αὐξήςεως οἷόν τέ ἐςτιν ἐκλύειν τὴν διήγηςινʼ. οὐ γὰρ εὑρίςκεται ςυνεχὴς ἡ διήγηςις, ὑπὸ τοῦ μεγέθους ἐκλυομένη τῆς αὐξήςεως.[7]) ἄλλως τε δὲ καὶ οἷόν τέ ἐςτι μεταλλάςςειν τὴν τάξιν καὶ τάττειν τὰ πρῶτα δεύτερα καὶ τὰ δεύτερα πρῶτα. καὶ οὕτως διελύετο τῆς διηγήςεως ἡ ςυνέχεια, ὥςτε οὐδὲ τοῦτο κωλύςει ἔνια παρεμπίπτειν τῶν περιςτατικῶν.

Syrianus II 109, 26: οὐ πᾶςιν οὖν τοῖς περιςτατικοῖς μορίοις ἐπεξελεύςεται (sc. ἡ πηλικότης).

Apparet igitur Syrianum in ἐργαςίᾳ τῆς πηλικότητος Aquilam in summa re secutum esse; in singulis vero ab eodem recessisse Georgio adscito facile probatur. Etenim Syrianus πηλικότητα in partes non divisit, diviserat Aquila, siquidem apud eum ποιότης, sicut apud Georgium, caput πηλικότητος erat, quod dubitari nequit. Nam quod Georgius ποιότητος praecepta exponens dicit: ἐνταῦθα

---

1) Georg. fol. 117v 5 sqq. 2) ὁ μὲν γὰρ ὅτι ἄδοξον τὸ πεπραγμένον καὶ αἰςχύνην φέρον ἐρεῖ, ὁ δὲ ὅτι ἔνδοξον. Georg. fol. 118r 27.
3) Deest igitur sextum περιςτατικόν Hermog. et Syriani „πρᾶγμα“
4) Διονυςείων P. 5) ἐπὶ P. 6) I. e. ne reddamus.
7) I. e. quia solvitur exaggerationis sublimitate.

Digitized by Google

πάλιν ὁ Ἀκύλας κτλ., huius πάλιν explicatio nulla invenitur, nisi qua sumimus iam priore quodam artis loco Aquilam illud praeceptum dedisse, quem locum de πηλικότητος legibus fuisse et Syriani testimonio et ipsa re probatur. Ergo duobus locis Aquila de circumstantium usu in oratoris arbitrio posito dixerat: priorem, qui erat de πηλικότητι, Syrianus in artem suam recepit, alterum de ποιότητι, πηλικότητος capite, Georgius.

Hi, quos adhuc tractavimus loci, quibus Syrianus cum Aquila consentit, omnes ex iis capitibus proveniunt, quae sunt partes status definitivi, unde sequitur Syrianum in tractando statu definitivo omnino Aquilam secutum esse.

Unus restat Aquilae locus apud Georgium, quem etiam apud Syrianum invenimus. Agitur de eo capite στοχασμοῦ (status coniecturalis), quod τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους a technicis nominatur.[1] Syrianus εἰκότα vocat illam orationis partem II 76, 11: καλεῖται δὲ καὶ εἰκότα, διότι περὶ τὴν τοῦ ἐνδεχομένου φύσιν ἐξετάζεται. In hoc quoque capite tractando Syrianus Aquilam auctorem adhibuit:

Georgius fol. 36 v 2: οὕτως καλῶς ἀναμεμερισμένης εἰς ἀμφοτέρους τῆς ὑποθέσεως ἐπεχείρησάν τινες [cf. Ἀκύλας in fine] εἰπεῖν, ὅτι ἔστιν εὑρεῖν πολλάκις ἐν ᾧ τοῖς αὐτοῖς σημείοις[2]) ὁμοίως κέχρηνται ἀμφότεροι, ὅ τε κατήγορος καὶ ὁ φεύγων, ὡς εἶναι διαστολήν τινα ἐν οἷς κοινὰ εὑρίσκεται τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. ὁτὲ μὲν γὰρ διάφορα εὑρίσκεταί φασι τὰ σημεῖα, ὁτὲ δὲ[3]) τὰ αὐτά. ὅτι γὰρ καὶ τὰ αὐτὰ πολλάκις ἔστιν εὑρεῖν σημεῖα, δῆλον ἐκ τούτου· συνεχῶς τις τοῖς τῶν ἀνδροφόνων καθαρσίοις χρώμενος κρίνεται φόνου. ἐνταῦθα γάρ, φασί, καὶ ὁ διώκων καὶ ὁ φεύγων τὰ αὐτὰ παραλήψεται ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. ὁ μὲν διώκων οὕτως· 'ἐφόνευσας ἐπεὶ συνεχῶς τοῖς τῶν ἀνδροφόνων κέχρησαι καθαρσίοις· οὐ γὰρ οὕτως συνεχῶς ἤμελλες καθαίρεσθαι, εἴπερ μὴ ἐφόνευσας'. ὁ δὲ φεύγων πάλιν τοῖς αὐ-

Syrian. II 77, 3: κοινὰ δὲ γίνεται ἀμφοῖν (sc. τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους) ὡς ἐπ' ἐκείνου συνεχῶς τις καθαιρόμενος τοῖς τῶν ἀνδροφόνων καθαρσίοις κρίνεται φόνου· ὅ τε γὰρ κατήγορος ἐρεῖ 'ὅτι συνεχῶς τοῖς ἐπὶ φόνῳ καθαρμοῖς καθαιρόμενος συνειδέναι τί μοι δοκεῖς σαυτῷ κακόν', ὅ τε φεύγων ἀπολογούμενος λέξει, ὡς 'τοσοῦτον ἀπέχω τῆς ἀνδροφονίας ὥστε καὶ συνεχῶς καθαρσίοις προσιέναι θεοῖς πα-

---

1) Syr. II 76, 9 . . . . τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, ἅπερ ὠνόμασται μὲν οὕτως, ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ζητήματος μέχρι τέλους ταὐτά ἐστιν τὰ ἐξεταζόμενα. Georg. fol. 33 v 22: ἐπεὶ ἀπ' ἀρχῆς τοῦ λόγου ἄχρι τοῦ τέλους ἐξετάζεται.

2) Georgius fol. 33 r 25: καὶ γὰρ σημεῖα καλεῖται (sc. τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους) καὶ τεκμήρια. Quod apud Georgium legimus ἐν ᾧ τοῖς αὐτοῖς σημείοις ὁμοίως κέχρηνται κ. τ. λ. significat: τοῖς αὐτοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. 3) τε P.

Digitized by Google

τοῖς χρήσεται· ‘οὐκ ἐφόνευσα, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ συνεχῶς με καθαίρεσθαι. οὐκ ἂν γὰρ ἐπεχείρουν φονεῦσαι ὅ γε συνεχῶς καθαιρόμενος καὶ ἀεὶ βουλόμενος εἶναι καθαρός’. ταῦτα μέν φασί τινες, ὧν ἐστι καὶ Ἀκύλας.

λαιῶν ἀσεβημάτων ἐμαυτὸν ἐξάντη καθιστάς. φόνων δὲ συνεχείᾳ καὶ καθαρμοῖς μυρίοις κοινὸν οὐδὲ ἕν’.

Fuit igitur de hoc loco quaestio inter rhetores, possintne accusator et reus iisdem ἀπ᾿ ἀρχῆς ἄχρι τέλους uti. Erant qui reum solum illa adhibere vellent, cum constaret inter plurimos, accusatoris praecipue id esse caput. Quam quisque habuerit sententiam, iam videamus:

Hermogenes ipse II 145, 15: Τὰ ἀπ᾿ ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἐστὶ μὲν ἐπὶ τὸ πλεῖστον τοῦ κατηγόρου . . . ἐὰν δὲ κοινὰ ᾖ τὰ ἀπ᾿ ἀρχῆς ἄχρι τέλους (εὑρίσκεται γάρ ποτε καὶ οὕτως ἔχων στοχασμός), et infra: μόνου δὲ τοῦ φεύγοντος γενέσθαι τὰ ἀπ᾿ ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἀδύνατον. Idem Hermogenis sententia allata dicit

Georgius fol. 36r 2: ταῦτα (sc. τὰ ἀπ᾿ ἀρχῆς ἄχρι τέλους) γὰρ μόνου τοῦ κατηγόρου εὑρίσκεται. ἔσθ᾿ ὅτε δὲ καὶ κοινὰ ἀμφοῖν, τοῦ τε κατηγόρου φημὶ καὶ τοῦ φεύγοντος· μόνου δὲ τοῦ φεύγοντος οὐχ εὑρίσκεται.

Aquila et Syrianus τὰ ἀπ᾿ ἀρχῆς ἄχρι τέλους κοινά inveniri non negant. Numquid etiam reum solum iis uti posse dicunt? — Syrianus II 76, 24: ἔστι δὲ τῶν ἀεὶ ἐμπιπτόντων ἐν τῷ ἁπλῷ τελείῳ στοχασμῷ ἐκ μόνου τοῦ κατηγόρου κινούμενα, ποτὲ δὲ καὶ κοινὸν ἀμφοῖν γίνεται, σπανίως δὲ μόνου τοῦ φεύγοντος (exemplum huius doctrinae sequitur p. 77, 26). Idem in Aquilae libro exstitisse credo; minime enim puto Georgium scripsisse: ἐπεχείρησάν τινες εἰπεῖν, ὅτι ἔστιν εὑρεῖν . . . . . καὶ ὁ φεύγων; quoniam Hermogenem idem dixisse constat illiusque sententiam ipse Georgius se sequi profitetur, nisi eos rhetores sequi voluisset, qui reum solum capite illo uti contendunt. Plura enim de illis est dicturus

Georgius fol. 37r 14: τινὲς δὲ (eosdem hos esse puto atque eos, quos supra laudaverat, „ὧν ἐστὶ καὶ Ἀκύλας“) καὶ τὸ μεῖζον ἐπεχείρησαν εἰπεῖν, ὅτι πολλάκις ὁ φεύγων μόνος κέχρηται τοῖς ἀπ᾿ ἀρχῆς ἄχρι τέλους, ὡς ἐπὶ τούτου·

πρεσβύτης, τριῶν ἀριστέων πατήρ, τῶν μὲν δύο τελευτησάντων, τοῦ δὲ ἑνὸς νοσοῦντος καὶ τεθνάναι μέλλοντος . . .[1]), ἑαυτὸν προσαγγέλλει· τοῦ δὲ παιδὸς ἀναστάντος[2]) καὶ ἀντειπόντος, αὖθις ἱεροσυλίας γενομένης

Syrian. II 77, 26: γίνεται σπανίως καὶ μόνον τοῦ φεύγοντος (sc. τὰ ἀπ᾿ ἀρχῆς ἄχρι τέλους) ὡς ἐπ᾿ ἐκείνου· τρεῖς τις ἔχων παῖδας ὀλυμπιονίκας, τοὺς δύο ἀπο-

1) Hoc loco verba ἱεροσυλίας γενομένης desiderantur; cf. paulo post „αὖθις ἱεροσυλίας γενομένης“; eadem in Syriani exemplo.
2) ἀντιστάντος P.

Digitized by Google

ἑαυτὸν ἐπ' αὐτῇ προσαγγέλλει, ὡς ἐπινοσοῦντος αὐτῷ τοῦ παιδός. ἐνταῦθα γάρ, φασί, τοῦ φεύγοντός ἐστι μόνου τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, ἐπεὶ καὶ μόνος ἔχει τὴν ἐκ τούτων κατασκευήν. φήσει γὰρ μὴ εἶναι τὸν πρεσβύτην ἱερόσυλον, ἀλλὰ τοῦ θανάτου ἐρᾶν καὶ διὰ τὴν περὶ τοῦ παιδὸς λύπην ἑαυτὸν προσηγγελκέναι [1]), ἐπεὶ καὶ πρότερον ἤδη ἑαυτὸν προσήγγειλεν. ἀλλὰ τὸ τοιοῦτο εὔηθες [2]) λίαν.

βαλὼν ἦλθεν ἐπὶ βρόχον· μέλλοντα αὐτὸν ἀποπνίγεσθαι ὁ νεώτερος καθεῖλεν· ἱεροσυλίας γενομένης ἔφησεν ὁ πατὴρ ἑαυτὸν ἱεροσυληκέναι καὶ ὁ παῖς ἀντιλέγει· ὁ γὰρ παῖς, τοῦ φεύγοντος ἔχων τὴν τάξιν, τοῦ πατρὸς τὴν συμφορὰν διηγήσεται καὶ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐπιβουλεῦσαι ἑαυτῷ θέλει.

His ex locis apparet Syrianum Aquilam esse secutum. Praeterea exempla omnia, quae et apud Syrianum et Georgium invenimus, in Aquilae compendio fuisse verisimile videtur. Supra iam demonstratum est, iisdem Syrianum exemplis atque Aquilam τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους κοινά illustravisse, quae ad Hermogenem redire puto. Illud, quod Hermogenes adhibet πρόβλημα ad communia ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, etiam apud Syrianum legimus:

Hermog. II 145, 23: παράδειγμα τοῦ κοινὰ ἔχοντος τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους· ἀπέκειτο κατά τινος γραφὴ τυραννίδος ἐπιθέσεως· μετεώρου τῆς δίκης οὔσης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀριστεύσας ᾔτησεν εἰς τὸ γέρας τὴν ἀναίρεσιν τῆς γραφῆς καὶ ἔλαβεν. ἐτυράννησεν ἐκεῖνος καὶ καθελὼν αὐτὸν οὗτος συνειδότος φεύγει. τῇ μὲν γὰρ ἀναιρέσει τῆς γραφῆς καὶ τοῖς περὶ ταῦτα ὁ κατήγορος χρήσεται, τῷ δὲ ἀπεκτονέναι καὶ τοῖς περὶ τοῦτο ὁ φεύγων, καὶ δεῖ ἀμφοτέρους λῦσαι τὰ ἀλλήλων.

Syrian. II 77, 12: γίνεται δὲ καὶ ἐπὶ διαφόρων πραγμάτων κοινὰ τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, οἷον ἐγράψατό τις τυραννίδος ἐπιθέσεώς τινα, μετεώρου τῆς δίκης οὔσης ὁ τοῦ φεύγοντος ἀδελφὸς ἀριστεύσας ᾔτησεν ἀναίρεσιν τῆς γραφῆς· ἔλαβε· μετὰ ταῦτα τυραννοῦντα τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινε καὶ κρίνεται ὁ ἀριστεύσας συνειδότος. ὁ μὲν οὖν κατήγορος ἐρεῖ ὅτι 'συνῄδεις αὐτῷ τὴν τυραννίδα, διὰ τοῦτο γὰρ ἁλίσκεσθαι μέλλοντα ἐξῃτήσω καὶ μικρὸν ὕστερον ἀνεῖλες ἐκποδὼν καταστῆσαι σπεύδων τὸν ἔλεγχον', ὁ δὲ φεύγων ἀπολογήσεται ὅτι 'πρότερον, μὲν συκοφαντεῖσθαι τὸν ἀδελφὸν νομίζων εἰς τὸ γέρας τῆς ἀριστείας ᾔτησα τὴν ἀναίρεσιν τῆς γραφῆς, ὕστερον δὲ περιφανῶς τυραννοῦντα καταμαθὼν οὐδὲ κρίσεως ἄξιον ἐπὶ τηλικούτοις ἡγούμην'.

Hermogenis verba τῇ μὲν γὰρ ἀναιρέσει γραφῆς κτλ. Syrianus fusius exposuit: ὁ μὲν γὰρ κατήγορος ἐρεῖ ὅτι συνῄδεις αὐτῷ κτλ., neque dubito, quin hoc in Aquilae libro legerit, qui ipse Hermogenis

---

1) προσεγγελκέναι P. 2) εὐήθει pr. m. εὐήθῃ alt. m. P: corr. Keil.

exemplo usus erat.[1]) Id denique afferam exemplum, quod apud Georgium et Syrianum solos exstat:

Georg. fol. 34v 4: ὑπώπτευcέν τις τὸν οἰκέτην ἐπὶ τῇ γυναικί, δήcας αὐτὸν ἀπεδήμηcεν, τῆς τῶν θεcμοφορίων ἐνcτάcης ἑορτῆς, νόμου κελεύοντος μηδένα εἶναι τηνικαῦτα δεcμώτην, ἀπέλυcε τὸν οἰκέτην ἡ γυνή· ὁ δὲ λυθεὶς ἀπέδρα. εὑρέθη ὁ ἀνὴρ ἐπ' ἐρημίας νεκρὸς ἀcκύλευτος, καὶ κρίνεται ἡ γυνὴ cυνειδότος.

Syrian. II 76, 17: ὑπώπτευcέ τις τὸν οἰκέτην ἐπὶ τῇ γυναικί, δήcας ἀπεδήμηcε, θεcμοφορίων ἐπιcτάντων νόμου κελεύοντος ...[2]), ἔλυcεν αὐτὸν ἡ γυνή· ὁ δεcπότης ἐπαινῶν εὕρηται νεκρὸς ἀcκύλευτος, ἀφανὴς γέγονεν ὁ παῖς, καὶ κρίνεται cυνειδότος ἡ γυνή.

Quod exemplum Aquilae esse puto, quia apud Hermogenem non invenitur.

Quod attinet ad ἐργαcίαν τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, dicit Georgius fol. 39v 4: ἔτι δὲ δεύτερόν ἐcτιν ἐπιχείρημα, ἀφ' οὗ γίνονται ἔκ τε λόγων καὶ πεπραγμένων (sc. τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους). τινὲς δὲ (sunt certo iidem „τινές", quos iterum atque iterum in hoc capite laudavit Georgius, quorum in numero Aquila est) προcτιθέαcι καὶ 'παθῶν', διὰ τὸ πρόβλημα τῆς γυναικὸς τῆς cυνεχῶς νύκτωρ δακρυούcης καὶ μοιχείας κρινομένης· τὸ γὰρ δακρῦcαι, φαcίν, παθεῖν ἐcτιν. Apud Syrianum in ἐργαcίᾳ τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους hoc ipsum invenimus exemplum (II 78, 10 sqq.) idque unicum.

Haec habui, quae dicerem de locis ex Aquilae arte a Georgio servatis, quibuscum Syrianus consentit. Alii praeterea in Georgii commentario occurrunt loci ex Aquila excerpti, quibus probatur Syrianum aliter sensisse atque Aquilam. Quaerat ideo quispiam, quomodo factum sit, ut non omnes Aquilae loci, quos exhibet Georgius, apud Syrianum exstent, quamquam Aquilam et Euagoram se velle sequi Syrianus initio libri sui ipse professus est.

Videamus igitur, qui sint loci illi, quid valeant, num quadrent ad Syriani doctrinam: quo facto apparebit Syrianum non solum ex Aquila et Euagora, sed etiam ex aliorum rhetorum libris hausisse.[3])

---

1) Accusatorem semper τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους uti quoniam inter omnes constabat, neque Hermogenes neque alius quisquam exemplum dedit. Georg. fol. 36r 6: τὸ μὲν οὖν διδόναι νῦν παράδειγμα ἐν ᾧ τοῦ διώκοντος μόνον ἐcτὶ τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους περιττὸν διὰ τὸ λίαν cαφές. ἔνθεν γὰρ καὶ ὁ τεχνικὸς παρῆλθεν μὴ δεδωκὼς ἡμῖν τοῦ τοιούτου παράδειγμα· πρόδηλον γὰρ ὡς ἐπὶ παρεcτηκότος τῷ νεοcφαγεῖ cώματι κτλ.; brevissime etiam Syrian. II 76, 12: ἐνδέχεται γὰρ τὸν παρεcτῶτα τῷ νεοcφαγεῖ cώματι κτλ.

2) Desiderantur hic: μηδένα εἶναι τηνικαῦτα δεcμώτην (ut apud Georgium).

3) Syrianum e Minuciano sua hausisse iam demonstravit Gloeckner l. c. p. 60 sqq.

Ac primum quidem demonstratur, Syrianum spreta Aquilae sententia Hermogeni se accinxisse.

§ 2. De Syriano et Hermogene.

Est status coniecturalis caput μετάθεϲιϲ αἰτίαϲ sive χρῶμα, quo alia de causa factum aliquid esse affirmat reus, quam adversarius intendit.[1]) 'Τὸ χρῶμα ἀεὶ ἐμπίπτει κατὰ μίαν τῶν ἀντιθετικῶν'[2]), i. e. semper adhibetur ad 'relationem causae' expoliendam unum genus ex quattuor illis, quae τῆϲ ἀντιθέϲεωϲ[3]) sunt:

1. ἀντίϲταϲιϲ (genus comparativum)[4]), 2. μετάϲταϲιϲ (translatio)[5]),
3. ἀντέγκλημα (criminis relatio)[6]), 4. ϲυγγνώμη (concessio).[7])

In his quattuor formis aliquid opponitur, quo se reus contra adversarium defendit. Aquila non solum hos ἀντιθετικάϲ in μεταθέϲει αἰτίαϲ adhibitas voluit, sed etiam τὴν ἀντίληψιν, defensionem quandam, qua ipsum factum, quod obicitur, dicimus honestum esse[8]):

Georgius fol. 56v 21: ὅτι μὲν οὖν κατὰ μίαν τῶν ἀντιθετικῶν ἡ ἐργαϲία γίνεται τῆϲ μεταθέϲεωϲ τῆϲ αἰτίαϲ, δεδήλωται. μηδεὶϲ δὲ οἰέϲθω, ὡϲ καθ' ἕκαϲτον πρόβλημα μίαν μόνην ἐμπίπτειν τῶν ἀντιθετικῶν εἰϲ ἐξέταϲιν· ἔϲθ' ὅτε γὰρ καὶ δύο ἐμπίπτουϲιν καὶ τρεῖϲ πρὸϲ ὅπερ χορηγήϲει ἡ ὕλη.[9]) Ἀκύλαϲ δὲ οὐ μόναϲ ἔφαϲκε τὰϲ ἀντιθετικὰϲ ἐμπίπτειν εἰϲ ἐργαϲίαν τοῦ χρώματοϲ, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀντίληψιν, ὡϲ εἶναι τὰϲ δικαιολογικὰϲ πάϲαϲ. εἴποι γάρ, φηϲίν, ὁ παρεϲτηκὼϲ τῷ νεοϲφαγεῖ ϲώματι, ὅτι 'καὶ ἔξεϲτί μοι παρεϲτάναι'. οὐ πειϲτέον δὲ τούτῳ· ϲυγχέει γὰρ ταῦτα, ϲυμμιγνὺϲ τὴν ἀντίληψιν τὸ κεφάλαιον ⟨καὶ⟩[10]) τὴν μετάθεϲιν τῆϲ αἰτίαϲ. τὸ γὰρ εἰπεῖν ὅτι 'ἔξεϲτί μοι παρεϲτάναι' ἀντιληπτικόν ἐϲτι, καὶ τοῦτο[11]) κεφάλαιον τοῦ ϲτοχαϲμοῦ. καὶ ταῦτα

---

1) Hos terminos technicos ut verterem et explicarem, plerisque locis usus sum Ernesti Lex. techn. Graec. rhet.

2) Georg. fol. 56v et 57v.

3) Hoc et ἀντίθετον vocatur. Quint. 9, 2, 101: „. . . quod non universa universis, sed singula singulis opponuntur . . . idque ἀντίθετον vocat". 9, 3, 81: Contrapositum autem, vel, ut quidam vocant, contentio (ἀντιθέτου dicitur) non uno fit modo. Nam et fit, si singula singulis opponuntur e. q. s.

4) Quint. 7, 4, 12: „hoc genus ἀντίϲταϲιϲ graece nominatur, comparativum nostri vocant". — Inest in utilium rerum comparatione et commodorum aut incommodorum comparatione (E.).

5) . . . (et comparationem) et translationem, cuius adhuc novum nomen inventum est μετάϲταϲιϲ" — Ea est forma defensionis, qua in aliam rem alienam culpa transfertur.

6) Quint. 7, 4, 8: ἀντέγκλημα dicitur, quia omnis nostra defensio constat eius accusatione, qui vindicatur.

7) Est genus defensionis, qua reus fatetur quidem crimen, sed invitum et imprudentem se fecisse contendit. — Ad Her. II 23: concessio est, per quam nobis ignosci postulamus.

8) Quint. 7, 4, 4. 9) Cf. Syrian. II 85.

10) καὶ adieci. 11) Scil. ἐϲτι.

μὲν ὅταν ἐν λόγοις ᾖ τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους· εἰ δὲ ἐν πράγμασιν εἴη, φησίν (Hermog. II 147, 1), θετικῶς ἐξεταστέον τὸ χρῶμα.[1]) ἰστέον δὲ ὅτι καὶ τοῦτο καθολικόν ἐστιν ἐπὶ πάσης μεταθέσεως αἰτίας· πλατύνομεν γὰρ ἔτι τὴν ἐργασίαν θετικῶς ἐπὶ τὸ καθ' ὅλου συνάγοντες, καὶ οὐ μόνον . . .[2]) τοῦτο πολλάκις ἐκ τοῦ ἐναντίου κατασκευάσομεν, καὶ ἔτι τοῖς τελικοῖς χρησόμεθα κεφαλαίοις, οἷον δικαίῳ, συμφέροντι, νομίμῳ, οἷον ἐπὶ τοῦ παρεστηκότος τῷ νεοσφαγεῖ σώματι. εἴποι γὰρ ὅτι 'προνοητέον τῶν σωμάτων τῶν ἀτάφων καὶ τῆς ὁσίας τῶν τετελευτηκότων. οὐ γὰρ χρὴ περιορᾶν τὰ ἄταφα σώματα. σκόπει γὰρ οἷα πάσχουσι δεινὰ οἱ τούτων ἀμελοῦντες· τοὺς ἀλιτηρίους ἔχουσιν δαίμονας, εὐμενὲς οὐ κέκτηνται τὸ δαιμόνιον, ὅλως οὐκ εὖ πράττουσιν'. εἶτα καὶ τὰ τελικὰ ἐπάξομεν κεφάλαια, λέγοντες ὅτι 'δίκαιον τοὺς τετελευτηκότας θάπτειν, καὶ συμφέρον, καὶ ὅσα ἂν ἁπλῶς ἑτέρων εὐπορήσομεν. οὕτως οὖν ἐργαστέον τὴν μετάθεσιν τῆς αἰτίας. καὶ γὰρ ἄτοπον ἂν ὑπῆρχεν, εἰ τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους τοσαύτην ἐχόντων ἰσχὺν καὶ τοσοῦτον πλάτος ἐργασίας τὴν φερομένην πρὸς αὐτὰ μετάθεσιν τῆς αἰτίας οὕτω ψιλῶς καὶ συντόμως προσεφέρομεν[3]), λέγοντες ἁπλῶς ὅτι 'παρέστην οὐχ ὡς φονεύσας, ἀλλ' ὡς θάψαι βουλόμενος'. ἀναγκαῖον οὖν ἦν ἄρα καὶ τὸ χρῶμα τοσούτοις ἐπιχειρήμασι ποικίλλεσθαί τε καὶ πλατύνεσθαι. ἔτι φησὶν ὁ τεχνικός, ὡς ἐὰν ἐν πάθεσιν ᾖ τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, ἡ μετάθεσις τῆς αἰτίας μεταστατικῶς ἐξετάζεται ἢ συγγνωμονικῶς[4]), ὡς ἐπὶ τῆς νύκτωρ συνεχῶς δακρυούσης γυναικὸς καὶ μοιχείας κρινομένης. μεθίστησι γὰρ τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὴν σύνοικον, ὡς αὐτὸς εἴη τῶν τοιούτων αἴτιος, ἁπλῶς αὐτῇ προσιὼν καὶ ἐνοχλῶν καὶ θλίβων καὶ μηδεμίαν αὐτῇ παρέχων τέρψιν. ὅμως δὲ καὶ τοῦτο φθάσαντες διελέγξαμεν· οὐ γὰρ ἀποδίδοται τοῦτο τοιᾷδε[5]) μεταθέσει αἰτίας, ἀλλὰ καθ' ὅλου πᾶσα μετάθεσις αἰτίας κατὰ μίαν ἐξετάζεται τῶν ἀντιθετικῶν. τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς αἰσθόμενος ὁ Ἑρμογένης (l. c. 9) ἐπήγαγε λέγων· 'πάντα δὲ ἐν πᾶσιν ἐμπίπτει πλὴν ὅτι πλεονάζειν χρὴ ἕκαστον ἐν τῷ οἰκείῳ', ἵνα τὸ μὲν κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν ἐν λόγοις πλεονάσωμεν, τὸ δὲ θετικὸν ἐν τοῖς πράγμασιν, τὸ δὲ μεταστατικὸν καὶ συγγνωμονικὸν ἐν τοῖς πάθεσιν'. οὐδὲ τοῦτο δὲ ἀληθές· πλεονάζειν γὰρ ἕκαστον χρή, ἔνθα ἂν εὐπορήσωμεν.[6])

Si ἀντίληψις adhibetur, δικαιολογία κατ' ἀντίληψιν fit[7]), quae longe diversa est a δικαιολογίᾳ κατ' ἀντίθεσιν, cuius est μετάθεσις

1) Cf. Syrian. II 84, 3 sqq.

2) Lacunam ind. Keil, qui desiderat e. q. καὶ τοῦτο οὐ μόνον ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἀλλὰ καὶ πολλάκις . . . 3) Sic Keil: προφέρομεν P.

4) Hermog. 147, 5 om. μεταστατικῶς et ἤ.

5) τοιᾷδε Keil. τοιάδε P Interpretare: singulare illud exemplum (τουτο) quod attulit, scilicet feminae lacrimantis, non quavis μεταθέσει αἰτίας solvitur, sed unicuique exemplo propria est μετάθεσις, quam κατὰ μίαν τῶν ἀντιθετικῶν effici iam vidimus. 6) εὐπορήσομεν P.

7) I. e. constitutio iuridicialis absoluta. — Quint. 7, 4, 4.

Digitized by Google

αἰτίας; haec autem δικαιολογία cum illa coniungi nequit. Quare summo iure Georgius Aquilam refellere conatur („οὐ πειστέον δὲ τούτῳ" — Georg.). Hic enim ad sententiam suam confirmandam exemplo parum idoneo est usus: comprehensus homo quidam apud corpus hominis interfecti caedis accusatus: „licet mihi", inquit, „ibi versari." Plane ineptum hoc defensionis genus esse nemo est qui neget. Revera improbavit Syrianus illud Aquilae dictum; nullam enim ἀντιλήψεως mentionem fecit. Quid? quod in hunc ipsum locum dicta videntur esse quae posuit Syrianus in tractanda ἀντιλήψει II 134, 6: τὴν δὲ ἀντίληψιν ὁ φεύγων οὐκ ἀνέδην εἰσάξει, ἀναίσχυντον γὰρ τὸ λέγειν ὡς 'ἔξεστιν ἅπερ ἂν τις βούλοιτο διαπράττεσθαι.' Igitur in hoc capite Syrianus (non minus quam Georgius) Hermogenem secutus est. Ipsos locos subiciam:

Hermogenes II 146, 25: Ἡ μετάθεσις τῆς αἰτίας πρὸς τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους γίνεται, ἐκεῖνα δὲ ἤτοι ἐν λόγοις ἐστὶν ἢ ἐν ἔργοις ἢ ἐν πάθεσι. κἂν μὲν ἐν λόγοις ᾖ, κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν ἡ μετάθεσις τῆς αἰτίας εἰσάγεται, οἷον νέος πλούσιος νύκτωρ κωμάσας εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐβόησε· 'θαρρεῖτε, ὦ δεσμῶται, οὐκ εἰς μακρὰν λυθήσεσθε', καὶ φεύγει τυραννίδος ἐπιθέσεως. ἐνταῦθα γὰρ ὁμολογῶν εἰρηκέναι, τίνι διανοίᾳ εἶπε, σκοπεῖν ἀξιοῖ. ἐὰν δὲ ἐν ἔργοις ᾖ τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, ἡ μετάθεσις τῆς αἰτίας θετικῶς ἐξετάζεται, οἷον πεφώραταί τις ἐπ' ἐρημίας θάπτων νεοσφαγὲς σῶμα καὶ φεύγει φόνου. θέσιν γὰρ περανεῖ. ἐρεῖ γάρ, ὅτι καλὸν τὸ τοὺς ἀτάφους θάπτειν· ἐὰν δὲ ἐν πάθεσι, συγγνωμονικῶς ἡ μετάθεσις τῆς αἰτίας γίνεται, οἷον συνεχῶς εἰς τὴν ἀκρόπολιν νέος πλούσιος ἀφορῶν δακρύει καὶ φεύγει τυραννίδος ἐπιθέσεως. ἐλεήσας γὰρ φήσει τοὺς τυραννουμένους οὕτω διετέθην. εἰδέναι δὲ δεῖ, ὅτι ταῦτα μὲν πάντα ἐν πᾶσι στοχασμοῖς εὐ-

Syrian. II 83, 22: ἔστι δὲ καὶ ἄλλη τεχνικωτέρα τῶν χρωμάτων εὕρεσις τοιάδε· τῶν γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἢ ἐν λόγοις ὄντων ἢ ἐν ἔργοις ἢ ἐν πάθεσι, γνωστέον ὅτι, ἐὰν μὲν ᾖ ἐν λόγοις τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους τὸ χρῶμα κατὰ ῥητὸν καὶ διάνοιαν ὑπάρξει, ὡς ἐπὶ Ἀλκιβιάδου τοῦ παρελθόντος νύκτωρ τὸ δεσμωτήριον καὶ βοήσαντος· 'θαρρεῖτε, ὦ δεσμῶται'· τὸ γὰρ εἰρημένον οὐχ οἷός τε ὢν ἀρνεῖσθαι ἐπί τινα εὔλογον χωρεῖ διάνοιαν, ἀφ' ἧς προηνέγκατο τὸν λόγον, ὡς 'τὸν δῆμον αἰτεῖν ὑπὲρ τῆς λύσεως τῶν δεσμωτῶν ἐβουλόμην.' ὅταν δὲ ἐν ἔργοις ᾖ τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, τὸ χρῶμα κατὰ θέσιν ἔσται, ὡς ἐπὶ τοῦ θάπτοντος ἐν ἐρημίᾳ τὸ νεοσφαγὲς σῶμα, ἐρεῖ γὰρ ⟨ὡς⟩ 'ὅσιον ἡγούμην θάπτειν τὸν οἰχόμενον' καὶ διὰ τῶν θετικῶν τόπων κατασκευάσει τὴν περὶ τοὺς τεθνεῶτας ὁσίαν, ὡς ἀναγκαία καὶ φυλαττομένη μὲν ἀγαθῶν αἰτία ταῖς πόλεσι, περιορωμένη δὲ πανωλεθρίαν ἐπάγει τοῖς ῥαθυμοῦσι καὶ τὰ τοιαῦτα. ὅταν δὲ ἐν πάθεσιν ᾖ τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, συγ-

Digitized by Google

ρίcκεται, πλεονάζειν δὲ ἕκαcτον ἐν τῷ οἰκείῳ.

γνωμονικὸν ὑπάρξει τὸ χρῶμα, ὡc ἐπὶ τῆc δακρυούcηc νύκτωρ γυναικόc· ἐρεῖ γὰρ ὡc 'οἰκτείρουcα τὴν ἀνθρωπίνην ἀτυχίαν ἐδάκρυον καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ κακῶν οἱ κλύδωνεc ἐπὶ cχολῆc εἰc μνήμην ἰόντεc κινοῦcι πρὸc θρῆνον'.

Per deprecationem[1]) effici relationem causae uterque vult, si in affectibus constiterint illa 'ab initio ad finem'; quodsi alio exemplo Syrianus hanc illustrat doctrinam atque Hermogenes, illum non Hermogenis ipsius libro, sed alio quodam compendio, quod ad Hermogenem redire necesse est, usum esse apparet.

In eodem Syriani capite occurrunt loci duo, quibus iisdem probatur eum Aquilae Hermogenem praetulisse, cf.

Hermogenes II 147, 19: ἐὰν δὲ ἀφ' ὧν αὐτὸc πεποίηκε κρίνεταί τιc, ἢ ἕν τι ἐρεῖ ἢ καὶ πλείονα, ἀλλ' ἀκόλουθά γε ἀλλήλοιc, οἷον νύκτωρ τιc μεταιτῶν ληcτείαc φεύγει. ἐρεῖ γὰρ διὰ τοῦτο νύκτωρ, ὅτι αἰcχύνεται, καὶ ὅτι οὐ βούλεται δυcοιώνιcτοc εἶναι μεθ' ἡμέραν προcαιτῶν τοῖc ἐντυγχάνουcι, καὶ ὅτι μᾶλλον τηνικαῦτα διδόαcιν οἱ ἄνθρωποι ἀνειμένοι ἤδη τῇ γνώμῃ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον· ταῦτα γὰρ πολλὰ ὄντα οὐκ ἐναντιοῦνται ἀλλήλοιc.

Syrian II 85, 5: ἰcτέον οὖν ὅτι, ὅταν μὲν ᾖ τὰ ἐν τοῖc ζητήμαcι πράγματα ἅπερ αὐτοὶ πεπράχαμεν, <ἓν> ἐμπίπτει χρῶμα ἑνὸc ὄντοc τοῦ τεκμηρίου, ὡc ἐπὶ τοῦ παρεcτῶτοc τῷ νεοcφαγεῖ cώματι, ἐνίοτε δὲ πλείω ἀκόλουθα μέντοι, ὡc ἐπὶ τοῦ νύκτωρ προcαιτοῦντοc καὶ κρινομένου ληcτείαc, ἐρεῖ γὰρ ὡc 'ἠδούμην μεθ' ἡμέραν προcαιτεῖν' καὶ ἄλλο 'νύκτωρ γὰρ μᾶλλον οἰκτείρουcιν ἄνθρωποι' καὶ ἄλλο 'cυνελάμβανέ μοι πρὸc τὸ λανθάνειν τὸ cκότοc.'

Conferas denique

Hermogenis II 147, 11: ἔτι ἡ μετάθεcιc τῆc αἰτίαc, ἂν μὲν ἀφ' ὧν ἕτεροι πεποιήκαcιν ἡ κρίcιc γίνηται, ἔcται καὶ πεπλανημένη καὶ ἐναντία πωc ἑαυτῇ, οἷον τριcαριcτέωc εἰκόνα ἔcτηcαν οἱ πολέμιοι, καὶ φεύγει

Syriani II 86, 1: ὅταν δὲ ἄλλων πραξάντων ἄντικρυc εἰc ἡμᾶc ἀναφέρηται, πλείω τὰ χρώματα ἐμπίπτει καὶ ἀνακόλουθα, ἅπερ καὶ πεπλανημένα καλοῦcιν οἱ τεχνικοί· εἰκότωc, εἰ γὰρ ἀκόλουθα λέγομεν, cυνει-

1) Cf. C. Iulius Victor (rhet. lat. min. ed Halm) p. 381: κατὰ cυγγνώμην est, cum et factum confitemur, quod intenditur, et culpam esse concedimus, et eam in alium transferre non possumus et commodum nullum ex ea probare conamur, sed omissis omnibus veniam precamur aut ignoratione aut necessitate aut casu, ut est Marci Tullii pro Ligario sententia.

προδοςίας. ἐρεῖ γὰρ θαυμάζοντας αὐτὸν ἐκείνους ςτῆςαι, ἢ προτρέποντας τοὺς πὰρ' αὐτοῖς, ἢ ἐξιλεουμένους αὐτόν, ἢ ἄλλως φθόνον κινῆςαι βουλομένους· ταῦτα γὰρ πάντα· εἶναι ἀληθῆ οὐ δύναται· διό φαμεν καὶ πεπλανημένα χρώματα ἐν τῷ τοιούτῳ ςτοχαςμῷ εὑρίςκεςθαι.

δένοι τοῖς πεποιηκόςι δόξομεν, οἷον ὡς ἐπὶ τοῦ τριςαριςτέως, οὗπερ εἰκόνα ἔςτηςαν οἱ πολέμιοι· ἐρεῖ γὰρ ὡς 'θαυμάζοντες τῆς ἀνδραγαθίας ἔςτηςαν' καὶ πάλιν 'ἀλλὰ φθονοῦντές μοι τῆς παρ' ὑμῶν τιμῆς εἰκόνος δωρεᾷ διαβεβλήκαςιν' καὶ πάλιν 'ἀλλὰ πρᾶον αὐτοῖς ἔςεςθαί με διὰ ταύτης ὑπώπτευςαν.' καὶ πάλιν 'ἀλλ' ἴςως ἐπ' ἀρετὴν προτρέψαι τοὺς παρ' ἑαυτοῖς ςπεύδοντες τὸν πλεῖςτα χαλεπὰ δράςαντα τετιμήκαςιν εἰκόνι.'

His locis allatis Syrianum in tractanda causae relatione, quae est status coniecturalis, Hermogenem secutum esse neque Aquilam respexisse satis constat.

Ille, ad quem nunc accedimus, ex Aquila locus ἀντιλήψεως[1]) est, status qualitatis absolutae, de quo hoc Syrianus II 127, 17: οἱ τὴν ἀρίςτην τῶν ςτάςεων ποιηςάμενοι διαίρεςιν μετὰ τὸν ὅρον τάττουςι τὴν ἀντίληψιν. Horum rhetorum in numero etiam est Hermogenes; tamen hunc se sequi nolle brevi post addit Syrianus; etenim Minuciani Hermogenisque finitiones τῆς ἀντιλήψεως affert allatasque reicit II 128, 15: οὗτος ⟨δὲ⟩ ὁ ὅρος (sc. Ἑρμογένους) τὸ μὲν ἴδιον τῶν ἀντιληπτικῶν προβλημάτων μηνύει, ἀτελὴς δέ ἐςτιν· οὔτε γὰρ ἐκ γένους ἐςτὶ καὶ διαφορῶν, ὥςπερ οὐδὲ ὁ τοῦ Μινουκιανοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ κατηγόρου γνωρίζει τὴν ἀντίληψιν καίτοι γε πάντων ὡς εἰπεῖν τεχνογράφων ἀπὸ τοῦ φεύγοντος αὐτὴν χαρακτηριζόντων; quamvis improbaret, tamen se illorum sententias attulisse Syrianus dicit, quod optimi habebantur rhetores usque ad Aquilae et Euagorae aetatem; interiectis deinde summis Aquilae et Euagorae laudibus sic pergit: ὁ δὲ τελείως ἔχων τῆς ἀντιλήψεως ὅρος ἐςτὶν οὗτος κτλ., ut certum sit, hoc loco Aquilae definitionem status qualitatis absolutae tradi. Quamquam autem definitionem ab Aquila mutuatus est, Syrianus in singulis huius status capitibus non tam Aquilam quam Hermogenem ducem sequi maluit. Nam quod in status qualitatis absolutae divisione paululum a Hermogenis praeceptis rhetor recedit[2]) — cf.

1) „qualitatis absolutae", cf. C. Julius Victor l. c. p. 380, 20: absoluta qualitas fit, quotiens de facti tantummodo qualitate contenditur, ipsaque res, quae in iudicium vocatur perniciosa non esse fere monstratur recteque facta et iure, quoniam frustra est paene licitum quid esse, nisi sit et bonum atque iustum, aut ita tamen, ut secundum iustum non vetetur.

2) Caput de generibus qualitatis absolutae (τρόποι ἀντιλήψεως) quod exstat apud Syrianum (II 129, 17 sq.), apud Hermogenem non in-

Digitized by Google

Syrianus II 132, 8: Διαιρεῖται δὲ ἡ ἀντίληψις κεφαλαίοις τούτοις· προβολῇ, μορίοις δικαίου, προσώπῳ, ὅρῳ, ἀνθορισμῷ, συλλογισμῷ, γνώμῃ νομοθέτου, πηλικότητι, πρός τι, ἀντιλήψει, μεταλήψει, γνώμης ἐρωτήσει, χρώματι ἐκ τῶν ἀντιθετικῶν κινουμένῳ· ἔξωθεν δὲ πολλάκις ὁρικαί τε καὶ στοχαστικαὶ ἐμπίπτουσιν ἀντιθέσεις κτλ.

Hermogenes II 157, 7: Ἡ δὲ ἀντίληψις διαιρεῖται προβολῇ, μορίοις δικαίου, προσώπῳ, ὅρῳ καὶ τοῖς ἑπομένοις τῷ ὅρῳ μέχρι τοῦ πρός τι, αὐτῇ τῇ ἀντιλήψει, μεταλήψει, ἀντιθέσει, ἑτέρᾳ μεταλήψει, θέσει, ποιότητι καὶ γνώμῃ —,

nullius momenti est, quia in ipsa capitum tractatione eundem quem Hermogenes et numerum capitum et explicationis modum praebet. Videmus igitur Syrianum praecepta sua ex Hermogenis et ex Aquilae artibus compilasse.

Hic etiam apte quaeritur, quanam ratione Syrianus de πηλικότητι et de πρός τι egerit, quoniam de his capitibus Aquilae sententia exstat apud

Georgium fol. 158v 14: τοσαῦτα εἴχομεν καὶ περὶ τῆς πηλικότητος εἰπεῖν· μετιτέον δὲ καὶ ἐπὶ τὸ πρός τι. καὶ ζητήσομεν ἐν αὐτῷ τέσσαρα κεφάλαια, ὧν τὸ πρῶτόν ἐστιν ὡς πρὸς τὸ προειρημένον ἀκόλουθον. φασὶ γὰρ ὅτι ὡς οὐ τῇ πηλικότητι οὐδὲ τῷ πρός τι χρήσεται ὁ φεύγων· οὐ γὰρ δέον μειῶσαι τὸ πεπραγμένον· καθ' ὃν οὖν λόγον, φασίν, οὐ κέχρηται τῇ πηλικότητι, κατὰ τὸν αὐτὸν οὐδὲ τῷ [1]) πρός τι· ἄμφω γὰρ αὐξητικά. ἰστέον δὲ ὡς ὁ Ἀκύλας φησίν, ὅτι ἐπὶ μὲν τῆς πηλικότητος ἀληθὴς ἡ σημείωσις, ἐπὶ δὲ τοῦ πρός τι οὐκέτι· τῇ γὰρ πρὸς ἕτερον παραθέσει δείξει ὁ φεύγων ὅτι ἀνεύθυνον τὸ πεπραγμένον· οὐ γὰρ μειῶσαι σκοπὸς ἐν τῷ πρός τι, ἀλλὰ δεῖξαι ὅτι ἀνεύθυνον, οἷον ʻπολλοὶ τούτου μεῖζον ποιήσαντες οὐκ ἔδοξαν ἀδικεῖν· οὐκοῦν πολὺ μᾶλλον καὶ τοῦτο ἀνεύθυνονʼ. καὶ ἀπὸ τοῦ ἴσου, ὅτι ʻἴσον τις τούτῳ πεποιηκὼς οὐκ ἔδοξεν ἀδικεῖν· τοιγαροῦν καὶ τοῦτο ἀνεύθυνονʼ. καὶ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου, ὅτι ʻτοὐναντίον τις ἐπιχειρήσας [2]) ποιεῖν ἔδοξεν ἀδικεῖν· οὐκοῦν τὸ προκείμενον οὐκ ἀδίκημαʼ. καὶ χρὴ σημειώσασθαι, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἐλάττονος τόπου οὐκ ἐπιχειρήσομεν· οὐ γὰρ ἐκ τοῦ ἐλάττονος ἀποδείξομεν, ὅτι τὸ πεπραγμένον ἀνεύθυνον. δέδεικται τοίνυν, ὅτι χρήσεται καὶ ὁ φεύγων τῷ πρός τι· οὐ γὰρ μειώσει τὸ πεπραγμένον, ἀλλὰ τῇ πρὸς ἕτερα παραθέσει δείξει τὸ πεπραγμένον ἀνεύθυνον.

Aquila igitur cum reum τῇ πηλικότητι uti neget, τῷ πρός τι uti eum vult. Syrianus autem utrumque, et reum et accusatorem, caput

venitur; caput de figuris (εἴδη) eiusdem status multo differt ab eodem capite Hermogenis (Syrian. II 131, 8 sqq. — Hermog. II 158, 26 sqq.). Haec capita ut in Aquilae libro invenerit Syrianus, fieri potest.

1) corr.: τὸ P 2) ἐχειρήσας P.

illud adhibere posse contendit, in quo Hermogenem secutus esse videtur:

Syrianus II 133, 21: Ἡ δὲ γνώμη τοῦ νομοθέτου πηλικότης τε καὶ πρός τι κοινὰ ὄντα παρ' ἑκατέρων πρὸς τὸ τῷ λόγῳ συμφέρον μελετηθήσεται ἐπὶ μὲν τῆς γνώμης τοῦ νομοθέτου κτλ.

Hermog. II 157, 29: γνώμη νομοθέτου, εἰ ἐμπίπτοι, χρήσεται ἑκάτερος πρὸς τὸ λυσιτελοῦν. ἡ πηλικότης, ὅτι μέγα τὸ γεγονός . . . ἐν δὲ τούτοις, λέγω τῇ πηλικότητι καὶ τῷ πρός τι, τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἐμπίπτει ἀναγκαίως, κτλ. („Ab initio ad finem" autem communia esse supra iam vidimus).

Ex his colligitur Syrianum in tractando statu qualitatis absolutae aliqua quidem ex parte Hermogenem secutum Aquilaeque doctrinae adversatum esse.

Inter eos Aquilae locos, quos apud Syrianum exstare adiuvante Georgio invenimus, unus erat quem non, ut ceteros, verbis 'ὁ Ἀκύλας φησίν', sed 'ἐν τῇ εἰς Ἀκύλαν ἀναφερομένῃ τέχνῃ' instruxerat Georgius. Artem illam rhetoricam ad Aquilam redire vel propterea puto, quod locus iste (Georg. fol. 101 r 30) status definitivi est, in quo tractando Syrianum omnino ex Aquila pendere supra (p. 698) demonstravimus.

Occurrunt praeterea ex Aquilae arte loci duo, quos Syriani liber non exhibet, quorum alter nullius est momenti.

Georgius fol. 24 r 9: ἰδοὺ φανερῶς ὁ τεχνικὸς βοᾷ ὡς γίνεται ἡ ἐργασία τῆς τῶν ἐλέγχων ἀπαιτήσεως καὶ ἐξ αἰτίας. ἕτεροι δὲ τῶν τεχνογράφων φασὶν ὅτι οὐ χρηστέον τῇ αἰτίᾳ ἐν τῇ τῶν ἐλέγχων ἀπαιτήσει, ἀλλὰ φυλακτέον αὐτὴν τῇ βουλήσει, ἔνθα καὶ τὴν οἰκείαν ἔχει δύναμιν· ταῦτα γὰρ εἴρηται ἐν τῇ τέχνῃ τῇ ἀνεπιγράφῳ, ἣν εἰς Ἀκύλαν τινὲς ἀναφέρουσιν. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων εὑρίσκομεν ὅτι δοκοῦσι διαφωνεῖν πρὸς ἀλλήλους ὅ τε δῆθεν Ἀκύλας καὶ ὁ Ἑρμογένης. ὁ μὲν γὰρ τάττει αὐτὴν μετὰ τῶν λοιπῶν περιστατικῶν ἐν τῇ ἐργασίᾳ τῆς τῶν ἐλέγχων ἀπαιτήσεως, ὁ δὲ φυλακτέον αὐτήν ⟨φησι⟩[1]) τῇ βουλήσει. — Aliter in hac re sentit Aquila atque Hermogenes. Hic αἰτίαν quoque simul cum aliis circumstantibus in ἐλέγχων ἀπαιτήσει (testimoniorum postulatione)[2]) adhibendam esse putat; Aquila autem βουλήσεως eam esse dicit. Syrianum in ἐλέγχων ἀπαιτήσει eam esse voluisse ex eius verbis colligi potest. Legimus enim ap. Syrian. II 70, 25: τοῖς δὲ περιστατικοῖς μορίοις (sc. πλατύνεται ἡ τῶν ἐλέγχων ἀπαίτησις ὑπὸ τοῦ φεύγοντος) οἷον προσώπῳ, . . . χρόνῳ, . . . τόπῳ, . . . καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστῳ[3]) παραπλησίως κατὰ τὴν χρείαν. In

1) φησι Keil: om. P.

2) Quam defensor instituit, si quid accusator intenderit.

3) ἕκαστον P: Keil. scrips. ἑκάστῳ (sc. πλατύνεται ἡ τῶν ἐλέγχων ἀπαίτησις); quorum etiam est ἡ αἰτία.

Digitized by Google

capite περὶ βουλήσεως (II 75, 5) Syrianus diligenter de αἰτίας loco explicat, ut eum Hermogenis vestigia anxie pressisse appareat. De altero loco proxima paragrapho erit disserendum.

§. 3. De Syriano et Metrophane.

Metrophanes, ὁ Ἑρμογένους ἐξηγητής, saepissime laudatur in Syriani libro de statibus.[1]) Sed quamquam nullo loco Syrianus illum se sequi profitetur, tamen demonstrare conabor Syrianum ex Metrophanis libro hausisse.

Atque primum quidem agam de iis, quae sunt status coniecturalis, cuius primum est caput τὸ παραγραφικόν, quod solius rei fit; qui cum hoc utitur capite, id agit, ut demonstret se iniuria reum factum esse, sive quod facinoris non sit coargutus, sive quavis alia de causa. Quattuor παραγραφικοῦ τρόποι (genera) inveniuntur apud Hermogenem (II 143, 7: τὸ παραγραφικὸν γίνεται κατὰ τρόπους τέσσαρας, ἤτοι ἀπὸ τοῦ λείποντος, . . . ἢ ἀπὸ τοῦ ὑπερβάλλοντος, . . . ἢ ὅτι ἀφ' ὧν ἕτεροι πεποιήκασιν, οὐ δεῖ κρίνεσθαι, . . . ἢ κατὰ χρόνον . . .); quibus Metrophanes quintum addidisse παραγραφικοῦ τρόπον traditur a Georgio fol. 11r 29: ἰστέον δὲ ὅτι τινὲς μέν φασιν, ὅτι ἐλλιπεῖς[2]) εἰσὶν οἱ τρόποι (sc. τοῦ παραγραφικοῦ), τινὲς δὲ τοὐναντίον ὅτι πλεονάζουσιν· ἀλλὰ φέρε δὴ πρῶτον ἐξετάσωμεν, πῶς αὐτούς φασιν ἐλλείπειν. Μητροφάνης τοίνυν πέμπτον αὐτοῖς προστίθησι τρόπον, ἡνίκα τις κρίνεται ἐφ' οἷς ἄξιον[3]) τοὐναντίον τιμᾶσθαι. ὡς ἐπὶ τοῦ 'στρατηγὸς ἐν πολέμῳ τοῖς οἰκείοις τέκνοις κέχρηται μόνοις κατασκόποις καὶ κρίνεται προδοσίας.' διαβάλλει γὰρ τὴν κρίσιν ὁ στρατηγὸς καὶ 'θαῦμά γε' φησί 'μέγιστον, εἰ κριθήσομαι, ἐφ' οἷς ἐχρῆν με τιμᾶσθαι, ὅτι τηλικοῦτο πρᾶγμα τοῖς οἰκείοις ᾤμην δεῖν καταπιστεύειν μόνοις'. τοῦτο μὲν ὁ Μητροφάνης παρατίθεται τὸ πρόβλημα. οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ ὅτι ἐν ἀνεπιγράφῳ τινὶ τέχνῃ, ἣν εἰς Ἀκύλαν ἀναφέρουσιν, ἀνατροπή ἐστιν τοῦ προβλήματος καὶ τοῦ τρόπου τοῦ Μητροφάνους. φησὶ γὰρ ἐν αὐτῇ ὁ συγγραψάμενος, ὅτι 'οὐ συστήσεται ὁ πέμπτος τρόπος. ὃ γὰρ εἶναί φησιν ὁ Μητροφάνης παραγραφικόν, τοῦτο μετάθεσίς ἐστιν αἰτίας. "οὐ γὰρ ὡς προδότης, φησίν, κατασκόποις ἐκεχρήμην τοῖς παισίν, ἀλλ' ὡς τὸ συνοῖσον τῇ πόλει σκοπῶν". καὶ οὕτως εἰπὼν ἐκεῖσε παρῆλθεν.' φέρε δὴ νῦν ἡμεῖς ἰσχυροποιήσαντες πρῶτον τὴν ἀπορίαν, εἶθ' οὕτως ἐπιλυσώμεθα. ἡ τοίνυν μετάθεσις τῆς αἰτίας κατὰ μίαν γίνεται τῶν ἀντιθετικῶν, ὡς προιόντες εἰσόμεθα, τοῦτ' ἔστιν ἢ κατὰ ἀντίστασιν ἢ ἀντέγκλημα ἢ μετάστασιν ἢ συγγνώμην, ὥσπερ ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου συγγνωμονικῶς τὴν μετάθεσιν τῆς αἰτίας ὁ Αἰσχίνης[4]) ἐργάζεται. 'οὐχ ὡς προδότης, φησίν, ἀπήγ-

1) Nonnullis locis una cum Hermogene (II 55, 5; 60, 11; 139, 1).
2) ἐλλείπεις in rasura P.
3) ἄξιος con. Keil. 4) cf. p. 686 adn. 2.

Digitized by Google

γειλα τὰ ψευδῆ, ἀλλ' ὡς ἀγνοήσας', καὶ καταφεύγει ἐπὶ συγγνώμην· συγγνώμης[1]) γὰρ ἡ ἄγνοια. κἂν τῷ οὖν παρόντι προβλήματι ἀντιστατικῶς τὴν μετάθεσιν τῆς αἰτίας ποιήσεται ὁ στρατηγός. 'οὐ γὰρ ὡς προδότης, φησί, κατασκόποις μόνοις τοῖς οἰκείοις ἐκεχρήμην παισίν, ἀλλ' εὐεργετῶν ἐκ τούτου τὴν πόλιν, εἰ πρᾶγμα τηλικοῦτο μὴ κατεπίστευον ξένοις ἀνθρώποις'. τὸ δὲ εὐεργεσίαν προβάλλεσθαι τῆς πόλεως ἀντιστατικόν ἐστιν, εἰ πᾶν[2]) οὖν, ὡς λέγουσι, μετάθεσις αἰτίας, ὅπερ ἐνόμισεν εἶναι παραγραφικὸν ὁ Μητροφάνης, καὶ οὕτως οὐ συστήσεται ὁ ὑπ' αὐτοῦ πέμπτος προστεθεὶς τρόπος. ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι κτλ.

Aquila igitur Hermogenem secutus Metrophanem refellere conatur, qui quintum instituerat translationis genus hoc: ἐφ' οἷς ἔδει τιμᾶσθαι ἐπὶ τούτοις καὶ εὐθύνεσθαι. Syrianus autem Metrophane non laudato illius sententiam in suam rem convertit:

